A. FREIR
S. J.
anto Agostinho
SELECTA
LATINA
III
LIVRARIA APOSTOLADO DA IMPRENSA

ANTÓNIO FREIRE, S. J.

SELECTA LATINITATIS SCRIPTA

CUM

ROMANORUM SCRIPTORUM ORDINE

ET IUDICIO

LIVRARIA APOSTOLADO DA IMPRENSA
Rua da Boavista, 591 — Telef. 27875 — Porto
1961

OBRAS DO AUTOR:

Platão — Aspectos da sua Filosofia. Braga, 1954 (esgotado).

Retroversão Latina. Porto, 1958.

Gramática Latina (2.ª ed.: 15.º milhar). Porto, 1959.

Gramática Grega (4.ª ed.: 25.º milhar). Porto, 1959.

Conversação Latina. Porto, 1960.

Estudos de Cultura Greco-Latina. Porto, 1960.

Problemas da Gente Nova (2.ª ed.). Porto, 1960.

Selecta Grega (5.ª ed.). Porto, 1961.

Selecta Latina (3.º vol.). Porto, 1961.

A SEGUIR:

Dicionário moderno Português-Latino.

PRAEFATIO

Cum illud iamdudum mihi firmiter persuasum sit, neminem posse cum fructu iucunditateque linguam latinam docere eandemve perdiscere, quin eam pro viribus loqui et scribere studeat, opus aliquod diu multumque meditatus sum, quo et totius Latinitatis auctores praecipui continerentur, et litterarum latinarum historiae latine exaratae brevis traderetur synopsis.

Sic igitur, meo quidem iudicio, fieret ut, cum magistri tum etiam discipuli praeclarissimorum quorundam Latinitatis scriptorum monumenta sibi identidem ob oculos versantes, ac iudicium de iis auctoribus latine ferentes, nec operum non analysim latine factam crebro lectitantes, Romanorum sermoni aures magis magisque assuefacerent, et universae Latinitatis scripta selecta penitius in dies degustarent.

Quo autem aptius atque iucundius romanorum scriptorum vita, opera *et* iudicium *delinearentur, non eos in unum corpus redigendos, sed passim per totum opus, proprio tamen loco, distribuendos constitui. Hac profecto ratione poterunt hi* Loci Selecti *non modo tamquam verae latinarum litterarum historiae usurpari, verum etiam ansam in eclogariis praebebunt, ut doctrina de Latinitatis scriptoribus copiosis illustretur exemplis.*

Expertus equidem didici quantum ad latine cum facilitate loquendum et cum lepore scribendum conferat,

si non tantum uniuscuiusque auctoris brevis eaque latine praemittatur notitia, sed etiam singula opera, semel conversa, iterum iterumque alumnorum verbis exponantur, commententur, ac disputationi etiam pro re nata subiciantur.

Ut prudenter docenti liquet, ex tanta auctorum locorumque varietate copia praeceptoribus fit, ut eos eclogarios alternis seligant annis, qui ad scholarum numerum discipulorumque captum magis accommodati videantur.

Ego vero, tametsi 6.º, 7.º et 8.º Latinitatis curriculo in sacris Ephebeis itemque studiorum Universitatibus hos Eclogarios *destinandos putavi, rerum nihilominus argumentum non eo ordine digerendum censui, quo singulis cursibus aptandum esset; sed temporis potius persecutus sum ordinem, ut omnium aetatum Latinitatis progressus aut regressus quadam quasi comparante trutina facilius pensari posset.*

Neque lusitanis saltem lectoribus ingratum fore existimavi, quod aliquot etiam scriptores nostros, qui quidem de lingua latina tam bene sunt meriti quam qui maxime, hisce Eclogariis inserendos iudicaverim. Opus namque redditur et varietatis uberius et plenius oblectamento.

Ad orthographiam autem quod spectat, velim equidem scias consulto me cogitateque quandam scribendi varietatem ex diversis editionibus maxime ortam praeterlabi passum esse: quo scilicet te minime lateret haud unum eundemque etiam inter doctos vigere litteras exarandi modum. Ea vero scribendi ratio quam in pertractandis auctoribus egomet servavi, ex peritorum virorum doctrina magis ad obrussam exacta esse videtur.

Nunc demum liceat mihi sodali meo carissimo, R. P. Antonio Martins Barata, qui pro consueta sua erga me humanitate tantopere me adiuverit, grates ingentes persolvere; vobisque, praeceptores auditoresque humanissimi, hoc novum opus, quale id cumque est, studiosissime commendare.

Scr. Bracarae
Pridie Kal. Sext.
a. MDCCCCLXI.

A. F.

PARS PRIMA

DE ROMANORUM LATINITATE

1. PROPRIÆ ROMANORUM SCRIPTORUM NOTÆ

1. Romani scriptores serius inceperunt (240 a. Ch. n.).

Romani, quippe qui corpore prae ingenio valerent ac priscis illis temporibus bellis occuparentur, nullum fere litterarum monumentum ab Urbis incunabulis condidere, quod in posterum memoria dignum esse videretur.
Itaque litterarum latinarum exordium ab anno 240 a.Ch.n., quo Livius Andronicus primam fabulam edocuit, iure meritoque repeti solet.

2. Græcos imitantur.

Haud parum inter auctores disceptatur utrum Romani, si Graecorum exempla prae oculis non haberent, aliquid litterarum proprium edere valuissent. Sunt qui affirment, sunt autem qui pernegent. Ceterum res pro supervacaneo haberi poterat. Ego vero sic existimo, verum sane esse Romanos nihil aut paene nihil quod litteris dignum esset in lucem prodidisse, antequam litterarum graecarum notitiam perceperunt; quin etiam pro comperto est Romanos in litterarum primordiis satis habuisse aut graeca opera latine reddere, aut graecos saltem imitari scriptores. Servilem tamen pedestremque imitationem effugerunt, ope praesertim *contaminationis*, qua litterarum genera a Graecis seorsim usurpata coniungebant. Qua quidem scribendi ratione usi sunt Ennius, Livius Andronicus, Naevius, Plautus ac Terentius. De se, enim, candide fatetur Plautus nihil se egisse aliud nisi *«barbare vortisse»*, *«latine vortisse»*.
Hoc nihilominus animadvertas oportet, Romanos etiam cum Graecos imitati sunt, suos se praestitisse.
Ergo, quid fecissent, si exemplaria graeca ob oculos numquam habuissent? Nihil pro certo definire possumus. Attamen, si fas est per coniecturam perspicere,

asserere tuto possumus potuisse et ipsos e penu ingenii sui aliqua condere litterarum genera.

Haud sane dubie graecae litterae ad Romanos initiandos excolendosque scriptores plurimum contulerunt. Sic Cicero, summa erga Graecos admiratione perculsus, haec scribit: «*non tenuis rivus influit, sed abundans amnis ex graecis litteris profluit*». Ipse quoque Horatius qui Graecorum vitae cultus victoriam ultro recognoverat — nam «*Graecia*, inquit, *capta ferum victorem cepit et artes / intulit agresti Latio*» (*Ep.* II, 156-159) — auctorum graecorum lectionem vehementer commendabat: «*Vos*, inquit, *exemplaria graeca / nocturna versate manu, versate diurna*» (*Ars Poet.*, 268-269).

Nihilominus non defuere Romani qui contra graecorum morum pestilentiam in Urbem inductam classicum canerent. Quos inter Cato et Iuvenalis potissimum eminent: «*Non possum*, ait Iuvenalis, *ferre, Quirites, graecam Urbem*» (*Sat.* III, 60-61).

Ex his igitur facile colligitur Romanos, ne illa quidem litterarum latinarum infantia, pura putaque Graecorum imitatione contentos fuisse; sed quae a Graecis acceperunt, ea ingenio proprio et arte ita pertractasse ut, progrediente maxime tempore, opus suum plane effecerint. Huc profecto spectant illa Ciceronis verba: «*Meum semper iudicium fuit, nostros aut invenisse sapientius quam Graecos, aut accepta ab illis fecisse meliora, quae quidem digna statuissent, in quibus elaborarent*» (*Tusc.* I, 1).

3. Utilitati consulunt.

Dum Graeci pulchritudini primas detulerunt, Romani homines utilitatem praeprimis persequebantur. Recte sane Plinius animadvertebat: «*Romani rapacissimi sunt omnium virtutum et utilitatum*».

Ex hoc factum est ut potiores partes apud Romanos haberet *eloquentia* (qua sibi viam ad honores aperiebant) et *historia*. In carmine *generi didactico* prae aliis, et in philosophia *morum disciplinae* priorem tribuerunt locum.

Romani potius Graecis antecedebant a dominatu viriumque constantia. Itaque longe lateque imperium suum protenderunt; Graeci vero litterarum laudem et mentis conformationem sunt adepti. Haud immerito Vergilius populum romanum adhortabatur: «*Tu regere imperio populos, Romane, memento*». M. autem Tullius Cicero, tametsi Graecis Romanos ceteris in rebus praestitisse professus est, tamen in litteris Graeciae principatum tribuit, nam «*doctrina*, inquit, *Graecia nos et omni litterarum genere superabat: in quo erat facile vincere nos repugnantes*» (*Tusc.* 1, 1).

4. Amorem in patriam prae se ferunt.

Hac enim vehementi in patriam caritate adducti, parati erant non ad eam solum defendendam, vel cum ipsorum capitis periculo, sed etiam nihil exoptabant ardentius quam ut eius gloriae sive prosa sive carmine celebrarentur.

Duo autem, inter omnes, exstiterunt latini scriptores qui Romanorum res gestas cum in oratione adstricta tum in sermone soluto laudibus exornarunt, Vergilius et Titus Livius.

2. LITTERARUM LATINARUM PER TEMPUS DIVISIO

Litterae latinae in quinque aetates fere ab omnibus distribuuntur.

1.—**Prima aetas** (754-240 a.Ch.n.) ab Urbe condita ad annum 240 a.Ch.n., quo Livius Andronicus primus fabulam Romae docuit.

Nihil aut admodum pauca memoria digna id temporis ediderunt Romani.

Inter ea autem litterarum genera quae temporibus illis coluerunt, quaeque mentione aliqua digna sunt, exstant in oratione soluta *Annales Maximi*, quibus rerum romanarum omnium notitia continebatur. At longe celebriores habitae sunt illae *XII Tabularum Leges*, quae quidem tantum valuerunt, ut omnium fere civilium institutorum ac legum, quae olim viguerunt vel adhuc vigent exemplar exstiterint atque origo. Dolendum tamen est quod maximam partem leges illae incendio perierint quod anno 364 post conditam Urbem Galli Foro intulerunt.

Ars quoque dicendi hac aetate coli coepta est, rudis ea quidem sed gravis ac mascula. Inter paucos qui per illud tempus dicendi peritiores evaserunt, Appium Claudum, cui Caecus cognomentum inditum est, commemorare iuvat. Cuius quidem oratio, quae tempore Ciceronis etiam tum scripta servabatur, adeo eloquens fuit, ut senatum «iam iam inclinatum a Pyrrhi pace revocaverit».

In oratione autem ligata, si pauca excipias, ut *Carmina Triumphalia*, quae a militibus in triumphis salibus et iocis et fere conviciis in duces aspersa recitabantur, aut *Saliorum Carmen*, quod Salii, Martis sacerdotes, mense Martio, canere solebant, aut etiam *Carmen Fratrum Arvalium*, quod fratres Arvales, sacerdotes et ipsi, mense Maio concinebant, nihil fere est de quo recordemur. Adde quod haec carmina adeo sunt inepta

et obscura, ut Horatius eos iam irrideret, qui dicebant sibi videri rem intellegere.

Ceterum non est cur multum in hisce aliisque id genus documentis immoremur, siquidem aut ad nos vix pauca pervenerunt, aut ita incompta invenustaque sunt, ut ad litteras parum admodum conducere videantur. Ergo, cum nihil amplius de hac aetate dicturi simus, haec obiter dicta sufficiant.

2.—**Secunda aetas** (240-80 a.Ch.n.), quam *vetustam* solent appellare, illud temporis spatium complectitur quod est ab anno 240 ad annum 80 a.Ch.n., quo in Fori luce Cicero versari coepit. Tempus id quidem fuit quo Romani litterarum graecarum notitiam perceperunt; tunc etiam theatri scaena maxime viguit et eloquentia, rudis adhuc sed vigore insignita.

Scriptores hac aetate floruere praeter Andronicum, Naevius, Ennius, Plautus, Terentius, Lucilius, Cato, Cethegus aliique bene multi, qui litteras latinas id temporis adhuc balbutiantes ad ipsam fere maturitatem perduxerunt.

3.—**Tertia aetas** (80 a.Ch.n. — 14 p.Ch.n.), quam *auream* dicunt, Ciceronis et Augusti memoria continetur. Hoc tempore cum pedestris oratio tum etiam carmen ad summam perfectionem pervenere. Scriptores tunc eminent:

a) *in sermone soluto:* Cicero et Caesar, Sallustius et Livius.

b) *in oratione ligata:* Catullus, Lucretius, Vergilius, Horatius, Tibullus, Propertius et Ovidius.

4.—**Quarta aetas** (14 p.Ch.n. — 117 p.Ch.n.), quae *argentea* nominatur, eo temporis intervallo circumscribitur, quod inter Augusti obitum et Traiani decessum intercedit. Licet sermonis latini venustas minuatur, egregii nihilominus exstant ea aetate auctores, quos inter Tacitus, Seneca, Plinius et Quintilianus

in oratione prosa antecellunt, poetae vero Lucanus, Persius, Iuvenalis, Martialis praestantiores evadunt.

5. — **Quinta aetas** (117 p.Ch.n. — 476 p.Ch.n.), quae *ferrea* nuncupata est, totum reliquum tempus comprehendit, ab anno scilicet 117 p.Ch.n. ad annum 476 p.Ch.n., quo romanum imperium in partibus solem ad occidentem spectantibus occidit atque interiit. Scriptores tamen hac aetate non defuere, memoria ii quidem digni: Ausonius, Rutilius Namantianus, Marcellinus, maxime vero auctores christiani, quos inter Minucius Felix, Tertullianus, S. Hieronymus, S. Ambrosius et S. Augustinus potissimum excellunt.

3. DE ROMANORUM THEATRO

1. — **De loco.** — Priscis temporibus scaenicis ludis nullus certus assignabatur locus. Satis erat pulpitum ex ligneis trabibus attollere. Plebs stando aut in cespite sedendo spectabat. Temporaria deinceps theatra ex tignis exstruebantur, primo sine subselliis, deinde additis subselliis; nec tamen perpetuo stabant, sed ludis peractis, removebantur, ut sequentibus ludis ex integro aedificarentur. Pompeius denique anno 55 a.Ch.n. primum theatrum, quod in perpetuum maneret, ex lapidibus quadratis erexit. Augustus deinde ex marmore theatrum exstruxit.

2. — **De ludis parandis** — Muneris aut ludi *dator,* qui magistratus erat aut etiam privatus civis, cum *domino gregis* agebat, qui quidem libertus plerumque erat. Hic a poeta fabulam emebat quam histriones docebat.

Actores servi erant et ad dominum gregis fere pertinebant. Si male partes agebant, vapulabant; sin bene, exilissimam mercedem, perfectis ludis, accipiebant. Serius tamen a muneris datore corollaria seu donationes inter histriones dividebantur. Fuerunt etiam inter scaenicos artifices nonnulli adeo ingeniosi atque industrii, qui opulentissimas adepti sint fortunas. Quos inter, Roscius fuit ille Comoedus qui quotannis 600.000 sestertium colligebat.

Postquam de fabula conventum erat inter ludorum datorem et dominum gregis, *curator* ludorum theatrum exstruebat ac fabulam in vulgus cognoscendam curabat per *praeconem,* qui vicos obibat.

3. — **De ipsis ludis habendis** — Tempore Plauti et Terentii, inter prandium et cenam (a meridiana hora ad quartam plus minusve), scaenici ludi peragebantur. Tantum autem erat ludorum spectandorum studium, ut popellus tunicatus etiam de nocte in theatrum irrue-

rent uti sibi locum asservarent. Populus theatrum ingressus, per *designatorem* locum cognoscebat, quem *tesserae* indicabant. Silentium et ordinem servandum, maxime vero ne essent factiones, curabant *conquisitores.*

Romani non poterant nisi sibilare, si res displicuisset, aut si res placuerat plaudere. Omnes ceteroquin fabulae hoc vocabulo «*Plaudite*» claudebantur.

Plebs romana, quippe quae tardo et hebeti esset ingenio ac parum venustatis intellegens, eo animo ad ludos spectandos veniebat, ut rideret. Tragoediae idcirco vix aut omnino non probabantur. Ipse quoque Terentius, qui elegantiores ac plane venustas fabulas ederet, popularem gratiam sibi nequaquam conciliavit. E contra Plautus, utpote qui e plebe ortus ad plebem scriberet, a popello tunicato in deliciis habebatur.

Nihilo tamen minus theatrum apud Romanos haud diu multumque tenuit, sed ex ingeniosorum poetarum carentia et praesertim quia homines id temporis sensu venustatis deficiebantur, mature concidit.

4. PLAUTUS

Vita. — M. Accius Plautus Sarsinae, in Umbriae pago, circa annum 254 a.Ch.n. ortum habuit. Graecas litteras didicit et primis aetatis annis inter actores scaenicos vitam transegit, ubi non paucas vindemiolas sibi comparavit. Quas tamen augendi cupiditate illectus, in mercationibus perdidit. Inops Romam venit ac victus quaerendi gratia ad versandas molas in pistrino operam pistori locasse fertur. Interim tamen horis subsecivis, tres fabulas scripsit. Septuaginta annos natus Romae e vita migravit. Super eius autem sepulcrum hoc epitaphium inscriptum est, quod quidem eum sibi composuisse ferunt:

Postquam est mortem aptus Plautus, comoedia luget,
Scaena est deserta: dein risus, ludus iocusque
Et numeri innumeri simul omnes conlacrimarunt.

Opera. — Ex 130 comoediis quae Plauto adscribuntur (quamquam non omnes Plauto gaudent auctore), viginti duntaxat ad nos pervenerunt.

Fabularum genus. — Plauti comoediarum duplex distinguitur genus: alterum *comicum* seu aptum ad exhilarandos animos: *Amphitruo, Asinaria, Curculio, Casina, Miles gloriosus, Persa,* ceterae; de moribus alterum: *Aulularia, Captivi, Trinummus, Rudens.*

Ex his tres seligendas constitui, quarum argumentum summatim infra subiciam.

Iudicium. — 1. **Fabulae compositio:**

a) *Actio* apud Plautum ut plurimum simplicissima est. Sicut prisci scriptores, de scaenarum ordine et vinculo haud ita valde sollicitus erat. Nihilominus res adeo apte inter se vinciuntur, ita sponte aliae ab aliis postulantur, ut animos nunquam captare desinant.

b) *Argumentum a graecis mutuatur scriptoribus.* Multa sane a Graecorum comoedia nova Plautus desumpsit; verum ea propria effecit per *contaminatio-*

nem (qua nimirum ex duobus vel pluribus graecis operibus unum latine componebant); immo haud pauca e se deprompsit atque finxit, cum res romanas saepe significet sui temporis (ut legem Oppiam in *Aulularia* et legem Semproniam in *Curculione)*; itemque personarum mores romano colore depinguntur.

c) *Prologus:* Solent Plautinae fabulae ex prologo ordiri. Cum enim popello potissimum scriberet, qui quidem rudi atque hebeti erat ingenio, opus erat fabulae argumentum brevi exordio aperire. Non tamen semper eiusmodi prologi ab ipso repetendi sunt Plauto; sed interdum alios aliis assignandos patet manifesto.

2. **Personae.** — Plautinae fabulae haud multum inter se differunt; nam in omnibus, perpaucis exceptis, easdem fere personas, easdem plus minusve res ac vices invenias.

En tibi perbreviter singularum personarum notas praecipuas: *Servi* potiores partes plerumque agunt. Generatim sunt fraudulenti, astuti et dolosi. Excipe tamen quos in fabula «*Captivi*» reperias, ubi nonnulli miram erga suos heros amicitiam fidemque prae se ferunt. *Senes* sunt fere corruptissimi ganeones nec filios sibi similes volunt; attamen pauci prudentia integritateque summopere commendantur. *Iuvenes* pravissimis haud raro moribus inquinantur; verba porro parentibus dant ut ingenio valeant indulgere. *Miles* continenter iactans idemque ignavus. *Parasitae* salibus et nugis captant nobiliorum cenas. *Mulieres:* plures sunt meretriculae; non desunt aliquot moribus magis ad virtutem spectandis.

3. **Iocandi genus.** — Ab hac parte mirum quantum excellit Plautus. Eximia enim iocandi copia ac facultate praeditus, festa alacritate crebrisque facetiis comoedias suas, in diverbiis praesertim, respersit. Ridiculum et ioculare obtinet sive in lusu verborum et cavillationibus pingue sonantibus, sive in rebus disponendis et scaenarum statu, quae risum plane commovent atque excitant. Attamen hoc in eo reprehendendum videtur, quod plebis studio nimis indulsit; unde fit ut eius iocandi genus illiberale, petulans et obscenum nonnumquam evadat.

4. **Stilus.** — Plautinum scribendi genus adeo est populare ut Ciceroni socrum suam Laeliam aetate iam provectam audienti Plautum audire videretur *(De Orat.* III). Fecundissimus praeterea exstitit verborum novator. Quamquam vocabulis dicendique modis utitur antiquis, latinitatem tamen ad magnam evexit perfectionem. Apud Quintilianum legimus «musas Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui vellent» (X, 1, 99). Quin etiam divus Hieronymus Plautinam elegantiam lepori Attico musarumque eloquio comparare non dubitavit.

5. **Fama:**

a) *Suo tempore* tantopere eo delectabantur homines, ut eius fabulae iterum iterumque in scaenam prodirent; quod quidem etiam eius post mortem semel et iterum factum est.

b) *Augusti* vero *aetate,* Horatius minoris Plautum pendebat idemque non parum mirabatur quod prisci homines tanti eum fecissent.

c) *Medio aevo* exigua admodum de Plauto fit mentio.

d) *Renatarum autem litterarum atque artium aetate,* primas Terentio deferebant; at Plautum tum quoque magni ducebant eumque imitandum curarunt comoediarum scriptores, velut Molière.

e) *Nostris* denique *temporibus,* si iocandi genus maxime spectes, primus locus sine controversia Plauto attribuitur.

5. FABULÆ «AMPHITRUO» ARGUMENTUM

Dum Amphitruo, Thebanorum rex, contra Teleboas bellum gerebat, Iupiter et Mercurius, Amphitruonis et Sosiae personam gerentes, ad Alcumenam Amphitruonis uxorem intempesta nocte se conferunt. Bello autem feliciter confecto, Amphitruo servum Sosiam domum praemittit, qui uxorem de parta victoria certiorem faciat. Ecce autem necopinato Mercurius, qui quidem Sosiae formam assumpserat, Sosiam se esse contendit idemque servum domo prohibere conatur. Magnum igitur utrimque exoritur iurgium, donec Iovis voce cum tonitruo audita, res tota comperta est.

6. Anfitrião na batalha

SOSIA

SO. — Quod nunquam opinatus fui neque alius quis-
[quam civium
Sibi eventurum, id contigit, ut salvi poteremur[1] domi:
Victores, victis hostibus, legiones reveniunt domum,
Exstincto duello maximo atque internecatis hostibus.
Quod[2] multa Thebano poplo[3] acerba obiecit funera, 190
Id vi et virtute militum victum atque expugnatum oppi-
[dum est.
Imperio atque auspicio[4] mei eri Amphitruonis maxume[5],
Præda atque agro atque adoria[6] adfecit populares[7] suos
Regique Thebano Creoni regnum stabilivit suom[8].

6. 1. **Poteremur** (*arc.* por *potiremur*) **domi,** *regressar a casa.*
2. **Quod** (*oppidum*), *aquela cidade que.*
3. **Poplo** = *populo.*
4. **Imperio atque auspicio,** *graças ao comando e à boa estrela* (lit. *e aos auspícios*). Entre os Romanos nenhum empreendimento familiar importante se levava a cabo, sem que o chefe de família tomasse os *auspícios* ou «sinais das aves» (*avis* + *spicere*).
5. **Maxume** = *Maxime, sobretudo.* — **erus** (*berus*), *senhor, patrão.*
6. **Adoria,** *glória militar.*
7. **Populares,** *concidadãos.* — *adfecit* (com os *abls.* precedentes), *enriqueceu, cumulou.*
8. **Suom** = *suum.*

Me a portu præmisit domum, ut hæc nuntiem uxori
[suæ, 195
Ut[9] gesserit rem publicam ductu, imperio, auspicio suo.
Ea nunc meditabor, quo modo illi dicam, quom[10] illo[11]
[advenero.
Si dixero mendacium, solens meo more fecero:
Nam, quom pugnabant maxume, ego tum fugiebam
[maxume.
Verum, quasi, adfuerim, tamen simulabo atque audita
[eloquar. 200
Sed quo modo et verbis quibus me deceat fabularier[12],
Prius ipse mecum etiam volo hic meditari. Sic hoc
[proloquar.
Principio, ut illo advenimus, ubi primum terram teti-
[gimus,
Continuo[13] Amphitruo delegit[14] viros primorum prin-
[cipes;
Eos legat[15]. Telebois iubet sententiam[16] ut dicant
[suam: 205
Si sine vi et sine bello velint rapta et raptores tradere,
Si, quæ asportassent, redderent, se exercitum extemplo
[domum
Reducturum, abituros agro Argivos[17], pacem atque
[otium
Dare illis; sin aliter sient[18] animati neque dent, quæ
[petat,

9. **Ut,** *como.*
10. **Quom** = *cum.*
11. **Illo** = *illuc, lá.*
12. **Fabularier** (arc. por *fabulari*), *contar.*
13. **Continuo,** *imediatamente.*
14. **Delegit... principes,** *escolheu uma embaixada entre os seus oficiais principais.*
15. **Lego, as,** *mandar em embaixada.*
16. **Sententiam dicere,** *declarar a sua resolução.* — **Teleboæ, arum,** *Teléboas*: povo de piratas da Acarnânia.
17. **Argivos,** os *Gregos,* isto é, os Tebanos.
18. **Sin aliter sient** (= *sint*) **animati,** *se outras forem as suas disposições.*

Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum oppugnas-
[sere [19].
Hæc ubi Telebois ordine iterarunt [20] quos præfecerat 211
Amphitruo, magnanimi viri [21], freti virtute et viribus
Superbi, nimis ferociter legatos nostros increpant [22];
Respondent bello se et suos tutari [23] posse, proinde uti
Properet suis e finibus exercitus deducere. 215
Hæc ubi legati pertulere, Amphitruo e castris ilico [24]
Producit omnem exercitum: contra Teleboæ ex oppido
Legiones educunt suas nimis pulchris armis præditas.
Postquam utrimque exitum est maxuma copia,
Dispertiti [25] viri, dispertiti ordines [26].
Nos nostras more nostro et modo instruximus: 221
Hostes contra legiones suas instruont [27].
Deinde utrique imperatores in medium eunt.
Extra turbam [28] ordinum conloquontur simul.
Convenit [29], victi utri [30] sint eo prœlio, 225
Urbem, agros, aras, focos seque uti dederent.
Postquam id pactum est, tubæ contra utrimque occa-
[nunt [31];
Consonat [32] terra; clamorem utrimque ecferunt.
Imperator uterque hinc et illinc [33] Iovi
Vota suscipere [34], utrimque hortari exercitum. 230
Pro se quisque id, quod quisque et potest et valet,

---

19. **Oppugnassere** (arc. por *oppugnaturum esse*), *haver de atacar.*

20. **Ordine iterarunt,** *transmitiram com toda a exactidão.*

21. **Magnanimi viri,** *aqueles homens orgulhosos* : refere-se aos Teléboas.

22. **Increpare,** *injuriar.*
23. **Tutari,** *defender.*
24. **Ilico,** *imediatamente.*
25. **Dispertio,** *dividir.*
26. **Ordines,** *fileira, linha, batalhão.*
27. **Instruont** = *instruunt.*
28. **Extra turbam ordinum,** *fora da vozearia dos soldados.*
29. **Convenit,** *concordaram em que.*
30. **Utri,** *aquele dos dois partidos.*
31. **Tubæ occanunt,** *soam as trombetas.*
32. **Consonat,** *ressoa.*
33. **Hinc et illinc,** *dum lado e doutro.*
34. **Vota suscipere,** *fazer votos, suplicar.* — **utrimque,** *de ambos os lados.*

Edit [35], ferro ferit; tela frangunt; boat [36]
Cælum fremitu virum [37]; ex spiritu et anhelitu
Nebula constat [38]: cadunt volnerum vi viri.
Denique, ut voluimus, nostra superat manus [39]; 235
Hostes crebri cadunt, nostri contra ingruont [40]:
Vicimus vi feroces [41]
Sed in fugam se tamen nemo convortitur,
Nec recedit loco, quin statim [42] rem gerat;
Animam omittunt prius quam loco demigrent: 240
Quisque, ut steterat [43], iacet obtinetque ordinem.
Hæc ubi Amphitruo erus conspicatust [44] meus,
Ilico equites iubet dextera invadere,
Equites parent citi, ab dextera maxumo
Cum clamore involant, impetu alacri ruont; 245
Fœdant [45] et proterunt hostium copias
Iure [46] iniustas.

7. Mercúrio e Sósia

MERCURIUS AC SOSIA

ME. — Nunquam [1] etiam quidquam adhuc [2] verborumst
[prolocutus perperam
Namque ego fui illi in re præsenti [3], et meus, quom
[pugnatumst, pater.
SO. — Perduelles [4] penetrant se in fugam: ibi nostris
[animus additust.

---

35. **Edit,** *mostra.*
36. **Boat,** *reboa.*
37. **Virum** = *virorum, dos soldados.*
38. **Nebula constat,** *forma-se uma nuvem.*
39. **Manus,** *exército.*
40. **Ingruo,** *arremeter.*
41. **Vi feroces,** *graças ao nosso esforço indomável.*
42. **Statim,** *a pé firme.*
43. **Ut steterat,** *no seu posto.* — **ordinem,** *fileira, linha de combate.*
44. **Conspicatust** = *conspicatus est.*
45. **Fœdant et proterunt,** *desbaratam e esmagam.*
46. **Iure,** *justamente* : liga-se a *proterunt.*

7. 1. **Nunquam,** *não.*
2. **Etiam adhuc,** *até agora.*
3. **Illi** (= *illic*) **in re præsenti,** *lá, na acção.*
4. **Perduellis,** *inimigo.*

Vortentibus Telebois telis complebantur corpora.
Ipsusque Amphitruo regem Pterelam suapte obtrunca-
[vit manu.
Hæc illic est pugnata pugna inde a mane usque ad
[vesperum:
Hoc adeo hoc [5] commemini magis, quia illo die impran-
[sus [6] fui.
Sed prœlium id tandem diremit nox interventu suo.
Postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes
[principes,
Velatis manibus [7]; orant ignoscamus peccatum suom;
Deduntque se, divina humanaque omnia, urbem et
[liberos,
In dicionem [8] atque in arbitratum cuncti Thebano poplo.
Post, ob virtutem, ero Amphitruoni patera [9] donata
[aureast, 260
Qui[10] Pterela potitare rex est solitus. Hæc sic dicam eræ.
Nunc pergam eri imperium exsequi et me domum
[capessam [11].
ME. — Attat [12], illic huc iturust: ibi ego illic obviam;
Neque ego hunc hominem huc hodie ad ædes has sinam
[unquam accedere.
Quando imagost huius in me, certumst hominem elu-
[dere. 265
Et enimvero quoniam formam cepi huiusce in me et
[statum,
Decet et facta moresque [13] huius habere me similes item.
Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admo-
[dum,

5. **Hoc magis,** *tanto mais.*
6. **Impransus,** *sem almoço, em jejum.*
7. **Velatis manibus,** *com as mãos veladas*: os suplicantes traziam ramos adornados com faixas que lhes cobriam as mãos.
8. **In dicionem atque in arbitratum,** *ao poder discricionário.*
9. **Patera,** *taça.*
10. **Qui** (arc. por *qua*), *pela qual.* — **potitare,** *beber.* — **era,** ae, *senhora, patroa.*
11. **Domum se capessere,** *recolher-se a casa.*
12. **Attat,** *oh lá!* — **illic** = *ille.*
13. **Mores,** *carácter.* — **item,** *do mesmo modo.*

Atque hunc telo suo sibi [14] malitia, his a foribus pellere.
Sed quid illuc [15] est? Cælum aspectat. Observabo quam
[rem agat. 270
SO. — Certe edepol [16], si quidquamst aliud, quod cre-
[dam aut certo sciam,
Credo ego hac noctu [17] Nocturnum [18] vino obdormisse
[ebrium:
Nam neque se septemtriones [19] quoquam in cælo como-
[vent,
Neque se luna quoquam mutat, statque uti exortast
[semel,
Nec iugulæ [20] neque vesperugo neque vergiliæ occi-
[dunt. 275
Ita statim [21] stant signa neque nox quoquam concedit [22]
[die.
ME. — Perge, nox, ut occepisti: gere patri morem meo;
Optumo [23] optume optumam operam das; datam pulchre
[locas [24].
SO — Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo,
Nisi noctem unam, verberatus quam pependi perpe-
[tem [25]: 280
Eam quoque edepol etiam multo hæc vicit longitudine.
Credo edepol equidem dormire Solem, atque adpotum [26]
[probe:
Mira sunt, nisi invitavit sese [27] in cena plusculum.

14. **Suo sibi,** *com as suas próprias* (armas).
15. **Illuc** = *illud.*
16. **Edepol,** *certamente.*
17. **Noctu** (arc. por *nocte*).
18. **Nocturnum,** *o deus da noite.*
19. **Septentriones,** *Sete-Estrelo.*
20. **Iugulæ,** *constelação do orionte.* — **vesperugo,** *estrela de Vénus.* — **vergiliæ,** *plêiades.*
21. **Statim stant signa,** *os astros permanecem fixos (imóveis).*
22. **Concedit,** *cede lugar.* — **die** (arc. por *diei*).
23. **Optumo... operam das,** *serves muito bem um tão bom senhor.*
24. **Datam... locas,** *empregas bem os teus serviços.*
25. **Quam... perpetem,** *durante a qual estive contìnuamente suspenso.*
26. **Adpotum probe,** *bebeu-lhe bem*: **adpotus,** *bêbado.*
27. **Mira... nisi invitavit sese... plusculum,** *aposto que atacou demais no jantar.*

ME. — Ain tu [28] vero, verbero? Deos esse tui similes [putas?
Ego pol [29] te istis tuis pro dictis et malefactis, fur- [cifer, 285
Accipiam: modo, sis [30], veni huc, invenies infortunium.
SO. — Ibo, ut, erus quod imperavit, Alcumenæ nuntiem.
Sed quis est hic homo, quem ante ædes video hoc [noctis[31]? Non placet.
ME — Nullust hoc [32] meticulosus æque.
SO. — Hem, in mentem venit [33]:
Illic hoc homo denuo volt pallium detexere [34].
ME. — Timet homo: deludam [35] ego illum.
SO. — Perii [36], dentes pruriunt [37]:
Certe, advenientem hic me hospitio pugneo [38] accepturus [est.
Credo, misericors est: nunc propterea quod me meus [erus
Fecit ut vigilarem [39], hic pugnis faciet hodie ut dormiam.
Oppido [40] interii! obsecro [41] hercle, quantus et quam [validus est!
ME. — Clare advorsum fabulabor [42]; hic auscultet quæ [loquar:
Igitur demum magis maiorem in sese concipiet metum.

28. **Ain tu,** *que dizes tu?* — **verbero,** *velhaco.*
29. **Pol,** *por certo.* — **furcifer,** *patife.*
30. **Sis** = *si vis, por favor:* **veni sis huc,** *vem cá.*
31. **Hoc noctis,** *a estas horas da noite.*
32. **Hoc,** *do que este:* segundo termo de comparação.
33. **In mentem venit,** *ocorre-me, quer-me parecer.*
34. **Denuo pallium detexere,** *tornar a tecer a capa,* i. é, *fustigar-me as costas.*
35. **Deludo,** *enganar.*
36. **Perii,** *estou perdido.*
37. **Dentes pruriunt,** *vou levar nos queixos* (lit.: *os dentes comem-me).*
38. **Hospitium pugneum,** *hospedagem de punhos:* vai-me receber a murros.
39. **Me fecit ut vigilarem,** *fez-me acordar:* Sósia partiu antes de ser manhã.
40. **Oppido interii,** *estou perdido de todo.*
41. **Obsecro hercle,** *ó céus, por Hércules!*
42. **Clare advorsum fabulabor,** *falar-lhe-ei em voz alta e cara a cara.*

Agite, pugni; iam diust quom ventri victum non datis.
Iam pridem videtur factum, heri quod homines quatuor
In soporem collocastis nudos [43].
SO. — Formido male, 305
Ne ego hic nomen commutem meum et Quintus [44] fiam [e Sosia:
Quatuor viros sopori se dedisse hic autumat;
Metuo ne numerum augeam illum.
ME. — Em, nunc iam ergo [45]; sic volo.
SO. — Cingitur [46]: certe expedit se.
ME. — Non feret quin [47] vapulet.
SO. — Quis homo?
ME. — Quisquis homo huc profecto venerit, pugnos [edet [48].
SO. — Apage [49], non placet me hoc noctis esse [50]: cenavi [modo;
Proin tu istam cenam largire, si sapis, esurientibus. 310
ME. — Haud malum [51] huic est pondus pugno.
SO. — Perii, pugnos ponderat!
ME. — Quid, si ego illum tractim tangam [52], ut dor- [miat?
SO. — Servaveris,
Nam continuas has tres noctes pervigilavi.
ME. — Pessumumst
Facinus nequiter ferire malam: male discit manus.
Alia forma oportet esse [53], quem tu pugno tetigeris.

43. **In soporem... nudos,** *pusestes a dormir despojados de toda a roupa.*
44. **Quintus:** jogo de palavras: como Mercúrio diz que matou 4 homens, Sósia receia perfazer o número de 5.
45. **Nunc iam ergo** (*agite*): *vamos, punhos!*
46. **Cingitur,** *arma-se.*
47. **Non feret quin,** *não se irá embora sem.* — **vapulo,** *ser açoitado.*
48. **Edet,** *comerá.*
49. **Apage,** *t'arrenego!*
50. **Esse,** *comer.*
51. **Haud malum,** *não é pequeno.*
52. **Tractim tangere,** *afagar com a mão, passar a mão pelo pêlo.*
53. **Alia forma esse,** *ser irreconhecível (bem diferente).*

SO. — Illic [54] homo me interpolabit meumque os finget
[denuo.
ME. — Exossatum os esse oportet, quem probe per-
[cusseris.
SO. — Mirum, ni hic me quasi murænam exossare
[cogitat.
Ultro istunc [55] qui exossat homines. Perii, si me aspe-
[xerit.
ME. — Olet homo quidam malo suo [56].
SO. — Hei mihi, numnam ego obolui?
ME. — Atque haud longe abesse oportet, verum longe
[hinc afuit [57].
SO. — Illic homo superstitiosust.
ME. — Gestiunt [58] pugni mihi.
SO. — Si in me exercituru's, quæso in parietem ut
[primum domes.
ME. — Vox mihi ad aures advolavit.
SO. — Ne [59] ego homo infelix fui,
Qui non alas intervelli [60]: volucrem vocem gestito [61].
ME. — Illic homo a me sibi malam rem arcessit iumento
[suo [62].
SO. — Non equidem ullum habeo iumentum.
ME. — Onerandust pugnis probe.
SO. — Lassus sum hercle e navi, ut [63] vectus huc sum:
[etiam nunc nauseo [64].
Vix incedo inanis [65], ne ire posse cum onere existu-
[mes. 330
ME. — Certe enim hic nescio quis [66] loquitur.

---

54. **Illic** = *ille*. — **interpolare**, *refazer*.
55. **Ultro istunc**, *para longe de mim este homem.*
56. **Olet... malo suo**, *cheira-me a homem para desgraça sua.*
57. **Longe afuit**, *vem de longe.*
58. **Gestio**, *saltar.*
59. **Ne**, *na verdade.*
60. **Intervello**, *arrancar.*
61. **Vocem gestito**, *tenho uma voz.*
62. **Malam rem... iumento suo**, *corre a galope para a sua desgraça* (lit.: *vem com o seu jumento buscar mau negócio).*
63. **Ut**, *depois que.*
64. **Nauseo**, *estar enjoado.*
65. **Vix... inanis**, *mal posso caminhar sem nada.*
66. **Nescio quis**, *alguém.*

SO. — Salvos sum: non me videt.
«Nescio quem» loqui autumat [67]: mihi certe nomen
[Sosiæ est.
ME. — Hinc enim dextra vox aures, ut videtur, verberat.
SO. — Metuo vocis ne vicem [68] hodie hic vapulem,
[quæ hunc verberat.
ME. — Optume eccum [69] incedit ad me.
SO. — Timeo, totus torpeo.
Non edepol nunc ubi terrarum sim scio, si quis roget,
Neque miser me commovere possum præ formidine.
Ilicet [70], mandata eri perierunt una et Sosia.
Verum certumst [71] confidenter hominem contra colloqui,
Qui possim [72] videri huic fortis, a me ut abstineat
[manum. 340
ME. — Quo ambulas tu, qui Volcanum in cornu con-
[clusum geris [73]?
SO. — Quid id exquiris tu, qui pugnis os exossas
[hominibus?
ME. — Servosne es an liber?
SO. — Utquomque animo conlubitumst meo.
ME. — Ain tu vero?
SO. — Aio enimvero.
ME. — Verbero.
SO. — Mentire nunc [74].
ME. — At iam faciam, ut verum dicas dicere [75].
SO. — Quid eo est opus? 345
ME. — Possum scire, quo profectus, cuius sis [76] aut
[quid veneris?
SO. — Huc eo, mei eri sum servos; numquid nunc es
[certior?
ME. — Quid apud hasce ædes negoti est tibi?

---

67. **Autumo**, *dizer.*
68. **Vocis vicem**, *em vez da voz.*
69. **Eccum**, *eis que.*
70. **Ilicet**, *pronto! acabou-se!*
71. **Certumst**, *estou resolvido.*
72. **Qui possim**, *de modo a dar a impressão (videri).*
73. **Qui volcanum... geris**, *que levas acesa uma lanterna de chifre.*
74. **Mentire**, *mentes*: Mercúrio dá a *verbero* o sentido de «*patife*»; Sósia dá-lhe o sentido verbal de «*bater*».
75. **Dicere** (subent. *me*).
76. **Cuius sis**, *de quem és tu.*

SO. — Immo quid tibi est? 350
ME. — Rex Creo vigiles nocturnos singulos [77] semper [locat.
SO. — Bene facit: quia nos eramus peregri [78], tutatust [79] [domi.
At nunc abi sane, advenisse familiares [80] dicito.
ME. — Nescio quam [81] tu familiaris sis: nisi actutum [82] [hinc abis,
Familiaris, accipiere, faxo, haud familiariter [83]. 355
SO. — Hic, inquam, habito ego atque horunc [84] sum [servos.
ME. — At scin quo modo [85]?
Faciam ego te superbum [86], ni hinc abis.
SO. — Quonam modo?
ME. — Auferere [87], non abibis, si ego fustem sumpsero.
SO. — Quin [88] me esse huius familiai familiarem præ- [dico.
ME. — Vide, sis, quam mox vapulare vis [89], nisi actu- [tum hinc abis. 360
SO. — Tun' domo prohibere peregre me advenientem [postulas?
ME. — Hæcine tua domust?
SO. — Ita inquam.
ME. — Qui erus est igitur tibi?

---

77. **Nocturnos singulos,** *todas as noites.*
78. **Peregri,** *em terra estrangeira.*
79. **Tutatust domi,** *defendeu a nossa casa.*
80. **Familiares,** *as pessoas da casa.*
81. **Quam,** *com que título.*
82. **Actutum,** *imediatamente.*
83. **Familiaris... haud familiariter,** *embora sejas membro da família, eu farei que sejas recebido de um modo nada familiar.*
84. **Horunc** = *horumce.*
85. **At scin quo modo?** *sabes que mais?*
86. **Faciam te superbum,** *far-te-ei um personagem importante:* porque lhe baterá a pontos de ter de ser transportado em liteira como os grandes senhores.
87. **Auferere,** *serás levado.* — **fustis,** *pau.*
88. **Quin,** *mas é que.*
89. **Vis,** em vez de *velis,* apesar de ser *interrogativa indir.,* como sucede frequentemente na linguagem cómica. — **actutum,** *já, imediatamente.*

SO. — Amphitruo, qui nunc præfectus Thebanis legio- [nibus,
Quicum nupta est Alcumena.
ME. — Quid ais? quid nomen tibist?
SO. — Sosiam vocant Thebani, Davo prognatum [90] [patre.
ME. — Ne tu istic hodie malo tuo compositis mendaciis
Advenisti, audaciai columen [91], consutis dolis.
SO. — Immo [92] equidem tunicis consutis huc advenio, [non dolis.
ME. — At mentiris etiam: certo pedibus, non tunicis [venis.
SO. — Ita profecto.
ME. — Nunc profecto vapula ob mendacium. 370
SO. — Non edepol volo profecto.
ME. — At pol profecto ingratiis [93];
Hoc quidem profecto certum est, non est arbitrarium [94].
SO. — Tuam fidem [95] obsecro!
ME. — Tun' te audes Sosiam esse dicere,
Qui ego sum?
SO. — Perii.
ME. — At parum etiam, præut futurum est [96], prædi- [cas. 375
Cuius nunc es?
SO. — Tuos: nam pugnis usu fecisti tuom [97].
Pro fidem [98], Thebani cives.
ME. — Etiam clamas, carnufex [99]?

---

90. **Prognatus,** *nascido, filho.*
91. **Columen, inis,** *cúmulo:* **audaciai columen,** *seu grande atrevido (desavergonhado).*
92. **Immo equidem,** *de modo nenhum, isso é que não.* — **Consutis dolis,** *urdindo tramas:* **consutus,** *serzido.*
93. **Ingratiis** (por *ingratis*), *ainda que não queiras.*
94. **Arbitrarium,** *facultativo.*
95. **Fidem,** *protecção, misericórdia.*
96. **Praeut futurum est,** *em comparação do que te espera.*
97. **Usu fecisti tuom,** *fizeste-me teu pelo uso:* terminologia jurídica. Em direito, uma coisa torna-se propriedade adquirida depois de certo tempo de posse.
98. **Pro fidem,** *aqui-d'el-rei! socorro!*
99. **Carnufex,** *carrasco.*

Loquere, quid venisti?
SO. — Ut esset, quem tu pugnis cæderes.
ME. — Cuius es?
SO. — Amphitruonis, inquam, Sosia.
ME. — Ergo istoc magis [100]
Quia vanilocus [101], vapulabis: ego sum, non tu, Sosia...
SO. — Ita di faciant, ut tu potius sis atque ego te ut [verberem. 380
ME. — Etiam muttis [102]?
SO. — Iam tacebo.
ME. — Quis tibi eru'st?
SO. — Quem tu voles.
ME. — Quid igitur? Qui nunc vocare?
SO. — Nemo, nisi quem iusseris.
ME. — Amphitruonis te esse aiebas Sosiam.
SO. — Peccaveram:
Nam Amphitruonis socium [103] nunc me esse volui dicere.
ME. — Scibam [104] equidem nullum esse nobis, nisi me, [servom Sosiam. 385
Fugit ratio te [105].
SO. — Utinam istuc pugni fecissent [106] tui!
ME. — Ego sum Sosia ille, quem tu dudum [107] esse [aiebas mihi.
SO. — Obsecro ut per pacem liceat te alloqui, ut ne [108] [vapulem!
ME. — Immo indutiæ parumper fiant, si quid vis loqui.
SO. — Non loquar nisi pace facta, quando [109] pugnis [plus vales.
ME. — Dic, si quid vis: non nocebo.
SO. — Tuæ fide [110] credo?

100. **Istoc magis**, *tanto mais... quanto.*
101. **Vanilocus = vaniloquus**, *mentiroso.*
102. **Muttio**, *rosnar.*
103. **Socium**, joga com *Sosiam.*
104. **Scibam** (arc. por *sciebam*).
105. **Fugit ratio te**, *perdeste o juízo* (lit. *foge-te a razão*).
106. **Utinam... tui**, *oxalá que os teus punhos fizessem o mesmo, i. é, fugissem também.*
107. **Dudum**, *há muito.*
108. **Ut ne**, *sem que.*
109. **Quando**, *pois que, visto que.*
110. **Tuæ fide** (arc. por *fidei*) **credo?** *posso acreditar na tua palavra?*

ME. — Meæ.
SO. — Quid, si falles [111]?
ME. — Tum Mercurius Sosiæ iratus siet.
SO. — Animum advorte [112]: nunc licet mihi libere quidvis [loqui.
Amphitruonis ego sum servos Sosia.
ME. — Etiam denuo?
SO. — Pacem feci, fœdus ici [113], vera dico.
ME. — Vapula [114]. 395
SO. — Ut lubet; quod tibi lubet fac, quoniam pugnis [plus vales.
Verum, utut [115] es facturus, hoc [116] quidem hercle haud [reticebo tamen.
ME. — Tu me vivos [117] hodie nunquam facies, quin [sim Sosia.
SO. — Certe edepol tu me alienabis nunquam quin [noster siem [118],
Nec nobis præter me quisquamst alius servos Sosia, 400
Qui cum Amphitruone hinc una profectus eram in [exercitum.
ME. — Hic homo sanus [119] non est.
SO. — Quod mihi prædicas vitium, id tibist.
Quid, malum [120], non sum ego servos Amphitruonis [Sosia?
Nonne hac noctu [121] nostra navis huc ex portu Persico
Venit, quæ me advexit? Nonne me huc erus misit [meus? 405
Nonne ego nunc sto ante ædes nostras? Non mihist [lanterna in manu?

111. **Si falles**, *se me enganares.*
112. **Animum advorte**, *escuta, presta atenção.*
113. **Fœdus icere**, *fazer um tratado.*
114. **Vapula**, *vais levar.*
115. **Utut**, *de qualquer modo que.*
116. **Hoc**, *isto* : que sou Sósia.
117. **Vivos** = *vivus*, *estando vivo* : **nunquam vivos**, *nunca na tua vida.*
118. **Quin noster siem**, *de modo a impedir que eu seja da nossa casa.*
119. **Sanus non est**, *não está bom do juízo, está louco.*
120. **Quid, malum!** *que diabo!*
121. **Hac noctu** (=*nocte*), *esta noite.*

Non loquor? non vigilo? nonne hic modo me pugnis [contudit?
Fecit hercle: nam mihi misero etiam nunc malæ [122] [dolent.
Quid igitur ego dubito? aut cur non intro eo in nostram [domum?
ME. — Quid, domum vostram?
SO. — Ita enimvero.
ME. — Quin, quæ dixisti modo, 410
Omnia ementitu's [123]: equidem sum Amphitruonis Sosia.
Nam noctu hac soluta est navis nostra e portu Persico,
Et, ubi Pterela rex regnavit, oppidum expugnavimus,
Et legiones Teleboarum vi pugnando cepimus,
Et ipsus Amphitruo obtruncavit regem Pterelam in [prœlio. 415
SO. — Egomet mihi non credo, cum illæc autumare [illum audio:
Hic quidem certe, quæ illic sunt res gestæ, memorat [memoriter [124].
Sed quid ais [125]? quid Amphitruoni dono a Telebois [datum est?
ME. — Pterela rex qui [126] potitare solitus est, patera [aurea.
SO. — Elocutus est [127]. Ubi patera nunc est?
ME. — Est in cistula [128], 420
Amphitruonis obsignata signo [129].
SO. — Signi quid est [130]?
ME. — Cum quadrigis sol exoriens. Quid me captas [131], [carnufex?

122. Malæ, *as maxilas, os queixos.*
123. Omnia mentitu's (=*mentitus es*), *foi mentira tudo o que disseste.*
124. Memoriter, *com fidelidade, com exactidão.*
125. Sed quid ais? *mas diz-me cá.*
126. Qui (arc. por *qua*), *pela qual.*
127. Elocutus est, *disse bem.*
128. Cistula, *cestinho.*
129. Obsignata signo, *selada com o selo.*
130. Signi quid est? *e que há nesse selo?*
131. Quid me captas? *queres-me apanhar?*

SO. — Argumentis vicit. Aliud nomen quærendum est [mihi.
Nescio unde hæc hic spectavit. Iam ego hunc decipiam [probe:
Nam quod egomet solus feci, nec quisquam alius [adfuit, 425
In tabernaclo [132], id quidem hodie nunquam poterit di- [cere.
Si tu Sosia es, legiones cum pugnabant maxume,
Quid in tabernaclo fecisti? Victus sum, si dixeris.
ME. — Cadus [133] erat vini; inde implevi hirneam.
SO. — Ingressust viam [134].
ME. — Eam ego vini, ut matre natum fuerat, eduxi [135] [meri. 430
SO. — Mira sunt, nisi latuit [136] intus illic in illac hirnea.
Factum est illud, ut ego illic vini hirneam ebiberim meri.
ME. — Quid nunc? Vincone argumentis, te non esse [Sosiam?
SO. — Tu negas med [137] esse?
ME. — Quid ego ni negem qui egomet siem [138]?
SO. — Per Iovem iuro med esse neque me falsum dicere. 435
ME. — At ego per Mercurium iuro, tibi Iovem non [credere:
Nam iniurato [139], scio, plus credit mihi quam iurato tibi.
SO. — Quis ego sum saltem, si non sum Sosia? te [interrogo.
ME. — Ubi ego Sosia nolim esse, tu esto sane Sosia:
Nunc quando ego sum, vapulabis, ni hinc abis, ignobi- [lis [140]. 440

132. In tabernaculo, *na tenda.*
133. Cadus, *barril.* — hirnea, *vasilha de vinho.*
134. Ingressust viam, *vai no encalce, está quente.*
135. Ut matre... eduxi, *bebi-o (empinei-o) como tinha saído da vinha sua mãe.*
136. Latuit, *esteve escondido.*
137. Med = *me.*
138. Quid... siem, *como não hei-de negar se sou eu.*
139. Iniurato, *sem juramento.*
140. Ignobilis, *sem nome.*

SO. — Certe edepol, cum illum contemplo et formam [cognosco meam,
Quem ad modum ego sum (sæpe in speculum inspexi), [nimis similist mei.
Itidem habet petasum [141] ac vestitum: tam consimilis [atque ego.
Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum, vel labra,
Malæ, mentum, barba, collus: totus. Quid verbis opust? [445
Si tergum cicatricosum [142], nihil hoc similius [143].
Sed cum cogito, equidem certo idem sum, qui semper fui.
Novi erum, novi ædes nostras: sane sapio [144] et sentio.
Non ego illi obtempero, quod loquitur: pultabo [145] foris.
ME. — Quo agis te [146]?
SO. — Domum.
ME. — Quadrigas si nunc inscendas [147] Iovis, 450
Atque hinc fugias, ita vix poteris ecfugere infortunium.
SO. — Non eræ meæ nuntiare, quod erus meus iussit, [licet?
ME. — Tuæ siquid vis nuntiare: hanc nostram adire non [sinam.
Nam si me irritassis [148], hodie lumbifragium [149] hinc [auferes.
SO. — Abeo potius; Di immortales, obsecro vostram [fidem, 455
Ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi ego formam [perdidi?
An egomet me illic reliqui, si forte oblitus fui?
Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ antehac [fuerat, possidet.

141. **Petasus,** *chapéu.* — **sura,** *perna.* — **m e n t u m,** *queixo.* — **collus,** *pescoço.*
142. **Cicatricosus,** *cheio de cicatrizes*: devido aos muitos açoites que Sósia apanhou.
143. **Nihil... similius,** *não há semelhança mais parecida.*
144. **Sane sapio,** *por certo estou no meu juízo.*
145. **Pulto, as,** *bater.*
146. **Quo agis te?** *para onde vais tu?*
147. **Si inscendas,** *ainda que montasses.*
148. **Irritassis** = *irritaveris.*
149. **Lumbifragium,** *quebradura dos rins.*

Vivo fit [150], quod nunquam quisquam mortuo faciet mihi.
Ibo ad portum atque hæc, uti sunt facta, ero dicam meo; 460
Nisi etiam is quoque me ignorabit [151], quod ille faxit [Iupiter [152],
Uti ego hic hodie, raso capite [153], calvos capiam pi- [leum [154].

150. **Vivo fit,** *acontece-me a mim vivo (em vida) o que.*
151. **Ignorabit,** *não queira reconhecer-me.*
152. **Quod faxit (fecerit) Iupiter,** *oxalá que Júpiter permita que.*
153. **Capite,** *com a cabeça rapada*: antes de darem liberdade aos escravos, rapavam-lhes a cabeça.
154. **Calvos** = *calvus.* — **capere pileum,** *tomar o barrete*: sinal de que era posto em liberdade. Daí a expressão: **pileatum ire,** *ser posto em liberdade.*

8. FABULÆ «AULULARIA» ARGUMENTUM

Euclio, senex avarus, aulam auri plenam domi suæ in fossam detrusam invenit. Tanta autem sollicitudine ob istam aulam affectus est, ut eam etiam atque etiam variis in locis reconderet. Lyconidis autem servus ollam repertam rapuit ac domino obtulit. Iamvero cum Lyconides Euclionis filiam sibi uxorem posceret, aula puellæ in dotem attribuitur, quæ proinde Lyconidi e patris sententia nupsit.

9. Prologus

LAR FAMILIARIS[1]

Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar.
Ego Lar sum familiaris ex[2] hac familia,
Unde exeuntem me aspexistis. Hanc domum
Iam multos annos est cum possideo[3] et colo,
Patrique[4] avoque iam huius, qui nunc hic habet[5]. 5
Sed mihi avos huius obsecrans concredidit
Thesaurum auri intus clam omnes[6]; in medio foco[7]
Defodit venerans[8] me, ut id servarem sibi.
Is quoniam[9] moritur (ita avido ingenio fuit!)
Nunquam indicare id filio voluit suo, 10
Inopemque optavit potius eum relinquere,
Quam eum thesaurum commonstraret filio.
Agri reliquit ei non magnum modum,
Quo cum labore magno et misere viveret.
Ubi is obiit mortem, qui mi[10] id aurum credidit, 15
Cœpi observare, ecqui[11] maiorem filius
Mihi honorem[12] haberet quam eius habuisset pater.

---

9. 1. **Lar familiaris**: era a alma do fundador da família, o deus protector da casa, que impedia a extinção da família.
2. **Ex hac familia**: da casa de Euclião.
3. **Possideo**, *ocupo.*
4. **Patri**, *em favor do pai.*
5. **Habet**, *habita.*
6. **Clam omnes** (arc. por **clam omnibus**), *sem ninguém saber.*
7. **Focus**, *lar doméstico, habitação.*
8. **Venerari**, *respeitar, suplicar.*
9. **Quoniam** (= **quom iam**) **moritur**, *ao morrer.*
10. **Mi** = *mihi.*
11. **Ecqui**, *se porventura.*
12. **Honorem**, *culto.*

Atque ille vero minus minusque impendio[13]
Curare minusque me impertire honoribus[14].
Item a me contra[15] factum est: nam item[16] obiit diem. 20
Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium
Pariter moratum[17], ut pater avosque eius fuit.
Huic filia una est. Ea mihi cotidie
Aut ture aut vino aut aliqui[18] semper supplicat;
Dat mihi coronas[19]. Eius honoris gratia[20] 25
Feci, thesaurum ut hic reperiret Euclio,
Quo illam facilius nuptum[21], si vellet, daret...
Sed hic senex iam clamat intus, ut solet; 37
Anum[22] foras extrudit, ne sit conscia.
Credo, aurum inspicere volt, ne surruptum[23] siet[24].

10. Eucliāo e a criada

EUCLIO, STAPHYLA

EU. — Exi, inquam, age, exi! exeundum hercle tibi hinc [est foras, 40
Circumspectatrix[1], cum oculis emissiciis![2]
ST. — Nam cur[3] me miseram verberas?
EU. — Ut misera sis
Atque ut te dignam mala malam ætatem[4] exigas.
ST. — Nam me qua nunc causa extrusisti ex ædibus?

---

13. **Impendio** (adv.), *muito*: reforça *minus minusque.*
14. **Impertire** (de *pars*) **honoribus**, *fazer oferendas.*
15. **Contra**, *em contra partida, em paga.*
16. **Item**, *do mesmo modo*, isto é, sem ter sido informado acerca do tesoiro.
17. **Pariter moratum**, *dos mesmos costumes, da mesma laia.*
18. **Aliqui** (abl. n. arc. de *aliquis*), *com alguma coisa.*
19. **Coronas**: ofertas de pessoas de condição modesta.
20. **Eius** (= *filiae*) **honoris gratia**, *em atenção a ela, em recompensa do culto que ela me presta.*
21. **Nuptum** (supino), *em casamento.*
22. **Anum**: *a velha* escrava Estáfila.
23. **Surruptum** (por *surreptum*), *roubado.*
24 **Siet** (arc. por *sit*).

10. 1. **Circumspectatrix**, *espiona.*
2. **Emissicius**, *que é enviado a descobrir, indagador.*
3. **Nam cur**, *mas por que é que?*
4. **Aetatem**, *vida.*

EU. — Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges[5]? 45
Illuc regredere ab ostio. Illuc, sis[6]. Vide,
Ut incedit[7]. At scin', quo modo tibi res se habet[8]?
Si hodie hercle fustem cepero aut stimulum in manum,
Testudineum istum tibi ego grandibo[9] gradum.
ST. — Utinam me divi[10] adaxint[11] ad suspendium[12] 50
Potius quidem quam hoc pacto apud te serviam!
EU. — At ut scelesta sola secum murmurat!
Oculos hercle ego istos, improba, ecfodiam tibi,
Ne me observare possis, quid rerum geram.
Abscede etiam nunc[13], etiam nunc.
ST. — Etiamne?
EU. — Ohe, 55
Istic adstato! Si hercle tu ex istoc loco
Digitum transvorsum[14] aut unguem latum[15] excesseris,
Aut si respexis[16], donicum[17] ego te iussero,
Continuo hercle ego te dedam discipulam[18] cruci.
Scelestiorem me hac anu certe scio 60
Vidisse nunquam, nimisque[19] ego hanc metuo male[20],
Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit[21],
Neu persentiscat, aurum ubi est absconditum,

5. **Stimulorum seges**, *seara de açoites.*
6. **Sis** (= *si vis*): fórmula que se junta ao imperativo.
7. **Ut incedit**, *como caminha, como vai a pisar ovos.*
8. **Scin'** (= scisne)... **se habet**, *sabes o que te espera?*
9. **Grandibo**, (fut. arc. de *grandire*), *aumentarei, estugarei.*
10. **Divi** (raro por *di*), *deuses.*
11. **Adaxint**, *obriguem*: perf. conj. arc. por *adegerit*. O latim arcaico possui ainda vestígios de um conj. opt. em-*im* ou em-*sim*, correspondente ao conj. em-*am*. Tal conjuntivo exprime *possibilidade, proibição,* ou *desejo.*
12. **Suspendium**, *acção de se enforcar, forca.*
13. **Etiam nunc**, *ainda mais.*
14. **Digitum transvorsum**, *a travessa de um dedo.*
15. **Unguem latum**, *a largura de uma unha.*
16. **Respexis** (arc. por *respexeris*), *olhares para trás.*
17. **Donicum** (arc. por *donec*), *até que, antes que.*
18. **Discipulam**, *como aluna*: para te ensinar a obedecer.
19. **Nimis** (sentido arc.), *muito.*
20. **Nimis metuo male**, *tenho um medo terrível.*
21. **Duit**(= *det*): **dare verba**, *enganar.*

Quæ in occipitio[22] quoque habet oculos, pessuma.
Nunc ibo, ut visam, sitne ita aurum, ut condidi, 65
Quod me sollicitat plurimis miserum modis.
ST. — Noenum[23] mecastor[24], quid ego ero dicam meo
Malæ rei[25] evenisse quamve insaniam,
Queo comminisci: ita me miseram ad hunc modum
Deciens die uno sæpe extrudit ædibus. 70
Nescio pol[26], quæ illunc hominem intemperiæ[27] tenent:
Pervigilat noctes totas, tum autem interdius[28],
Quasi claudus sutor, domi sedet totos dies.

11. Euclião vai ao mercado

EU. — Nunc defæcato[1] demum animo egredior domo,
Postquam perspexi salva esse intus omnia. 80
Redi nunciam[2] intro atque intus serva.
ST. — Quippini[3]?
Ego intus servem? An, ne quis ædes auferat?
Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti[4] furibus:
Ita inaniis[5] sunt oppletæ atque araneis.
EU. — Mirum, quin[6] tua me causa[7] faciat Iupiter 85
Philippum regem aut Darium[8], trivenefica[9].

22. **Occipitium** (dimin. de *occiput*), *toutiço.*
23. **Noenum** = *non.*
24. **Mecastor** (fórm. de juramento), *por Castor.*
25. **Quid malæ rei**, *que loucura.*
26. **Pol** (e *e-de-pol*), *por Pólux.* Castor e Pólux eram irmãos gémeos e filhos de Júpiter (Dioscuros).
27. **Intemperiæ**, *fúrias, transtorno mental.*
28. **Interdius** (= *interdiu*), *durante o dia.*

11. 1. **Defæcatus** (*faex, lodo, fezes*), *aliviado.*
2. **Nunciam** = *nunc iam.*
3. **Quippini**, *porque não? pois claro!*
4. **Nihil quæsti** (gen. arc. por *quaestus*), *nenhum lucro.*
5. **Inaniis**, *de inutilidades*: subst. formado còmicamente de *inanis* à maneira de *araneis.*
6. **Mirum quin**, *é para admirar que... não.*
7. **Tua causa**, *por tua causa, em atenção a ti.*
8. **Philippum... Darium**: as moedas de oiro com a efígie de Filipe e de Dario tornavam proverbiais as riquezas daqueles monarcas (da Macedónia e da Pérsia).
9. **Trivenefica**, *sua grandessíssima bruxa!*

Araneas mihi ego illas servari volo.
Pauper sum, fateor, patior: quod di dant, fero.
Abi intro, occlude ianuam; iam ego hic ero.
Cave quemquam alienum in ædes intromiseris. 90
Quod [10] quispiam ignem quærat, exstingui volo,
Ne causæ quid sit, quod te quisquam quæritet;
Nam si ignis vivet, tu exstinguere [11] extempulo.
Tum aquam aufugisse dicito, si quis petet.
Cultrum, securim, pistillum [12], mortarium [13], 95
Quæ utenda vasa semper vicini rogant [14],
Fures venisse atque abstulisse dicito.
Profecto in ædes meas me absente neminem
Volo intromitti; atque etiam hoc prædico tibi:
Si Bona Fortuna [15] veniat, ne intromiseris. 100
ST. — Pol ea ipsa, credo, ne intromittatur cavet:
Nam ad ædes nostras nusquam adiit quaquam [16] prope.
EU. — Tace atque abi intro.
ST. — Taceo atque abeo.
EU. — Occlude, sis,
Fores ambobus pessulis [17]; iam ego hic ero.
Discrucior animi [18], quia ab domo abeundumst mihi. 105
Nimis hercle invitus abeo; sed, quid agam, scio.
Nam nobis nostræ qui est magister curiæ [19],
Dividere argenti dixit nummos in viros [20].

10. **Quod**, *quanto ao facto de, e porque.*
11. **Extinguere**, *serás tu apagada* (morta). **Extempulo** (arc. por *extemplo*), *imediatamente.*
12. **Pistillus**, i, *pilão, mão do almofariz.*
13. **Mortarium**, *almofariz.*
14. **Utenda... rogant**, *pedem emprestados.*
15. **Bona Fortuna**: devia haver um templo da deusa perto do teatro em que se representava a peça.
16. **Nusquam... quaquam**, *nunca de forma alguma.*
17. **Pessulus**, *ferrolho.*
18. **Animi**: é um locat. como em *angi animi, aeger animi, incertus animi.*
19. **Curia**, *cúria*: divisão da cidade romana, cujo presidente não costumava fazer distribuições de dinheiro. Mas Plauto, que situa a sua comédia em Atenas, faz alusão ao costume ali vigente de distribuir dinheiro às pessoas indigentes do mesmo demo.
20. **In viros**, *por cabeça.*

Id si relinquo ac non peto, omnes illico
Me suspicentur, credo, habere aurum domi, 110
Nam verisimile non est hominem pauperem
Pauxillum [21] parvi facere quin [22] nummum petat.
Nam nunc, cum [23] celo sedulo omnes, ne sciant,
Omnes videntur scire, et me benignius
Omnes salutant, quam salutabant prius: 115
Adeunt, consistunt, copulantur [24] dexteras;
Rogitant me, ut valeam, quid agam [25], quid rerum geram.
Nunc, quo profectus sum, ibo; postidea [26] domum
Me rursum, quantum potero, tantum [27] recipiam.

12. Megadoro pede a mão da filha de Euclião

EUCLIO, MEGADORUS

EU. — Præsagibat [1] mi animus frustra me ire, cum exi-
[bam domo;
Itaque abibam invitus. Nam neque quisquam curialium [2]
Venit, neque magister, quem dividere argentum opor-
[tuit. 180
Nunc domum properare propero; nam egomet sum hic,
[animus domist [3].
ME. — Salvos atque fortunatus, Euclio, semper sies.
EU. — Di te ament, Megadore.
ME. — Quid tu [4]? recten, atque ut vis, vales?
EU. — Non temerarium est [5], ubi dives blande appellat
[pauperem.

21. **Pauxillus** (dim. de *paucus*), *muito pequeno.*
22. **Quin** (= *ita ut non*), *a ponto de não.*
23. **Cum** (concess.), *apesar de*: normalmente constrói-se com conjuntivo.
24. **Copulantur** (arc. por *copulant*), *unem.*
25. **Quid agam**, *como vou.*
26. **Postidea** = *postea.*
27. **Tantum... quantum potero**, *tão depressa como puder.*
12. 1. **Præsagibat**, *adivinhava.*
2. **Curialium**, *dos membros da Cúria.*
3. **Domist** = *domi est.*
4. **Quid tu** (*agis*), *como vai essa bizarria?*
5. **Non temerarium est**, *não deve ser por acaso.*

Iam illic [6] homo aurum scit me habere; eo me salutat [blandius. 185
ME. — Ain [7] tu te valere?
EU. — Pol ego haud perbene a [8] pecunia.
ME. — Pol, si est animus æquos tibi, satis habes, qui [9] [bene vitam colas [10].
EU. — Anus huic hercle indicium fecit de auro; perspi- [cue palam est;
Cui ego iam linguam præcidam atque oculos ecfodiam [domi.
ME. — Quid tu solus tecum loquere?
EU. — Meam pauperiem conqueror. 190
Virginem habeo grandem, dote cassam [11] atque inloca- [bilem [12];
Neque eam queo locare cuiquam.
ME. — Tace; bonum habe animum, Euclio:
Dabitur; adiuvabere a me. Dic, si quid opust; impera.
EU. — Nunc petit, cum pollicetur; inhiat [13] aurum, ut [devoret.
Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. 195
Nemini credo, qui large blandust dives [14] pauperi:
Ubi manum iniicit benigne [15], ibi onerat aliquam za- [miam [16].
Ego istos novi polypos [17], qui, ubi quidquid tetigerunt, [tenent.
ME. — Da mi operam [18] parumper. Paucis, Euclio, est [quod te volo
De communi re appellare [19] mea et tua.

6. **Illic,** *lá (em casa).*
7. **Ain** = *aisne.*
8. **A,** *quanto a.*
9. **Qui,** *com que.*
10. **Vitam colas,** *vivas.*
11. **Dote cassam,** *sem dote: cassus, vazio, vão.*
12. **Inlocabilis,** *difícil de colocar (casar).*
13. **Inhiare,** *ter a boca aberta, cobiçar.*
14. **Qui dives,** *que sendo rico.*
15. **Ubi... benigne,** *quando estende a mão para acariciar.*
16. **Ibi onerat zamiam,** *é então que a prega:* **onerare,** *infligir;* **zamia,** *prejuízo.*
17. **Polypus,** *pólipo, açambarcador.*
18. **Da mi operam,** *dá-me atenção.*
19. **Appellare,** *dirigir a palavra a, conversar.*

EU. — Ei misero mihi! 200
Aurum mi intus harpagatumst [20]; nunc hic eam rem volt, [scio,
Mecum adire ad pactionem [21]. Verum intervisam domum.
ME. — Quo abis?
EU. — Iam huc ad te revortar; nunc est, quod visam [domum.
ME. — Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia,
Mi ut despondeat, sese a me derideri rebitur. 205
Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate [22] [parcior.
EU. — Di me servant; salva res est: salvom est, si quid [non perit.
Nimis male [23] timui; priusquam intro redii, exanimatus [fui.
Redeo ad te, Megadore, si quid me vis.
ME. — Habeo gratiam.
Quæso, quod te percontabor [24], ne id te pigeat proloqui. 210
EU. — Dum quidem ne quid perconteris, quod non [lubeat proloqui.
ME. — Dic mihi: quali me arbitrare genere prognatum?
EU. — Bono.
ME. — Quid fide [25]?
EU. — Bona.
ME. — Quid, factis?
EU. — Neque malis neque improbis.
ME. — Ætatem meam scis?
EU. — Scio esse grandem, item ut pecuniam.
ME. — Certe edepol equidem te civem sine mala omni [malitia 215
Semper sum arbitratus et nunc arbitror.

20. **Harpagatumst,** *foi surripiado.*
21. **Eam rem adire ad pactionem,** *que isso venha a um acordo, que venhamos a um acordo sobre isso (o dinheiro).*
22. **Ex paupertate,** *por causa da pobreza.*
23. **Nimis male,** *muito.*
24. **Percontari,** *inquirir, perguntar.*
25. **Quid fide?** *que (pensas) da minha honradez?*

EU. — Aurum huic olet [26].
Quid nunc me vis?
ME. — Quoniam tu me et ego te, qualis sis, scio,
Quæ res recte vortat mihique tibique tuæque filiae,
Filiam tuam mi uxorem posco. Promitte hoc fore.
EU. — Heia, Megadore, haud decorum facinus [27] tuis [factis [28] facis,
Ut inopem atque innoxium abs te [29] atque abs tuis me [irrideas:
Nam de te neque re neque verbis merui, ut faceres quod [facis.
ME. — Neque edepol ego te derisum venio, neque deri- [deo,
Neque dignum arbitror.
EU. — Cur igitur poscis meam gnatam [30] tibi?
ME. — Ut propter me tibi sit melius, mihique propter [te et tuos. 225
EU. — Venit hoc mihi, Megadore, in mentem ted [31] esse [hominem divitem,
Factiosum [32]; me autem esse hominem pauperum pau- [perrumum.
Nunc si filiam locassim [33] meam tibi, in mentem venit
Te bovem esse et me esse [34] asellum; ubi tecum con- [iunctus siem,
Ubi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in [luto [35]; 230
Tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi nunquam [siem [36];

26. **Aurum huic olet,** *cheira--lhe o meu dinheiro.*
27. **Facinus,** *acção* (boa ou má).
28. **Haud decorum tuis factis,** *que não é digno da tua conduta.*
29. **Innoxium esse ab aliquo,** *ser inocente em relação a alguém, não lhe ter feito mal.*
30. **Gnata,** *filha*: o *g* inicial, conservado na época arcaica é raro no período clássico.
31. **Ted** (arc. por *te*).
32. **Factiosus,** *empreendedor.*
33. **Locassim,** (arc. por *locaverim* ou *locem*).
34. **Esse** (fam. por *fore*) *que hei-de ser.*
35. **Lutum,** *lodo, lama.*
36. **Gnatus quasi... siem,** *como se eu não existisse.*

Et te utar iniquiore [37] et meus med ordo [38] irrideat:
Neutrubi [39] habeam stabile stabulum, si quid divorti [fuat [40].
Asini mordicus [41] me scindant, boves incursent [42] corni- [bus.
Hoc magnum est periclum, me ab asinis ad boves trans- [cendere. 235
ME. — Quam [43] ad probos propinquitate proxume te [adiunxeris,
Tam optumum est. Tu condicionem [44] hanc accipe; aus- [culta [45] mihi,
Atque eam desponde mi.
EU. — At nihil est dotis, quod dem.
ME. — Ne duas [46].
Dum modo morata [47] recte veniat, dotata est satis.
EU. — Eo [48] dico, ne me thesauros reperisse censeas. 240
ME. — Novi; ne doceas [49]. Desponde.
EU. — Fiat. Sed pro Iupiter!
Num ego disperii?
ME. — Quid tibi est?
EU. — Quod crepuit quasi ferrum modo [50].
ME. — Hic apud me hortum confodere iussi. Sed ubi [hic est homo?

37. **Te utar iniquiore,** *serei tratado por ti com mais desdém.*
38. **Meus ordo,** *os da minha condição.*
39. **Neutrubi,** *em parte nenhuma.*
40. **Si quid divorti fuat,** *se houver divergência de opiniões, se nos separarmos*: *fuam, as, at* (arc. por *sim, sis, sit*).
41. **Mordicus,** *às dentadas.*
42. **Incursare,** *lançar-se sobre, atacar.*
43. **Quam proxume... tam optumum,** *quanto mais uma pessoa se aproxima... tanto melhor.*
44. **Condicionem hanc,** *este partido.*
45. **Auscultare,** *prestar atenção.*
46. **Duam, duas, duat** (arc. por *dem, des, det*).
47. **Dum modo morata...,** *seja ela de bom carácter e de boa educação.*
48. **Eo dico ne,** *digo isto para que não.*
49. **Ne doceas,** *não precisas de mo dizer.*
50. Euclião julgou ouvir ruído de ferros, deixou Megadoro sòzinho e desatou a correr para casa.

Abiit, neque me certiorem fecit. Fastidit [51] mei;
Quia videt me suam amicitiam velle, more hominum [52]
[facit.
Nam si opulentus it petitum pauperioris gratiam, 246
Pauper metuit congrediri [53], per metum male rem gerit [54];
Idem, quando occasio illæc [55] periit, post sero cupit.
EU [56]. — Si hercle ego te non elinguandam [57] dedero
[usque ab radicibus,
Impero auctorque ego sum, ut tu me cuivis lacerandum
[loces [58].
ME. — Video hercle ego te me arbitrari, Euclio, homi-
[nem idoneum,
Quem senecta ætate ludos facias [59], haud merito meo.
EU. — Neque edepol, Megadore, facio [60], neque, si
[cupiam copia est.
ME. — Quid nunc? etiam [61] mihi despondes filiam?
EU. — Illis legibus, 255
Cum illa dote, quam tibi dixi.
ME. — Sponden [62] ergo?
EU. — Spondeo.
Di bene vortant [63].
ME. — Ita di faxint.
EU. — Illud facito ut memineris
Convenisse [64], ut ne quid dotis mea ad te afferret filia.
ME. — Memini.

---

51. **Fastidit mei** (arc. por *fastidit me*), *tem repugnância por mim, não quer nada comigo.*
52. **More hominum,** *como fazem todos os homens em geral.*
53. **Congrediri** (arc. por *congredi*), *de se aproximar, de travar amizade.*
54. **Male rem gerit,** *perde uma boa oportunidade.*
55. **Illæc** (fem. de *illic*).
56. Euclião, ao entrar em casa, ameaça a criada (Estáfila), por suspeitar que ela teria dado à língua a respeito do tesoiro.
57. **Elinguare,** *arrancar a língua.* — **usque ab,** *desde.*
58. **Cuivis loces,** *que me entregues (vendas) a quem tu quiseres.*
59. **Quem ludos facias,** *de quem zombes.*
60. **Nec facio** (subent *ludos*), *eu não zombo.*
61. **Etiam,** *então sempre, ainda.*
62. **Sponden** = *spondesne.*
63. **Di bene vortant,** *que os deuses nos sejam propícios.*
64. **Convenisse,** *que contratámos, que combinámos.*

EU. — At scio, quo vos soleatis pacto perplexarier [65].
Pactum non pactum est, non pactum pactum est, quod [66]
[vobis lubet. 260
ME. — Nulla controvorsia mihi tecum erit. Sed, nuptias
Hodie quin faciamus, num quæ causast?
EU. — Immo hercle optuma [67].
ME. — Ibo igitur; parabo. Numquid vis me [68]?
EU. — Istuc [69].
ME. — Fiet. Vale.
Heus, Strobile [70], sequere propere me ad macellum stre-
[nue.
EU. — Illic hinc abiit. Di immortales, obsecro, aurum
[quid valet! 265
Credo ego illum iam inaudivisse mi esse thesaurum domi.
Id inhiat; ea adfinitatem hanc obstinavit gratia [71].

13. Euclião volta do mercado

EUCLIO, CONGRIO

EU. — Volui animum tandem confirmare hodie meum [1],
Ut bene me haberem [2] filiai [3] nuptiis.
Venio ad macellum, rogito pisces; indicant
Caros [4], agninam [5] caram, caram bubulam,

---

65. **Perplexarier** (infin. arc. por *amplexari*), *fazer rabulices, embrulhar as coisas.*
66. **Quod,** *conforme, como.*
67. **Immo optima,** *antes pelo contrário, temos excelentes razões* (para celebrar hoje o matrimónio).
68. **Nunquid vis me?** *queres-me ainda mais alguma coisa?* (Fórmula de delicadeza antes de se despedir de alguém).
69. **Istuc** (arc. por *istud*), *o que tu dizes,* i. é, que prepares tudo.
70. **Strobilus,** *Estróbilo* (nome grego que quer dizer *pião*): é o escravo de Megadoro.
71. **Ea... gratia** = *eius rei... gratia, por isso.*
13. 1. **Animum confirmare meum,** *fazer um esforço.*
2. **Ut bene me haberem,** *por me tratar bem, por me regalar.*
3. **Filiai** (arc. por *filiae*).
4. **Carus,** *caro.*
5. **Agnina** (subent. *caro*), *carne de cordeiro.* — **bubula,** *carne de vaca.* — **vitulina,** *carne de vi-*

Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia; 375
Atque eo fuerunt cariora: æs non erat [6].
Illinc abeo iratus, quoniam nihil est, qui [7] emam;
Ita illis impuris [8] omnibus adii manum [9];
Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occepi [10]: «Festo die si quid prodegeris [11], 380
Profecto egere liceat, nisi peperceris».
Postquam hanc rationem ventri cordique edidi,
Acessit animus [12] ad meam sententiam,
Quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem.
Nunc tusculum [13] emi hoc et coronas floreas; 385
Hæc imponentur in foco nostro Lari,
Ut fortunatas faciat natæ nuptias.
— Sed quid ego apertas ædes nostras conspicor?
Et strepitust intus! Numnam ego compilor [14] miser?
CO [15]. — Aulam [16] maiorem, si pote, ex vicinia
Pete: hæc est parva, capere [17] non quit.
EU. — Ei mihi!
Perii hercle! aurum capitur; aula quæritur,
Nimirum occidor, ni intro huc propero currere.
Apollo, quæso, subveni mi atque adiuva:
Confige sagittis fures thesaurarios, 395
Cui in re tali iam subvenisti antidhac [18]!
Sed cesso prius, quam prorsus perii, currere?

---

tela. — **cetus,** *peixe.* — **porcina.** *carne de porco.*
6. **Aes non erat** (*mihi*), *não tinha dinheiro.*
7. **Nihil... qui** (= *quo*), *não havia com que.*
8. **Impurus,** *patife, malandro.*
9. **Adire manum alicui,** *enganar alguém.*
10. **Occipere,** *começar.*
11. **Prodigo,** *ser pródigo, esbanjar.*
12. **Animus,** *a razão,* — **sententia,** *primeira ideia.*
13. **Tusculum** (*tus*), *um pouco de incenso.*
14. **Compilare,** *pilhar.*
15. **Congrio:** fala do fundo da casa de Euclião.
16. **Aula,** *panela.*
17. **Capere,** *conter suficientemente, tomar.*
18. **Antidhac** (arc. por *antehac*), *até agora, antes disto.*

ANTHRAX

Dromo, desquama [1] pisces. Tu, Machærio, 398
Congrum [2], murænam exdorsua, quantum potest.
Ego hinc artoptam [3] ex proxumo utendum [4] peto.
— Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proxumo [5]?
Coqui hercle, credo, faciunt officium suom.
Fugiam intro, ne quid turbæ [6] hic itidem fuat [7].

EUCLIO, STROBILUS

EU. — I foras, lumbrice [1], qui sub terra erepsisti [2] modo!
Qui modo nusquam comparebas; nunc, cum compares, [peris [3].
Ego pol te, præstigiator [4], miseris iam accipiam modis. [630
ST. — Quæ te mala crux [5] agitat? Quid tibi mecumst [commerci, senex?
Quid me afflictas [6]? Quid me raptas? Qua me causa [verberas?
EU. — Verberabilissume [7], etiam rogitas? non fur, sed [trifur...
ST. — Quid tibi subripui?
EU. — Redde huc [8], sis.

---

1. **Desquamare,** *tirar as escamas.*
2. **Conger ou Congrus,** *congro.* — **muræna,** *moreia, lampreia.* — **exdorsuare,** *tirar a pele do lombo, quebrar o espinhaço.*
3. **Artopta,** *tosteira* (para cozer o pão), *pá.*
4. **Utendum petere,** *pedir emprestado.*
5. É Euclião que bate nos cozinheirosos, quais tomou por ladrões.
6. **Turba,** *reboliço, barulho, desordem.*
7. **Fuat** = *sit.*

1. **Lumbricus,** *lombriga, verme da terra.*
2. **Erepo,** *sair de gatinhas.*
3. **Peris,** *estás morto, estás perdido.*
4. **Præstigiator,** *charlatão, pantomineiro, feiticeiro.*
5. **Mala crux,** *má doença, espírito mau.*
6. **Adflictare,** *empurrar, dar encontrões.*
7. **Verberabilissume,** *aptíssimo para açoites:* superlat. forjado por Plauto.
8. **Redde huc,** *dá cá.*

ST. — Quid tibi vis reddam?
EU. — Rogas?
ST. — Nihil equidem tibi [9] abstuli.
EU. — At illud, quod tibi abstuleras, cedo [10]. 635
Ecquid agis [11]?
ST. — Quid agam?
EU. — Mea auferre non potes.
ST. — Quid vis tibi?
EU. — Pone [12].
ST. — Id quidem pol te dictare credo consuètum, senex.
EU. — Pone hoc, sis. Aufer cavillam [13]: non ego nunc [nugas ago [14].
ST. — Quid ego ponam? Quin tu eloquere, quidquid [est, suo nomine.
Non hercle equidem quidquam sumpsi nec tetigi.
EU. — Ostende huc manus. 640
ST. — Em [15], tibi ostendi; eccas.
EU. — Video. Age, ostende etiam tertiam.
ST. — Larvæ [16] hunc atque intemperiæ [17] insaniaeque [agitant senem.
Facin iniuriam mihi an non?
EU. — Quia non pendes, maxumam;
Atque id quoque iam fiet, nisi fatere.
ST. — Quid fatear tibi?
EU. — Quid abstulisti hinc?
ST. — Di me perdant, si ego tui quidquam abstuli, 645
Nive adeo abstulisse vellem [18].

---

9. **Tibi**, *para ti*: Plauto joga com o *dativo* depois de *aufero*, que pode ser dat. de *interesse* (como o toma Euclião). ou *dat.* regido por *aufero* em vez de *a* ou *ab* (como o emprega Estróbilo).
10. **Cedo** (v. def.), *dá, mostra. traze.*
11. **Ecquid agis?** *que demoras são essas?*
12. **Pone**, *põe cá, restitui.*
13. **Aufer cavillam**, *deixa-te de cavilações.*
14. **Nugas non agere**, *não estar para brincadeiras, não estar para perder tempo.*
15. **Em** (arc. por *en*): *aqui tens.* — **eccas** = *ecce eas.*
16. **Larvæ**, *fúria*: na mitologia latina eram almas dos maus que vinham perturbar os vivos.
17. **Intemperiæ**, *transtornos mentais.*
18. **Nive... vellem**, *e se já não te quis roubar.*

EU. — Agedum, excutedum [19] pallium [20].
ST. — Tuo arbitratu.
EU. — Ne inter tunicas habeas.
ST. — Tenta, qua lubet.
EU. — Vah! scelestus quam benigne [21], ut ne abstulisse [intellegam!
Novi sycophantias [22] tuas. Age, rursum ostende huc [manum
Dexteram.
ST. — Em.
EU. — Nunc lævam ostende.
ST. — Quin [23] equidem ambas profero. 650
EU. — Iam scrutari mitto [24]. Redde huc.
ST. — Quid reddam?
EU. — Ah, nugas agis!
Certe habes.
ST. — Habeo ego? quid habeo?
EU. — Non dico: audire expetis [25].
Id meum, quidquid habes, redde.
ST. — Insanis. Perscrutatus es
Tuo ambitratu, neque tui me quidquam invenisti penes [26]
EU. — Mane, mane. Quis ille est, qui hic intus alter [erat tecum simul? 655
Perii hercle: ille nunc intus turbat [27]. Hunc si amitto, hic [abierit.
Postremo hunc iam perscrutavi: hic nihil habet.
Abi, quo lubet.
ST. — Iupiter te dique perdant.
EU. — Haud male agit hic gratias.

---

19. **Excutedum**, *sacode*: a partíc. *dum* equivale à partíc. grega δή.
20. **Pallium**, *capa*: peça principal do vestuário grego, correspondente à *toga* dos romanos.
21. **Quam benigne** (subent. *facit*), *como se deixa apalpar tão amàvelmente,*
22. **Sycophantia**, *embuste, velhaquice.*
23 **Quin**, *mais ainda, até.*
24. **Mitto**, *renunciar.*
25. **Expetere**, *desejar.*
26. **Me penes**, *em meu poder, nas minhas mãos.*
27. **Turbare**, *fazer desordem.*

Ibo intro atque illi socienno[28] tuo iam interstringam [gulam[29].
Fugin hinc ab oculis? abin, an non?
ST. — Abeo.
EU. — Cave, sis, revideam. 660

14. Desespero de Euclião

EUCLIO

Perii, interii, occidi! Quo curram? Quo non curram? [Tene[1], tene! Quem quis[2]?
Nescio. Nil video; cæcus eo; atque equidem, quo eam, [aut ubi sim, aut qui sim,
Nequeo cum animo[3] certum[4] investigare. Obsecro vos [ego, mi auxilio, 715
Oro, obtestor, sitis, et hominem demonstretis, qui eam [abstulerit.
Quid est quod ridetis? Novi omnes: scio fures esse hic [complures,
Qui vestitu et creta[5] occultant sese atque sedent, quasi [sint frugi[6].
Quid tu[7]? Tibi credere certum est; nam esse bonum ex [voltu cognosco.
Hem[8]? nemo habet horum? Occidisti[9]. Dic igitur, quis [habet. Nescis? 720
Heu me misere miserum, perii! male perditus, pessume [ornatus[10] eo:

28. Socienno, (arc. por *socio*).
29. Interstringere gulam, *estrangular*.
14. 1. Tene, *agarra*.
2. Quem quis? *quem e a quem?*
3. Cum animo, *com presença de espírito, senhor de mi*.
4. Certum = *certe*.
5. Vestitu et creta = *com toga branca*. A toga, veste de festa, tornava-se mais brilhante lavada com água e giz.
6. Frugi (adj. indecl.), *gente (de) bem, pessoas distintas*.
7. Euclião dirige-se a um espectador.
8. Hem, *o quê? Pois bem*.
9. Occidisti (me) *mataste-me*.
10. Pessime ornatus, *muito mal arranjado*.

Tantum gemiti[11] et malæ mœstitiæ mi hic dies obtulit, [famem et pauperiem.
Perditissumus ego sum omnium in terra. Quid mi opust [vita, qui tantum auri
Perdidi, quod concustodivi sedulo? Egomet me defrau- [davi
Animumque meum geniumque[12] meum. Nunc ergo alii [lætificantur
Meo damno et malo. Pati nequeo!

14. Fabulæ «Captivi» argumentum

Hegio filios duos perdidit, quorum unus quadrimus a servo nequam vi raptus Elide venditus est; alter cui Philopolemo nomen erat, aetate maior, in bello captus est. Coepit igitur pater captivos commercari, si per eos filium apud hostes detentum recuperaret. Opportune contigit ut servum nobili loco natum cum domino suo emeret. Cum autem de alterutro servo Elidem mittendo cogitaret, ut Philopolemum redimeret, accidit ut ipsi commutatis inter se vestibus ac nomine dolos fingerent: dominus quidem Elidem missus est, et servus apud Hegionem mansit. Qua fraude detecta, servus in lautumias coniectus est. Interim dominus ille Elide adventat secum ferens et Philopolemum et servum illum nequam qui filium quadrimum a patre rapuerat. Tunc tandem cognovit Hegio illum servum quem catenis obruerat sui ipsius esse filium, quem admodum puerum amiserat. Ergo malum servum verberibus affectum in carcerem detrudi, et filium suum ex lautumiis arcessitum osculatur eumque ad epulas adducit.

15. Prologus

Hos quos videtis stare hic captivos duos,
Illi qui adstant, hi stant ambo, non sedent.
Vos, vos mi testes estis me verum loqui.
Senex qui hic habitat, Hegio est huius pater.
Sed is quo pacto serviat suo sibi patri[1], 5

11. Gemiti (arc. por *gemitus*).
12. Genius, *génio*: na crença dos antigos, era um ser sobrenatural que acompanhava todos os homens, partilhando das suas alegrias e tristezas.
15. 1. Serviat suo sibi, *como se encontra escravo em casa de seu pai* (refere-se a Tíndaro).

Id ego hic apud vos proloquar, si operam datis [2].
Seni huic fuerunt filii nati duo,
Alterum quadrimum [3] puerum servus surpuit [4],
Eumque, hinc profugiens, vendidit in Alide [5]
Huiusce [6] patri; iam hoc tenetis? optumum 'st. 10
Negat, hercle, ille ultimus [7]: accedito [8].
Si non, ubi sedeas, locus est, est, ubi ambules,
Quando histrionem [9] cogis mendicarier [10].
Ego me tuà causa, ne erres, non rupturus sum [11].
Vos, qui potestis ope vostra censerier [12], 15
Accipite reliquom; alieno uti nihil moror [13].
Fugitivos ille, ut dixeram ante, huius patri,
Domo quem profugiens dominum abstulerat, vendidit.
Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo
Peculiarem [14], quia quasi una ætas erat. 20
Hic [15] nunc domi servit suo patri, nec scit pater.
Enimvero di nos, quasi pilas, homines habent.
Rationem habetis [16], quomodo unum amiserit.
Postquam [17] belligerant Ætoli cum Aleis,
Ut fit in bello, capitur alter filius. 25
Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.

2. **Operam dare**, *prestar atenção.*
3. **Quadrimum**, *de quatro anos.*
4. **Surpuit** = *subripuit, roubou, raptou.*
5. **Alide**, *Élide*: país a O. do Peloponeso.
6. **Huiusce**, *deste*: refere-se a Filócrates.
7. **Ille ultimus**: refere-se a um espectador das últimas bancadas.
8. **Accedito**, *aproxime-se.*
9. **Histrio**, *actor*: palavra de origem etrusca e que nessa língua servia para designar qualquer artista dramático que declamava, inclusive na tragédia.
10. **Mendicarier** = *mendicare, mendigar.*
11. **Non rupturus sum**, *não me vou a matar* (para que tu oiças).
12. **Censerier** = *censere, formar um juízo favorável.*
13. **Nihil moror**, *não quero.* — **alieno**, *alheio*: *não quero ficar a dever nada a ninguém.*
14. **Peculiarem**, como pecúlio: os filhos menores, não emancipados, não podiam possuir nada próprio senão a título de pecúlio que seu pai benèvolamente lhes concedesse.
15. **Hic**, *este* (Tíndaro).
16. **Rationem habetis**, *sabeis, conheceis.*
17. **Postquam**, *mais tarde quando.*

Cœpit captivos commercari hic [18] Aleos,
Si [19] quem reperire posset, quo mutet suum [20]
Illum captivom: hunc suum esse nescit, qui domi 'st.
Et quoniam heri inde audivit, de summo loco [21] 30
Summoque genere captum esse equitem Aleum,
Nihil pretio parsit [22], filio dum parceret [23];
Reconciliare [24] ut facilius posset domum,
Emit hosce de præda ambos de quæstoribus [25].
Hice [26] autem inter sese hunc confinxerunt dolum, 35
Quo pacto hic servos suum herum hinc amittat domum:
Itaque inter se commutant vestem et nomina.
Illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus.
Huius illic, hic illius hodie fert imaginem.
Et hic [27] hodie expediet hanc docte fallaciam [28], 40
Et suum herum faciet libertatis compotem.
Eodemque pacto fratrem servabit suum,
Reducemque [29] faciet liberum in patriam ad patrem,
Imprudens [30]: itidem ut sæpe iam in multis locis
Plus insciens quis fecit, quam prudens boni. 45
Sed inscientes sua sibi fallacia
Ita compararunt et confinxerunt dolum:
Itaque hi commenti [31] de sua sententia,
Ut in servitute hic ad suum maneat patrem:
Ita nunc ignorans suo sibi servit patri. 50
Homunculi [32] quanti sunt, quom recogito!

18. **Cœpit... hic**, *começou este (Hégio)*
19. **Si quem**, *na esperança de encontrar.*
20. **Suum**: o seu filho prisioneiro.
21. **De summo loco**, *de nobre linhagem.*
22. **Nihil... parsit** (*parco*), *não poupou a dinheiro.*
23. **Dum parceret**, *contanto que poupasse (encontrasse) o seu filho.*
24. **Reconciliare**, *reconduzir.*
25. **Quæstoribus**: entre as atribuições dos *questores* contava-se a de vender os despojos da guerra.
26 **Hisce**, *por esta razão.*
27 **Hic hodie**: Tíndaro.
28. **Fallacia**, *engano, artimanha*
29. **Redux, ucis**, *que regressa.*
30. **Imprudens**, *sem o saber.*
31. **Commenti** (*sunt*), *inventaram, combinaram.*
32. **Homunculi...**, *que pouco valemos nós os homens!*

Hæc res agetur nobis, vobis fabula [33].
Sed etiam 'st, paucis vos quod monitos voluerim.
Profecto expediet, fabulæ huic operam dare.
Non pertractate [34] facta est, neque item ut ceteræ; 55
Neque spurcidici [35] insunt versus immemorabiles [36];
Neque miles gloriosus [37]. Ne vereamini,
Quia bellum Ætolis esse dixi cum Aleis:
Foris illic extra scaenam fient prælia.
Nam hoc pæne iniquom 'st [38], comico choragio [39] 60
Conari de subito nos agere tragœdiam.
Proin, si quis pugnam exspectat, lites contrahat [40];
Valentiorem nactus adversarium
Si erit, ego faciam [41] ut pugnam inspectet non bonam,
Adeo ut spectare postea omneis [42] oderit. 65
Abeo: valete, iudices iustissumi,
Domi duellique [43] duellatores optumi.

16. Dedicação dum escravo

LORARIUS, PHILOCRATES, TYNDARUS

LO. Si di immortales id voluere, vos hanc ærumnam [exsequi, 195
Decet id pati animo æquo: si id facietis, levior labos erit.
Domi fuistis, credo, liberi;
Nunc servitus evenit, ei vos morigerari [1] mos bonu 'st,

---

33. **Fabula**, *comédia.* — **nobis... vobis**, *vai ser representada por nós para vós.*
34. **Non pertractate**, *não está feita de um modo vulgar e corrente.*
35. **Spurcidici**, *obscenos.*
36. **Immemorabiles**, *que não se podem repetir.*
37. **Gloriosus**, *fanfarrão.*
38. **Iniquom 'st**, *é despropositado.*
39. **Comico choragio**, *com uma companhia de actores cómicos*: **choragium**, significa tudo o que é necessário para a representação: decoração da cena, vestimentas, etc.
40. **Lites contrahat**, *vá procurar litígios noutra parte.*
41. **Faciam**, *eu lhe prometo, eu lhe asseguro.*
42. **Omneis** = omnes.
43. **Domi duellique**, *na paz e na guerra.*
16. 1. **Vos morigerari**, *resignar-vos, submeter-vos.*

Eamque herili imperio [2] ingeniis vostris lenem reddere.
Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit.
PH. Oh oh oh [3]! 200
LO. Eiulatione [4] haud opu 'st; oculis multam miseriam [additis.
In re mala animo si bono utare, adiuvat.
PH. At nos pudet [5], quia cum catenis sumus.
LO. At pigeat [6] postea
Nostrum herum, si vos eximat vinculis,
Aut solutos sinat, quos argento emerit. 205
PH. Quid a nobis metuit? scimus nos
Nostrum officium quod est, si solutos sinat.
LO. At fugam fingitis: sentio, quam rem agitis.
PH. Nos fugiamus? quo fugiamus?
LO. In patriam.
PH. Apage, haud nos id deceat
Fugitivos imitari.
LO. Immo edepol, si erit occasio, haud dehortor [7].
PH. Unum exorare vos sinite nos. 210
LO. Quidnam id est?
PH. Ut sine his arbitris [8]
Atque vobis [9], nobis detis locum loquendi.
LO. Fiat, abscedite hinc [10]: nos concedamus huc: sed [brevem orationem incipesse [11]. 215
PH. Hem, istuc mihi certum erat: concede huc.
LO. Abite [12] ab istis.
TY. Obnoxii [13] ambo

---

2. **Herili imperio**, *obedecendo a vosso amo.*
3 Filócrates chora.
4. **Eiulatio**, *lamentação.*
5. **Nos pudet quia**, *que vergonha para nós.*
6. **At pigeat**, *mas pode vir a arrepender-se* (o vosso amo).
7. **Haud dehortor**, *não desaconselho.*
8. **Arbitris**, *testemunhas*: refere-se a outros escravos que estavam a escutar no fundo da cena.
9. **Vobis** (*sine*), *sem vós.*
10. **Concedamus**, *retiremo-nos.*
11. **Incipesse** (imperat, fut.): *nada de longos discursos.*
12. **Abite ab istis**: fala aos outros cativos.
13. **Obnoxii**, *obrigados vos estamos.*

Vobis sumus propter hanc rem; quom, quæ volumus nos,
Copia 'st, ea facitis nos compotes.
PH. Secede huc nunc iam, si videtur, procul;
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant,
Neve permanet [14] palam hæc nostra fallacia. 220
Nam doli non doli sunt, nisi astu [15] colas,
Sed malum maxumum, si id palam provenit.
Nam si herus mihi es tu, atque ego me tuum esse ser-
[vom assimulo,
Tamen viso opu 'st, cauto 'st opus, ut hoc sobrie, sineque
[arbitris, 225
Accurate hoc agatur, docte et diligenter.
Tanta incepta res est: haud somniculose hoc
Agendum 'st.
TY. Ero, ut me voles esse.
PH. Spero.
TY. Nam tu nunc vides pro tuo caro capite,
Carum offerre meum caput vilitati [16]. 230
PH. Scio.
TY. At scire memento, quando id, quod voles, habebis.
Nam fere maxuma pars morem hunc homines habent:
[quod sibi volunt,
Dum id impetrant, boni sunt; sed, id ubi iam penes sese
[habent,
Ex bonis pessumi et fraudulentissumi 235
Fiunt. Nunc, ut te mihi volo, esse autumo [17].
Quod tibi suadeam, suadeam meo patri.
PH. Pol, ego te, si audeam, meum patrem nominem;
Nam secundum patrem tu es pater proxumus.
TY. Audio.
PH. Et propterea sæpius te, ut memineris, moneo; 240
Non ego herus tibi, sed servos sum: nunc obsecro te hoc
[unum,
Quoniam nobis di immortales animum ostenderunt suum,

---

14. **Permanet** = *permaneat.*
15. **Astu** = *astute, astutamente.*
16. **Vilitati,** *por uma bagatela.*
17. **Autumo,** *vou dizer-te.*

Ut qui herum me tibi fuisse, atque esse nunc conservom
[velint;
Quod antehac pro iure imperitabam meo, nunc te oro
[per precem [18],
Per fortunam incertam, et per mei te erga bonitatem
[patris, 245
Perque conservitium [19] commune, quod hostica evenit
[manu,
Ne me secus [20] honore honestes, quam ego te, quom
[servibas mihi,
Atque ut, qui fueris, et qui nunc sis, meminisse ut me-
[mineris.
TY. Scio quidem me te esse nunc, et te esse me.
PH. Hem, istuc si potes
Memoriter meminisse, inest [21] spes nobis in hac astutia.
250

17. Hégio recupera o filho mais velho

HEGIO, PHILOPOLEMUS, PHILOCRATES

HE. Iovi diisque ego gratias merito magnas,
Quom te reducem [1] tuo patri reddiderunt,
Quomque ex miseriis plurimis me exemerunt,
Quæ, adhuc te carens dum hic fui, sustentabam, 925
Quomque hunc conspicio in potestate nostra,
Quomque hæc reperta 'st fides firma nobis.
Satis iam dolui ex animo, et cura me satis
Et lacrumis maceravi.
PH. Satis iam audivi
Tuas ærumnas, ad portum mihi quas memorasti.
Hoc agamus [2].

---

18. **Per precem,** *a título de prece.*
19. **Per conservitium commune,** *pela nossa comum servidão.*
20. **Secus honore,** *com honras diferentes.*
21. **Inest spes nobis,** *temos esperança.*
17. 1. **Redux, ucis,** *que está de volta.*
2. **Hoc agamus,** *vamos ao nosso assunto.*

PH. Quid nunc, quoniam tecum servavi fidem[3], 930
Tibique hunc reducem in libertatem feci?
HE. Fecisti, ut tibi,
Philocrates, numquam referre gratiam possim satis,
Proinde ut tu promeritus de me et filio meo.
PH. Imo potes,
Pater, et poteris, et ego potero, et di eam potestatem [dabunt,
Ut beneficium benemerenti nostro merito muneres[4]; 935
Sicut tu huic potes, pater mi, facere merito maxume[5].
HE. Quid opu 'st verbis? lingua nulla 'st, qua negem [quidquid roges.
PH. Postulo abs te, ut mi illum reddas servom, quem [hic reliqueram
Pignus[6] pro me, qui mihi melior, quam sibi, semper fuit;
Pro benefactis eius uti ei pretium possim reddere. 940
HE. Quod beneficisti, referetur gratia, id quod postulas;
Et id, et aliud, quod me orabis, impetrabis; atque te
Nolim succensere[7], quod ego iratus ei feci male.
PH. Quid fecisti?
HE. In lapicidinas[8] compeditum[9] condidi,
Ubi rescivi mihi data esse verba[10].
PH. Væ misero mihi! 945
Propter meum caput[11] labores homini evenisse optumo.
HE. At ob eam rem mihi libellam[12] pro eo[13] argenti ne [duis[14].
Gratis a me, ut sit liber, abducito.
PH. Edepol, Hegio,

3. **Servavi fidem,** *cumpri a minha palavra.*
4. **Ut beneficium... muneres,** *de recompensar o nosso benfeitor pelo seu benefício como merece.*
5. **Sicut tu... maxume,** *como podes fazer-lhe, meu pai, por causa do seu imenso benefício.*
6. **Pignus pro me,** *como penhor por mim.*
7. **Succensere,** *irritar-se.*
8. **Lapicidinæ, arum,** *pedreira.*
9. **Compeditus,** *com grilhões nos pés.*
10. **Dare verba,** *enganar.*
11. **Caput,** *vida.*
12. **Libella:** moeda pequena que valia, entre os Romanos, a décima parte de um denário.
13. **Pro eo,** *por ele:* pelo seu resgate.
14. **Ne duis** (arc. por **des**) *não me dês.*

Facis benigne; sed quæso, hominem ut iubeas arcessi[15].
HE. Licet.
Ubi estis vos? ite actutum, Tyndarum huc arcessite. 950
Vos ite intro: interibi[16] ego ex hac statua verberea[17] [volo
Erogitare, meo minore quid sit factum filio.
Vos lavate[18] interibi.
PH. Sequere hac[19], Philocrates, me intro.
PH. Sequor.

18. Hégio descobre quem lhe raptou o filho mais novo

HEGIO, STALAGMUS

HE. Age tu illuc procede[1], bone vir, lepidum[2] man- [cupium meum.
ST. Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autu- [mas? 955
Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi[3] [bonæ,
Neque ero unquam: ne tu spem ponas me bonæ frugi [fore.
HE. Propemodum ubi loci fortunæ tuæ sint, facile intel- [legis.
Si eris verax, tuam rem[4] facies ex mala meliusculam.
Recta et vera loquere. Sed neque vere, neque recte [adhuc 960
Fecisti unquam.

15. **Ut iubeas arcessi,** *que o mandes chamar.*
16. **Interibi** = *interea.*
17. **Verberea,** merecedor de *açoites:* refere-se ao escravo fugitivo e diz que devia estar convertido numa estátua a poder de açoites.
18. **Lavate,** *ide tomar o vosso banho.*
19. **Hac,** *por aqui:* fala Philop.
18. 1. **Procedo,** *avançar.*
2. **Lepidus,** *gracioso, excelente.* — **mancupium,** *escravo.*
3. **Frugi bonæ,** *homem honrado:* **frugi,** é o dat. sing. de *frux, frugis, utilidade, bem, virtude: bonae frugi = frugi* (indecl.), *honrado.*
4. **Tuam rem,** *a tua sorte.*

ST. Quod ego fatear, credin' [5], pudeat, quom autumes?
HE. At ego faciam, ut pudeat; nam in ruborem [6] te totum [dabo.
ST. Eia, credo, imperito plagas minitaris mihi.
Tandem ista aufer, dicque quid fers [7], ut feras [8] hinc, [quod petis.
HT. Sati' facundu's: sed iam fieri dictis compendium [9] [volo. 965
ST. Ut vis, fiat.
HE. Bene morigerus [10] fuit puer; nunc non decet.
Hoc agamus [11], iam animum advorte, ac mihi, quæ dicam, [edissere [12].
Si eris verax, tuis ex rebus feceris meliusculas.
ST. Nugæ [13] istæc sunt; non me censes scire quid dignus [siem?
HE. At ea subterfugere potis [14] es pauca, si non omnia. 970
ST. Pauca ecfugiam [15] scio; nam multa evenient, et [merito meo,
Quia et fugi, et tibi subripui filium, et eum vendidi.
HE. Quoi [16] homini?
ST. Theodoromedi in Alide Polyplusio
Sex minis.
HE. Pro di immortales! is quidem huius est pater
Philocratis.
ST. Quin [17] melius gnovi, quam te, et vidi sæpius. 975

---

5. **Credin'** (= *credisne*) **pudeat,** *crês que me farás corar de vergonha?*
6. **In ruborem... dabo,** *pôr-te-ei vermelho dos pés à cabeça.*
7. **Fers,** *ofereces.*
8. **Ut feras,** *para obteres.*
9. **Dictis compendium facere,** *abreviar o discurso.*
10. **Morigerus,** *condescendente, complacente.*
11. **Hoc agamus,** *vamos ao que interessa.*
12. **Edissere,** *responde, conta pormenorizadamente (edissero).*
13. **Nugæ,** *brincadeiras, cantigas.*
14. **Potis es,** *podes.* — **subterfugere,** *evitar.* — **pauca,** *algumas, uma parte.*
15. **Ecfugiam,** *evitarei.*
16. **Quoi** = *cui, a que.*
17. **Quin,** *mas é que, pois.*

HE. Serva, Iuppiter supreme, et me et meum gnatum [mihi.
Philocrates, per tuum te genium [18] obsecro, exi, te volo.

19. O pai identifica o filho

PHILOCRATES, HEGIO, STALAGMUS

PH. Hegio, adsum; si quid me vis, impera.
HE. Hic gnatum meum.
Tuo patri ait se vendidisse sex minis in Alide.
PH. Quam diu id factum 'st?
ST. Hic annus incipit vicesimus. 980
PH. Falsa memorat.
ST. Aut ego, aut tu: nam tibi quadrimulum [1]
Tuus pater peculiarem [2] parvolum puero dedit.
PH. Quid erat ei nomen? si vera dicis, memora dum mihi.
ST. Pægnium vocitatu 'st; post, vos indidistis Tyndaro.
PH. Cur ego te non gnovi?
ST. Quia mos est oblivisci hominibus, 985
Neque gnovisse, quoius nihili sit faciunda gratia.
PH. Dic mihi: isne istic [3] fuit, quem vendidisti meo patri,
Qui mihi peculiaris datus est, huius filius?
HE. Vivitne is homo?
ST. Argentum accepi, nihil curavi ceterum.
HE. Quid tu ais?
PH. Quin, istic ipsu 'st Tyndarus tuus filius, 990
Ut quidem hic argumenta [4] loquitur; nam is mecum a [puero puer
Bene pudiceque educatu 'st usque ad adulescentiam.
HE. Et miser sum et fortunatus, si vos vera dicitis;
Eo miser sum, quia male illi feci, si gnatus meu 'st.

---

18. **Per tuum genium,** *pelo teu bom Génio:* ser sobrenatural que na mitologia antiga se supunha acompanhar cada homem e ser intermediário entre os deuses e os homens: uma espécie de δαίμων socrático ou de Anjo da Guarda para os cristãos.

19. 1. **Quadrimulus,** *de quatro anos.*
2. **Peculiarem,** *como pecúlio.*
3. **Istic** = *iste.*
4. **Ut argumenta loquitur,** *pelas provas que ele dá.*

Eheu! cur ego plus minusque [5] feci, quam æquom [6] fuit! 995
Quod male feci, crucior modo, si infectum [7] fieri possiet.
Sed eccum, incedit huc ornatus [8] haud ex [9] suis virtutibus.

20. Hégio castiga o escravo perverso

TYNDARUS, HEGIO, PHILOCRATES, STALAGMUS

TY. Vidi ego multa sæpe picta, quæ Acherunti [1] fierent
Cruciamenta; verum enimvero nulla adæque 'st [2] Ache- [runs,
Atque ubi ego fui in lapicidinis. Illic ibi demum 'st [locus, 1.000
Ubi labore lassitudo omni 'st exigunda [3] ex corpore.
Nam ubi illo adveni, quasi patriciis pueris aut mone- [dulæ [4],
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum [5] lusitent:
Itidem mi hæc advenienti upupa [6], qui [7] me delectem, [data 'st.
Sed herus eccum ante ostium, et herus alter eccum ex [Alide 1.005
Reddit.
HE. Salve, exoptate gnate mi.
TY. Hem! quid, gnate mi?
Attat [8], scio cur te patrem adsimules esse et me filium;
Quia mi, item ut parentes [9], lucis das tuendæ copiam [10].

5. **Plus minusque**, *de mais e de menos.*
6. **Quam æquom** (=*aequum*), *do que era justo.*
7. **Si infectum... possiet**, *se pudesse abolir o passado.*
8. **Ornatus**, *com um trajo.*
9. **Haud ex suis virtutibus**, *que não convém às suas virtudes.*
20. 1. **Achærunti**, *nos infernos.*
2. **Adæque 'st**, *é comparável.*
3. **Exigunda** = *exigenda, deve banir-se.*
4. **Monedula**, *gralha (ave).* — **Anas, tis**, *pato.* — **Coturnix, icis**, *codurniz.*
5. **Quicum** = *quibuscum.* — **lusito, as**, *brincar.*
6. **Upupa, ae**, *picareta.*
7. **Qui** = *qua.*
8. **Attat**, *mas:* **attat scio**, *eu sei.*
9. **Item ut**, *como.*
10. **Copia**, *licença, possibilidade.*

PH. Salve, Tyndare.
TY. Et tu, quoius [11] causa hanc ærumnam exigo [12].
PH. At nunc liber in divitias, faxo, venies; nam tibi 1.010
Pater hic est, hi servos, qui te huic hinc quadrimum [surpuit,
Vendidit patri meo te sex minis: is te mihi
Parvolum peculiarem parvolo puero dedit.
Illic [13] indicium fecit; nam hunc ex Alide huc reducimus.
TY. Quid, huius filium?
PH. Intus eccum, fratrem germanum tuum. 1.015
TY. Quid tu ais? adduxtin' [14] illum huius captivom [filium?
PH. Quin, inquam, intus hic est.
TY. Fecisti, edepol, et recte, et bene.
PH. Nunc tibi pater hic est: hic fur est tuus, qui parvom [hinc te abstulit.
TY. At ego hunc grandis grandem natu, ob furtum, ad [carnuficem [15] dabo.
PH. Meritus est.
TY. Ergo, edepol, merito meritam mercedem dabo 1.020
Sed dic, oro: pater meus tune es?
HE. Ego sum, gnate mi.
TY. Nunc demum in memoriam redeo, quom mecum [recogito,
Nunc, edepol, demum in memoriam regredior, audisse [me
Quasi per nebulam [16] Hegionem patrem meum vocarier [17].
HE. Ego sum.
PH. Compedibus [18], quæso, ut tibi sit levior filius, 1.025
Atque hic gravior servos.
HE. Certum 'st principium id prævortier [19].

11. **Quoius** = *cuius.*
12. **Aerumnam exigere**, *suportar sofrimentos.*
13. **Illic** = *ille*, ele.
14. **Adduxtin'** = *adduxistine.*
15. **Carnufex, icis**, *algoz.*
16. **Quasi per nebulam**, como *que através duma nuvem*, um tanto confusamente.
17. **Vocarier** = *vocari.*
18. **Compes, edis**, *grilhão para os pés.*
19. **Certum 'st... prævortier**, *é por aqui que quero começar, é* este o meu primeiro cuidado.

Eamus intro, ut arcessatur faber, ut istas compedes
Tibi adimam, huic dem.
ST. Quoi peculi nihil est, recte feceris [20].

CATERVA [21]

Spectatores, ad pudicos mores [22] facta hæc fabula 'st.
Huiusmodi paucas poetæ reperiunt comœdias, 1.030
Ubi boni meliores fiant: nunc vos, si vobis placet,
Et, si placuimus, neque odio fuimus signum hoc mittite:
Qui pudicitiæ [23] esse voltis præmium, plausum date.

---

20. **Quoi** (=*cui*)... **recte feceris,** *a mim que nenhum pecúlio tenho, um presente ficaria bem.*
21. **Caterva,** *companhia de actores.*
22. **Ad pudicos mores...** *é modelo de moralidade.*
23. **Pudicitia,** *pudor, virtude.*

21. Terentius

Vita. — Quo anno P. Terentius certe natus sit, vel qua in urbe parum nobis constat. Suetonio teste, Carthagine ortus Romam venit, ibique Terentio Lucano senatori servivit, a quo ob ingenium et formam non modo instituitur liberaliter sed mature etiam pileatus est. Multis nobilibus familiariter usus est, sed maxime Scipione et C. Laelio. Ex quorum consuetudine et familiaritate eam morum facilitatem loquendique latine facultatem adeptus est, ut quamvis natione barbarus, urbanissimus tamen scriptor evaserit. Hinc multi dictitare coepere non ipsum sed eius patronos fabulas suo quidem nomine vulgatas composuisse.

Post editas comoedias sex, nondum quintum ac trigesimum annum egressus, Graeciam petivit sive iniuriarum vitandarum causa, sive potius ut Graecorum mores penitius cognosceret atque e graeco theatro quam maximum posset fabularum numerum latine redderet. Centum et octo comoedias e Menandro in latinum sermonem converterat easque in navi praemiserat, cum paulo post eas misero periisse naufragio comperit. Tantae igitur iacturae dolore cruciatus, Symphalum in Arcadiam recessit ubi vivere desiit.

Opera. — Scripsit Terentius comoedias sex, quarum notissimae hae sunt quas infra interpretandas propono: *Andria, Heautontimorumenos, Adelphoe.*

Reliquae sunt: *Eunuchus, Phormio, Hecyra.*

Iudicium:

1. *Prologus* — Longe alius est quam Plautinus. Hic enim eo spectabat ut fabulae argumentum declararetur. Apud Terentium vero, prologus potius disceptatio et contentio litterarum est. Nam, cum Terentio quidam obtrectarent quod contaminatione usus esset, quod furtum ab aliis scriptoribus admisisset, quod fabulas suo nomine edidisset, cum Scipio ac Laelius veri crederentur auctores, in prologis conatur poeta

hasce explodere accusationes, quae erant omnes ex vano haustae et ex falso conflatae.

Ac primam quidem reicit impugnationem ex Naevii, Plauti, Ennii aliorumque exemplis: nihil enim se fecisse autumat, quod illi prius non fecerint; nec tamen detractores contra eos inventos ullos esse!

Alteram refellit obiurgationem, quod scilicet Naevium Plautumque compilasset, cum profitetur se omnia a Graecis poetis tamquam a fontibus hausisse.

Tertiam autem obiectionem minus acriter defendit ac propulsat, propter suam comitatem et animum quem in illos amicos habebat pergratum. De hac re nostris diebus sententia potior est, Terentium suas scripsisse fabulas auctoribus et consilium praebentibus Scipione et Laelio, a quibus saepe sciscitatus esset quid de ipsius comoediis sentirent.

2. *Actio* — Magis est implicata quam apud Plautum. Personae graecae quidem sunt, sed elegantiores magisque excultae quam in Plautinis fabulis. Argumentum haud secus quam Plautus, ex graecis mutuatur scriptoribus. Partes praecipuas amori depingendo attribuit. Nemo sane blandius et veracius amorem descripsit umquam. Frequentiores quae ad misericordiam alliciant scaenae sunt quam apud Plautum. Periculum tamen incaute legentibus monnumquam affert cum pravas easque subtiles doctrinae suae sequelas tamquam laude dignas commendare videatur.

Interdum Terentium liberi amoris fautorum praecursorem si diceres, haud longe a veritate aberrares. Animadvertas tamen oportet maiorem in meretricibus verecundiam, maiorem in omnibus personis honestatem apud Terentium inveniri quam apud Plautum.

3. *Vis comica* — In iocandi genere debilis omnino Terentius videtur. Facete enim atque acute dicta, scurrilitates et facetiae absunt penitus. Nunquam ex nobis risum germanum allicit. Plus igitur comicae virtutis, plus festivitatis apud Plautum reperitur.

4. *Sermo* — Cum inter viros principes educatus ad doctiores spectantes conscriberet, Terentius ita scribit ut elegantes optimatesque loqui solebant in cotidiano familiarique sermone. Eius scribendi genus adeo elegans, purum emendatumque est, ut ad Ciceronis perfectionem, cum in verbis tum in syntaxi, propius quam Plautus accedere videatur. Enimvero de se ipse fatebatur Cicero: *«Secutus sum Terentium, cuius fabulæ propter elegantiam sermonis putabantur a Lælio scribi»* (*Tusc.* III).

5. *Fama:* a) suo tempore in popelli tunicati gratiam minime venit. Aliquando accidit ut eius fabulas, dum agebantur, plebs desereret histrionesque sibilarentur.

b) Horatius Terentium laudibus ad cælum effert.

c) Divus Augustinus itemque divus Hieronymus Terentium in deliciis habuere.

d) Saeculis XVI et XVII nemo erat qui Terentium vel tantillum corripiendum esse arbitraretur.

e) Nostra aetate, quoad *vim comicam* Plautum ante Terentium nemo non ponit; sed in *affectionibus* exprimendis, in animi sensibus dulcibus significandis et quidem praesertim in amore depingendo, nullum dubium est quin palmam Terentius referat.

22. Fabulae «Andria» argumentum

Pamphilus iuvenis in puellam peregrinam deperibat, quae nuper ex Andro adventarat. Nomen puellae Glycerium erat. At Pamphili pater cupiebat ut filius Chremetis amici filiam uxorem duceret. Ecce autem Andrius quidam iuvenis de improviso Athenas venit, qui Glycerium alteram Chremetis filiam esse testatur, quam olim naufragio amissam credebant. Re itaque comperta, nuptiae Glycerii cum Pamphilo magna cum omnium laetitia apparantur.

23. Exposição

SIMO, SOSIA

SI. — Vos[1] istæc intro auferte: abite. Sosia,
Adesdum[2]: paucis te volo[3].
SO. — Dictum puta[4]:
Nempe ut curentur recte hæc[5].
SI. — Immo aliud[6].
SO. — Quid est, 30
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?
SI. — Nil istac opus est arte ad hanc rem, quam paro,
Sed eis, quas semper in te intellexi sitas,
Fide et taciturnitate[7].
SO. — Exspecto quid velis.
SI. — Ego postquam te emi, a parvolo ut semper tibi 35
Apud me iusta et clemens fuerit servitus,
Scis. Feci ex servo ut esses libertus mihi,
Propterea quod servibas liberaliter.
Quod habui summum pretium[8], persolvi tibi.
SO. — In memoria habeo.
SI. — Haud muto factum[9].
SO. — Gaudeo, 40
Si tibi quid feci aut facio quod placeat, Simo,
Et id gratum fuisse advorsum te[10] habeo gratiam.
Sed hoc[11] mihi molestum est: nam istæc commemoratio

---

23. 1. **Vos**: dirige-se aos escravos. — **istæc,** *estas coisas*: trata-se das provisões para a cozinha.
2. **Adesdum,** *vem cá*: *dum* é uma espécie de sufixo imperativo.
3. **Paucis te volo** (subent. *alloqui*), *quero dizer-te algumas palavras.*
4. **Dictum puta**: *faz de conta que já estão ditas*, i, é, entendo o que queres dizer.
5. **Nempe... hæc,** *queres dizer que tome bem cuidado destas provisões.*
6. **Immo aliud,** *nada disso*: *é coisa diversa.*
7. **Fide et taciturnitate,** *dedicação e discreção.*
8. **Summum pretium,** *de mais precioso.*
9. **Haud muto factum,** *não mudo nada do que está feito, não mudo de conduta.*
10. **Advorsum te,** *para contigo.*
11. **Hoc,** o *que tu agora me dizes.*

Quasi exprobratio[12] est immemori[13] benefici.
Quin[14] tu uno verbo dic, quid est quod me velis[15]. 45
SI. — Ita faciam. Hoc primum in hac re prædico tibi:
Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ[16].
SO. — Cur simulas igitur?
SI. — Rem omnem a principio audies:
Eo pacto et gnati vitam et consilium meum
Cognosces, et quid facere in hac re te velim.
Nam is postquam excessit ex ephebis[17], Sosia, et 50
Liberius vivendi fuit potestas (nam antea
Qui scire posses aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant.
SO. — Itast[18]).
SI. — Quod plerique[19] omnes faciunt adolescentuli, 55
Ut animum ad aliquod studium[20] adiungant, aut equos
Alere aut canes ad venandum, aut ad philosophos,
Horum ille nil egregie præter cetera[21]
Studebat, et tamen omnia hæc mediocriter[22]. 60
Gaudebam.
SO. — Non iniuria[23]: nam id arbitror
Apprime[24] in vita esse utile, ut ne quid nimis[25].
SI. — Sic vita erat[26]: facile omnes perferre ac pati,
Cum quibus erat cumque[27] una, eis sese dedere,

---

12. **Exprobratio,** *censura.*
13. **Immemori,** *a quem se tivesse esquecido.*
14. **Quin,** *mas antes.*
15. **Quid... me velis,** o *que é que me queres.*
16. **Quas credis... nuptiæ,** o *matrimónio que tu julgas ser verdadeiro não o é*: trata-se do casamento de Pânfilo com a filha de Cremes.
17. **Ex ephebis,** (*depois de sair*) *da efebia*, i. é, depois de ter feito vinte anos.
18. **Itast** = *ita est, assim é.*
19. **Plerique omnes,** *em geral todos, mais ou menos todos.*
20. **Studium,** *paixão.*
21. **Egregie præter cetera,** *com uma preferência particular.*
22. **Mediocriter,** *com moderação.*
23. **Non iniuria,** *não sem razão.*
24. **Apprime,** *sobretudo, mais que tudo.*
25. **Ne quid nimis,** *nada em demasia.*
26. **Sic vita erat,** *a sua conduta era a seguinte.*
27. Construir assim: **sese dedere eis cum quibuscumque erat una,** *dedicava-se àqueles em cuja companhia se encontrasse.*

Eorum studiis obsequi, advorsus nemini, 65
Nunquam præponens se illis, ita ut facillume
Sine invidia laudem invenias et amicos pares [28].
SO. — Sapienter vitam instituit: namque hoc tempore
Obsequium amicos, veritas odium parit.
SI. — Interea mulier quædam abhinc triennium 70
Ex Andro commigravit huc viciniæ [29],
Inopia et cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma [30] atque ætate integra.
SO. — Ei! vereor ne quid Andria apportet mali!
SI. — Primo hæc pudice vitam parce ac duriter 75
Agebat, lana ac tela victum [31] quæritans.
Sed postquam ad illam accessit adolescentulus
Unus, et item alter: ita ut [32] ingenium est omnium
Hominum ab labore proclive ad libidinem, 80
Famæ haud pepercit. Forte quidam filium
Perduxere illuc, secum ut una esset [33], meum.
Egomet continuo mecum: «Certe captus est:
Habet [34]». Observabam mane illorum servolos
Venientes aut abeuntes: rogitabam: «Heus, puer,
Dic, sodes, quis heri Chrysidem adiit? Nam Andriæ 85
Illi id erat nomen.
SO. — Teneo [35].
SI. — Phædrum aut Cliniam
Dicebant aut Nicaretum: nam hi tres tum simul
Adibant. «Eho, quid Pamphilus? — Quid? symbolam [36]
Dedit, cenavit». Gaudebam. Item alio die
Quærebam: comperiebam nil ad Pamphilum 90
Quidquam attinere. Etenim vero spectatum [37] satis

28. **Vita ut pares,** *que é a maneira de conseguir.*
29. **Huic viciniæ,** *a estas vizinhanças.*
30. **Egregia forma,** *de rara formosura.* — **aetate integra,** *na flor da idade.*
31. **Victum quaeritans,** *procurando o seu sustento.*
32. **Ita ut,** *dado que.*
33. **Esset** (de edo), *jantasse.*
34. **Habet,** *já está:* termo que na linguagem dos jogos de gladiadores se aplicava ao que estava mortalmente ferido.
35. **Teneo,** *compreendo.*
36. **Symbola,** *cota.*
37. **Spectatus,** *provado.*

Putabam et magnum exemplum continentiæ:
Nam qui [38] ingeniis conflictatur eius modi [39]
Neque commovetur animus in ea re tamen,
Scias posse [40] habere iam ipsum suæ vitæ modum. 95
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere et laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus est? Hac fama impulsus Chremes
Ultro [41] ad me venit, unicam gnatam suam 100
Cum dote summa [42] filio uxorem ut daret.
Placuit; despondi: hic nuptiis dictust dies.
SO. — Quid igitur obstat, cur non fiant?
SI. — Audies.
Fere in diebus paucis [43], quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur.
SO. — O factum bene [44]! 105
Beasti [45]: metui a Chryside.
SI. — Ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chrysidem, una aderat fre-
[quens [46].
Curabat una funus; tristis interim;
Nonnunquam collacrimabat. Placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: «Hic, parvæ consuetudinis [47] 110
Causa, huius mortem tam fert familiariter!
Quid, si ipse amasset? Quid hic mihi faciet patri?
Hæc ego putabam esse omnia humani ingeni [48]
Mansuetique animi officia. Quid multis moror?

38. **Qui... animus,** *um espírito que.*
39. **Ingeniis eius modi,** *com semelhantes temperamentos.*
40. **Scias posse,** *sabe que um tal espírito* (homem) *é capaz.*
41. **Ultro,** *por iniciativa sua, espontâneamente.*
42. **Cum dote summa,** *com um dote avultado:* era de dez talentos.
43. **In diebus paucis... acta sunt,** *poucos dias depois destes acontecimentos.*
44. **O factum bene,** *em boa hora! Ainda bem!*
45. **Beasti... a Chryside,** *deste-me um grande prazer: estava com receio dessa Crises.*
46. **Frequens,** *frequentemente.*
47. **Consuetudo,** *amizade.*
48. **Humani ingeni,** *dum coração bom.*

Egomet quoque eius causa [49] in funus prodeo, 115
Nil etiam [50] suspicans mali.
SO. — Hem, quid est?
SI. — Scies.
Effertur [51]. Imus. Interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, forte unam adspicio adolescentulam,
Forma...
SO. — Bona fortasse.
SI. — Et voltu, Sosia,
Adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra [52]. 120
Quia tum mihi lamentari præter ceteras
Visa est, et quia erat forma præter ceteras
Honesta ac liberali [53], accedo ad pedisequas [54];
Quæ sit rogo. Sororem esse aiunt Chrysidis.
Percussit ilico animum: attat hoc illud est [55] 125
Hinc illæ lacrimæ, haec illa est misericordia.
SO. — Quam timeo quorsum evadas!
SI. — Funus interim
Procedit. Sequimur, ad sepulcrum venimus;
In ignem imposita est: fletur. Interea hæc soror,
Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius, 130
Satis cum periclo. Ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene dissimulatum [56] amorem et celatum indicat.
Accurrit, mediam [57] mulierem complectitur:
«Mea Glycerium, inquit, quid agis? Cur te is perdi-
[tum [58]?
Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres [59], 135
Reiecit se in eum, flens, quam familiariter [60]!»

---

49. **Eius causa,** *em atenção ao meu filho.*
50. **Nihil etiam,** *ainda nada.*
51. **Effertur,** *levanta-se o cadáver:* começa aqui uma narração que foi muito apreciada na antiguidade.
52. **Ut nihil supra,** *inexcedível.*
53. **Honesta et liberali,** *nobre e distinta.*
54. **Pedisequa,** *escrava.*
55. **Attat hoc illud est,** *cá está a explicação daquilo.*
56. **Bene dissimulatum,** *que ele tinha dissimulado tão bem.*
57. **Mediam,** *pela cintura.*
58. **Te is perditum,** *te deitas a perder.*
59. **Ut... cerneres,** *de um modo que deixava fàcilmente ver.*
60. **Quam familiariter,** *com que familiaridade!*

SO. — Quid ais?
SI. — Redeo inde iratus atque ægre ferens;
Nec satis ad obiurgandum causæ [61]. Diceret [62]:
«Quid feci? Quid commerui aut peccavi, pater?
Quæ sese in ignem iniicere voluit, prohibui, 140
Servavi». Honesta oratio [63] est.
SO. — Recte putas.

24. Protesto de fidelidade

MYSIS — Timet [1]
Ne deseras se.
PAMPHILUS — Hem! egon istuc conari [2] queam? 270
Egon propter me illam decipi miseram sinam,
Quæ mihi suom animum atque omnem vitam credidit,
Quam ego, animo egregie caram [3], pro uxore habuerim?
Bene et pudice eius doctum [4] atque eductum sinam,
Coactum egestate, ingenium immutarier [5]? 275
Non faciam.
MY. — Haud verear, si in te sit solo situm [6],
Sed vim ut queas ferre [7].
PA. — Adeon me ignavom [8] putas,
Adeon porro ingratum aut inhumanum aut ferum,
Ut neque me consuetudo neque amor neque pudor

---

61. **Satis causae,** *motivo suficiente.*
62. **Diceret,** *dir-me-ia, poderia dizer-me.*
63. **Oratio,** *linguagem:* a expressão **«honesta oratio est»** tornou-se proverbial com o sentido de: *«a desculpa não deixa de ser especiosa».*
24. 1. **Timet:** o sujeito é *Glicério.*
2. **Istuc conari queam,** *eu seria lá capaz duma coisa dessas?*
3. **Animo egregie caram,** *mais que todas querida ao meu coração.*
4. **Bene... doctum atque eductum,** *formada e educada no bem e na honra.*
5. **Immutarier** = *immutari.* — **ingenium,** *uma alma, um carácter.*
6. **Si in te... situm,** *se dependesse só de ti.*
7. **Sed vim ut... ferre,** *mas receio que não possas resistir à violência:* Crises quer dizer que talvez Pânfilo seja obrigado a casar com a filha de Cremes.
8. **Adeon me ignavom putas,** *julgas-me tão cobarde?*

Commoveat neque commoneat, ut servem fidem [9]? 280
MY. — Unum hoc scio, meritam esse, ut memor esses [sui.
PA. — Memor essem? O Mysis, Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis [10]
De Glycerio. Iam ferme moriens me vocat;
Accessi; vos [11] semotæ; nos soli. Incipit: 285
«Mi Pamphile, huius formam atque ætatem vides,
Nec clam [12] te est, quam illi nunc utræque [13] inutiles
Et ad pudicitiam et ad rem [14] tutandam sient.
Quod [15] hanc per ego te dextram oro te genium tuom,
Per tuam fidem perque huius solitudinem 290
Te obtestor, ne abs te hanc segreges neu deseras.
Si te in germani fratris dilexi loco,
Sive hæc te solum semper fecit maxumi,
Seu tibi morigera [16] fuit in rebus omnibus,
Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem; 295
Bona nostra hæc tibi permitto et tuæ mando fide [17]».
Hanc mi in manum dat [18], mors continuo ipsam occupat.
Accepi: acceptam servabo.
MY. — Ita spero quidem.

25. Fabulae «Heautontimorumenos» argumentum

In hac fabula quae latine sonat *«Ipse se puniens»*, senex Menedemus describitur maerore confectus, quod durius in filium Cliniam se gesserit eumque prohibuerit quominus Pamphilam puellam uxorem duceret. Iuvenis itaque patris conviciis minisque commotus, in castra stipendia meriturus profectus erat, sed brevi post cum Pamphila iam sibi coniu-

9. **Fidem,** *a minha palavra de honra.*
10. **Chrysidis,** *de Crises:* irmã mais velha de Glicério.
11. **Vos,** *as escravas.*
12. **Nec clam te est,** *não ignoras.*
13. **Utraeque,** *ambas as coisas:* beleza (*forma*) e juventude.
14. **Rem,** *os seus bens.*
15. **Quod,** *por isso.*
16. **Morigera,** *complacente, dedicada.*
17. **Tuae... fide** (= *fidei*), *confio à tua lealdade.*
18. **Hanc... dat,** *põe a mão de Glicério na minha* (em sinal de união).

gata domum rediit et apud Chremetem patris amicum consedit. Quod ubi pater cognovit, illi uxoris ducendae copiam fecit, vel potius nuptias ratas esse iussit.

26. Arrependimento de um pai

CHREMES, MENEDEMUS

CH. — Quamquam hæc inter nos nuper notitia admo- [dum [1] est
Inde adeo cum [2] agrum in proxumo [3] hic mercatus es,
Nec rei fere sane amplius quidquam [4] fuit, 55
Tamen vel virtus tua me vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte [5] amicitiæ puto,
Facit ut te audacter [6] moneam et familiariter [7],
Quod mihi videre præter ætatem [8] tuam
Facere [9] et præter quam res te adhortatur tua. 60
Nam pro deum [10] atque hominum fidem, quid vis tibi?
Quid quæris? Annos sexaginta natus es,
Aut plus eo [11], ut coniicio; agrum in his regionibus
Meliorem neque preti maioris nemo habet;
Servos complures: proinde quasi nemo siet [12], 65
Ita attente tute [13] illorum officia fungere [14].
Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi
Domum revortor, quin te in fundo conspicer
Fodere aut arare aut aliquid ferre. Denique

26. 1. **Nuper admodum est,** *é muito recente.*
2. **Inde adeo cum,** e *data a bem dizer de quando.*
3. **In proxumo,** *aqui perto.*
4. **Nec... amplius quidquam,** *e não houve a bem dizer outras relações entre nós.*
5. **In propinqua parte,** *muito perto de, a confinar com.*
6. **Audacter,** *com franqueza.*
7. **Familiariter,** *com simplicidade.*
8. **Praeter aetatem,** *de modo impróprio para a tua idade.*
9. **Facere,** *agir, trabalhar.* — **Res tua,** *a tua fortuna.*
10. **Pro deum... fidem,** *em nome dos deuses e dos homens.*
11. **Aut plus eo,** *ou talvez mais.* — **ut conicio,** *segundo conjectura.*
12. **Proinde... siet,** *ora é como se não tivesses nenhum* (escravo).
13. **Tute,** *tu mesmo.*
14. **Fingere,** *desempenhas:* o *acus.* em vez do *abl.* depois de *fungor* é arcaico.

Nullum remittis [15] tempus neque te respicis [16]. 70
Hæc non voluptati tibi esse satis certo scio.
«Enim, dices, quantum [17] hic operis fiat, pænitet».
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis [18], plus agas.
ME. — Chremes, tantumne ab re tua [19] est oti tibi, 75
Aliena ut cures, ea quæ nil ad te attinent?
CH. — Homo sum: humani nil a me alienum [20] puto.
Vel me monere [21] hoc vel percontari puta:
Rectum est [22], ego ut faciam; non est [23], te ut deterream.
ME. — Mihi sic est usus [24], tibi ut opus facto [25] est, [face. 80
CH. — An [26] cuiquam est usus homini, se ut cruciet?
ME. — Mihi.
CH. — Si quid labori [27] est, nollem. Sed quid istuc [mali [28] est?
Quæso, quid de te tantum commeruisti [29]?
ME. — Eheu.
CH. — Ne lacruma, atque istuc, quidquid est, fac me [ut sciam.
Ne retice, ne verere; crede, inquam, mihi: 85

---

15. **Nullum remittis tempus,** *não afrouxas um instante.*
16. **Neque te respicis,** *nem tens em conta a tua pessoa.*
17. **Quantum... operis fiat paenitet,** *custa-me ver quão pouco trabalho se faz aqui* (em minha casa).
18. **In illis exercendis,** *em os fazer trabalhar.*
19. **Ab re tua,** *dos teus negócios: os teus negócios deixam-te tanto lazer...*
20. **Alienum,** *indiferente.*
21. **Vel monere... puta,** *toma a minha atitude ou como um aviso ou como uma pergunta.*
22. **Rectum est... faciam,** *se está bem, para que eu faça como tu.*
23. **Non est... deterream,** *se não está bem, para te desviar.*
24. **Mihi sic est usus,** *para mim é isto o que me convém.*
25. **Tibi ut opus facto est, face,** *quanto a ti, faz como te convier.*
26. **An cuiquam... homini,** *mas pode lá ser útil a alguém?*
27. **Si quid labori est, nollem,** *se há alguma coisa que te faz sofrer, sinto muito.*
28. **Sed quid istuc mali,** *mas que mal vem a ser esse?*
29. **Quid de te... commeruisti?** *o que é que tu fizeste que merecesse tal castigo?*

Aut consolando aut consilio aut re iuvero [30].
ME. — Scire hoc vis?
CH. — Hac quidem causa, qua dixi tibi.
ME. — Dicetur.
CH. — At istos rastros [31] interea tamen
Appone [32], ne labora.
ME. — Minume.
CH. — Quam rem agis?
ME. — Sine me, vocivom [33] tempus ne quod dem mihi [laboris. 90
CH. — Non sinam, inquam.
ME. — Ah, non æquom facis [34].
CH. — Hui [35], tam graves hos, quæso?
ME. — Sic meritum est meum.
CH. — Nunc loquere.
ME. — Filium unicum adolescentulum
Habeo. Ah, quid dixi habere me? Immo [36] habui, Chre- [mes;
Nunc habeam necne incertum est.
CH. — Quid ita istuc [37]?
ME. — Scies. 95
Est e Corintho hic [38] advena anus paupercula;
Eius filiam ille [39] amare cœpit perdite [40],
Prope iam ut pro uxore haberet; hæc clam me [41] omnia.
Ubi rem rescivi, cœpi non humanitus,
Neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli 100
Tractare, sed vi et via pervolgata [42] patrum.
Cotidie accusabam: «Hem, tibine hæc diutius
Licere speras facere me vivo patre,
Amicam ut habeas prope iam in uxoris loco?

---

30. **Re iuvero,** *ajudar-te-ei com a minha fortuna.*
31. **Rastri, orum,** *enxada.*
32. **Appone,** *põe de lado.*
33. **Vocivom,** (arc. por *vacuum*), *livre.*
34. **Non aequom facis,** *não tens razão.*
35. **Hui,** *ui!* — **gravis,** *pesado.*
36. **Immo,** *não, quer dizer.*
37. **Quid ita istuc,** *como vem a ser isso?*
38. **Hic,** *aqui* (em Atenas). — **anus,** *velha.*
39. **Ille,** *ele: o meu filho.*
40. **Perdite,** *loucamente.*
41. **Clam me,** *sem eu saber.*
42. **Via pervolgata,** *pelos processos habituais.*

Erras, si id credis, et me ignoras, Clinia. 105
Ego te meum esse dici tantisper [43] volo,
Dum, quod te dignum est [44], facies; sed si id non facis,
Ego quod me in te sit facere dignum invenero.
Nulla adeo [45] ex re istuc fit nisi ex nimio otio.
Ego istuc ætatis [46] non amori operam dabam, 110
Sed in Asiam hinc abi propter pauperiem atque ibi
Simul rem et gloriam armis belli repperi».
Postremo adeo res rediit [47]: adolescentulus
Sæpe eadem et graviter audiendo [48] victus est;
Ætate me putavit et sapientia 115
Plus scire et providere quam se ipsum sibi:
In Asiam ad regem militatum [49] abiit, Chremes.
CH. — Quid ais?
ME. — Clam me profectus menses tres abest.
CH. — Ambo accusandi, etsi illud inceptum [50] tamen 120
Animi est pudentis [51] signum et non instrenui [52].
ME. — Ubi comperi ex eis, qui fuere ei conscii [53],
Domum revortor mæstus atque animo fere
Perturbato atque incerto [54] præ [55] ægritudine.
Adsido [56]: accurrunt servi, soccos detrahunt:
Video alios festinare, lectos sternere, 125
Cenam apparare: pro se quisque sedulo
Faciebant, quo [57] illam mihi lenirent miseriam.

---

43. **Tantisper... dum,** *enquanto.*
44. **Quod... dignum est,** (*faças*) *o que é digno de ti.*
45. **Adeo,** *certamente.*—**nulla ex re fit,** *a causa disto não é outra senão.*
46. **Istuc aetatis,** *na tua idade.*
47. **Adeo res rediit,** *as coisas chegaram a este ponto.*
48. **Graviter audiendo,** *à força de ouvir sempre as mesmas coisas e com aquela dureza.*
49. **Militatum** (supino de *milito*), *servir no exército, servir na corte.*
50. **Illud inceptum,** *a sua iniciativa,* o *seu empreendimento.*
51. **Animi pudentis,** *duma alma delicada.*
52. **Non instrenui,** *não sem energia.*
53. **Ei conscii,** *seus confidentes.*
54. **Incertus,** *perplexo.*
55. **Prae aegritudine,** *por causa do desgosto (mágoa).*
56. **Adsido,** *sentar-se.* — **soccus,** *tamanco.*
57. **Quo,** *para que por esse meio.*

Ubi video, hæc cœpi cogitare: «Hem, tot mea
Solius solliciti sint [58] causa, ut me unum expleant?
Ancillæ tot me vestiant? Sumptus domi 130
Tantos ego solus faciam? Sed gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit aut etiam amplius,
Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea est,
Eum ego hinc eieci miserum iniustitia mea!
Malo quidem me quovis dignum deputem, 135
Si id faciam. Nam usque dum ille vitam illam colet
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea usque [59] illi [60] de me supplicium dabo,
Laborans, parcens, quærens, illi serviens.
Ita facio prorsus [61]: nil relinquo in ædibus, 140
Nec vas nec vestimentum: corrasi omnia [62].
Ancillas, servos, nisi eos qui opere rustico
Faciundo facile sumptum exsercirent [63] suom,
Omnes produxi [64] ac vendidi. Inscripsi [65] ilico
Ædes mercede. Quasi talenta ad [66] quindecim 145
Coegi; agrum hunc mercatus sum; hic me exerceo.
Decrevi tantisper me minus iniuriæ,
Chremes, meo gnato facere, dum fiam miser;
Nec fas esse ulla me voluptate hic frui,
Nisi ubi ille huc salvos redierit meus particeps [67]. 150
CH. — Ingenio [68] te esse in liberos leni puto,
Et illum obsequentem [69], si quis recte [70] aut commode

---

58. **Solliciti sint,** *será possível que hajam de se preocupar.*
59. **Interea usque,** *durante todo esse tempo.*
60. **Illi,** *por ele.*
61. **Ita facio prorsus,** *é exactamente isto o que eu faço.*
62. **Corrasi** (*corrado*) **omnia,** *juntei tudo* (para vender); ou, segundo outros, *fiz tábua rasa de tudo.*
63. **Exsercire** (*exsarcire*), *compensar.* — **sumptus,** *gastos.*
64. **Produxi,** *expus no mercado.*
65. **Inscripsi... mercede,** *pus imediatamente a minha casa à venda.*
66. **Quasi ad,** *cerca de.* — **cogo,** *juntar.*
67. **Meus particeps,** *para tomar parte comigo.*
68. **Ingenio leni,** *tens bom coração.*
69. **Illum obsequentem,** *e que ele teria sido dócil.*
70. **Recte aut commode,** *com justiça e brandura.*

Tractaret. Verum nec tu illum satis noveras,
Nec te ille; hoc ubi [71] fit, ibi non vere [72] vivitur.
Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes [73], 155
Nec tibi illest credere ausus, quæ est æquom [74] patri.
Quod si esset factum, hæc nunquam evenissent tibi.
ME. — Ita res est, fateor: peccatum [75] a me maxume est.
CH. — Menedeme, at porro [76] recte spero [77], et illum tibi
Salvom adfuturum esse hic confido propediem [78] 160
ME. — Utinam ita di faxint [79]!
CH. — Facient. Nunc, si commodum [80] est,
Dionysia hic sunt hodie: apud me sis volo.
ME. — Non possum.
CH. — Cur non? quæso, tandem aliquantulum
Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.
ME. — Non convenit, qui illum ad laborem hinc pepu-
[lerim, 165
Nunc me ipsum fugere [81].
CH. — Siccine est sententia [82]?
ME. — Sic.
CH. — Bene vale.
ME. — Et tu.
CH. — Lacrumas excussit mihi [83].

Fabulae «Adelphoe» argumentum

Duo sunt fratres, Aeschinus et Ctesipho, quorum alter altera ratione a puero instituitur: ille quidem, natu minor, ab avunculo cui nomen Micio inditum erat, adoptatus liberaliterque in urbe eductus est. Alter vero, maior natu, in agris apud patrem, cui Demeae nomen erat, severiore vivendi ratione educatur. Accidit autem ut eorum uterque, quamvis prima fronte ingenio moribusque dissimilis, ac praesertim dispari omnino educatione institutus esset, pariter tamen in libidinis caeno volutaretur. Ergo Demea cum severitate nihil se profecisse comperiat, liberaliore disciplina, fratris ad instar, utendum constituit.

71. **Ubi... ibi,** *quando... então.*
72. **Non vere vivitur,** *não se vive à vontade* (lit. *verdadeiramente*): a vida torna-se uma hipocrisia.
73. **Quanti penderes,** *quanto o estimavas.*
74. **Est aequom,** *é justo.*
75. **Peccatum... maxume est,** *foi uma falta muito grande da minha parte.*
76. **At porro,** *apesar de tudo.*
77. **Recte spero,** *tenho fundadas esperanças.*
78. **Propediem,** *dentro de poucos dias.*
79. **Utinam... faxint,** *que os deuses o permitam.*
80. **Si commodum est,** *se te agrada.*
81. **Fugere,** *furtar-me* (ao trabalho).
82. **Siccine est sententia?** *é essa a tua decisão?*
83. **Lacrumas excussit,** *arrancou-me lágrimas, fez-me vir as lágrimas aos olhos.*

27. Dois sistemas de educação

MICIO

Storax!... Non rediit hac nocte a cena Æschinus,
Neque servolorum quisquam, qui advorsum [1] ierant.
Profecto hoc vere dicunt: si absis uspiam [2]
Atque ibi si cesses [3], evenire ea satius est [4],
Quæ in te [5] uxor dicit et quæ in animo cogitat 30
Irata, quam illa quæ parentes propitii.
Uxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare atque animo obsequi [6],
Et tibi bene esse [7] soli, sibi cum sit male.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito! 35
Quibus nunc sollicitor rebus! ne aut ille alserit [8]
Aut uspiam [9] ciciderit ac præfregerit
Aliquid. Vah [10], quemquamne hominem in animo insti-
[tuere
Parare, quod sit carius [11], quam ipse est sibi!

27. 1. **Advorsum ierant,** *tinham ido ao encontro*: os escravos que costumavam ir esperar os seus senhores e acompanhá-los a casa chamavam-se *adversitores.*
2. **Si absis uspiam,** *se te ausentas para alguma parte.*
3. **Cesses,** *te demoras.*
4. **Satius est,** *é preferível.*
5. **In te,** *a teu respeito.*
6. **Animo obsequi,** *dar-se aos prazeres.*
7. **Tibi bene esse,** *tudo te corre bem.*
8. **Alserit,** *terá apanhado frio.*
9. **Uspiam,** *nalguma parte.*
10. **Vah!** *Ah! Ora! —* **Quemquam... instituere,** *Há-de uma pessoa propor-se?*
11. **Parare quod... carius,** *buscar um ser que lhe seja mais querido.*

Atque ex me hic [12] natus non est, sed ex fratre est [meo. 40
Dissimili is [13] studio [14] est iam inde ab adulescentia:
Ego hanc clementem vitam urbanam atque otium
Secutus sum et, quod fortunatum isti putant,
Uxorem nunquam habui. Ille contra hæc omnia [15]:
Ruri agere vitam; semper parce ac duriter 45
Se habere [16]; uxorem duxit; nati filii
Duo: inde [17] ego hunc maiorem adoptavi mihi;
Eduxi [18] a parvolo; habui, amavi pro meo;
In eo me oblecto, solum id est carum mihi.
Ille ut item contra [19] me habeat, facio sedulo: 50
Do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo iure [20] agere; postremo, alii clanculum [21]
Patres quæ faciunt, quæ fert [22] adulescentia,
Ea ne me celet consuefeci filium.
Nam qui mentiri aut fallere insuerit [23] patrem 55
Audacter, tanto magis audebit ceteros.
Pudore et liberalitate [24] liberos
Retinere satius esse credo quam metu.
Hæc fratri mecum non conveniunt [25] neque placent.
Venit ad me sæpe clamans: «Quid agis, Micio? 60
Cur perdis adolescentem nobis? Cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris [26],
Vestitu [27] nimio indulges? nimium ineptus es [28]».

---

12. **Hic:** o filho em questão.
13. **Is:** o meu irmão.
14. **Studium,** *gostos, afeições.*
15. **Ille... haec omnia** *(egit), meu irmão procedeu em tudo isto inteiramente ao contrário de mim.*
16. **Se habere,** *tratar-se.*
17. **Inde,** *destes dois filhos.*
18. **Eduxi,** *eduquei-o.*
19. **Item contra ... habeat,** *por sua vez tenha para comigo as mesmas disposições.*
20. **Pro meo iure,** *em nome dos meus direitos.*
21. **Clanculum,** *às escondidas (dos pais).*
22. **Quae fert,** *co isas próprias (da juventude).*
23. **Qui insuerit,** *quem se habituar.*
24. **Liberaliter,** *pelo sentimento da honra.*
25. **Haec... non conveniunt,** *meu irmão não está de acordo comigo sobre estas coisas.*
26. **Cur sumptum suggeris,** *por que lhe pagas os gastos?*
27. **Vestitu** = *vestitui.*
28. **Nimium ineptus es,** *és muito tolo.*

Nimium ipse est durus præter [29] æquomque et bonum;
Et errat longe [30] mea quidem sententia [31], 65
Qui imperium credat [32] gravius esse aut stabilius,
Vi quod fit [33], quam illud quod amicitia adiungitur.
Mea sic est ratio [34] et sic animum induco [35] meum:
Malo coactus qui suom officium facit,
Dum id rescitum iri [36] credit, tantisper pavet; 70
Si sperat fore [37] clam, rursum ad ingenium [38] redit.
Ille, quem beneficio adiungas, ex animo [39] facit,
Studet [40] par referre, præsens absensque idem erit.
Hoc patrium est [41], potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere quam alieno metu. 75
Hoc pater ac dominus interest [42]. Hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.
Sed estne hic ipsus [43], de quo agebam? Et certe is est.
Nescio quid [44] tristem video: credo, iam, ut solet,
Iurgabit [45].
MI. — Salvom te advenire, Demea 80
Gaudemus.
DEMEA — Ehem [46]! opportune: te ipsum quærito.
MI. — Quid tristis es?
DE. — Rogas me, ubi nobis Æschinus

---

29. **Praeter ... bonum,** *fora do que é justo e do que é bem.*
30. **Errat longe,** *engana-se redondamente.*
31. **Mea quidem sententia,** *ao menos segundo o meu parecer.*
32. **Qui credat,** *se julga.* — **imperium,** *a autoridade.* — **gravius,** *mais firme.*
33. **Vi quod fit,** *fundada na violência.*
34. **Mea ... ratio,** *eis o meu sistema.*
35. **Sic animo induco,** *e é esta a atitude que tomo.*
36. **Rescitum iri,** *se há-de vir a saber.*
37. **Fore clam,** *que há-de passsar despercebido.*
38. **Ad ingenium,** *ao seu natural.*
39. **Ex animo,** *com gosto.*
40. **Studet,** *procura.* = **par referre,** *pagar na mesma moeda.*
41. **Patrium est,** *é próprio de um pai.*
42. **Hoc... interest,** *é nisto que se distingue um pai de um amo.*
43. **Ipsus** = *ipse.*
44. **Nescio quid... video,** *verifico que ele vem com um não sei quê de tristeza.*
45. **Iurgabit,** *vai altercar.*
46. **Ehem,** *Ah!*

Sic est [47], quid tristis ego sim?
MI. — Dixin hoc fore [48]?
Quid is fecit?
DE. — Quid ille fecerit? Quem neque pudet
Quidquam nec metuit quemquam neque legem putat 85
Tenere se ullam. Nam illa, quæ antehac facta sunt,
Omitto: modo quid designavit [49]?
MI. — Quidnam id est?
DE. — Fores ecfregit, atque in ædes irruit
Alienas [50]: ipsum dominum atque omnem familiam [51]
Mulcavit usque ad mortem [52]: eripuit mulierem 90
Quam amabat. Clamant omnes indignissume
Factum esse: hoc advenienti quot mihi, Micio,
Dixere! In ore est [53] omni populo. Denique,
Si conferendum [54] exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam [55], ruri esse parcum ac sobrium? 95
Nullum huius simile factum. Hæc cum illi, Micio,
Dico, tibi dico. Tu illum corrumpi sinis.
MI. — Homine imperito [56] nunquam quidquam iniustiust,
Qui, nisi quod ipse fecit, nil rectum putat.
DE. — Quorsum istuc [57]?
MI. — Quia tu, Demea, hæc male iudicas.
Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum
Amare neque potare, non est, neque fores
Ecfringere. Hæc si neque ego neque tu fecimus,
Non siit [58] egestas facere nos. Tu nunc tibi

---

47. **Ubi... sic est,** *quando o nosso Ésquino se porta como se está a portar.*

48. **Dixin** (= *dixine*) **hoc fore?** *não disse eu que ia ser isto? Bem dizia eu!*

49. **Quid designavit,** o *que ele acaba de fazer!*

50. **Alienas:** trata-se da casa dum *leno* ou comerciante de escravas.

51. **Familiam,** o *pessoal da casa.*

52. **Mulcavit usque ad mortem,** *feriu de morte.*

53 **In ore est,** (Ésquino) *anda na boca de todos:* todos falam dele.

54. **Si conferendum... est,** *se é preciso um exemplo para comparar.*

55. **Rei dare operam,** *cuidar dos seus bens.*

56. **Imperito,** *sem a experiência.*

57. **Quorsum istuc?** *que queres dizer com isso?*

Id laudi ducis, quod tum fecit inopia. 105
Iniurium [59] est: nam si esset unde id fieret [60],
Faceremus. Et tu illum tuom, si esses homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quam, ubi te exspectatum eiecisset foras [61],
Alieniore ætate post [62] faceret tamen. 110
DE. — Pro Iupiter! tu homo [63] adigis [64] me ad insaniam!
Non est flagitium facere hæc adolescentulum?
MI. — Ah!
Ausculta, ne me obtundas de hac re sæpius.
Tuom filium dedisti adoptandum mihi:
Is meus est factus: si quid peccat, Demea, 115
Mihi [65] peccat; ego illi [66] maxumam partem fero.
Obsonat [67], potat, olet unguento: de meo [68];
Amat: dabitur a me argentum, dum erit commodum [69].
Ubi non erit, fortasse excludetur foras [70].
Fores ecfregit: restituentur; discidit 120
Vestem [71]: resarcietur. Et est, dis gratia [72],
Est unde hæc fiant, et adhuc non molesta [73] sunt.
Postremo aut desine, aut cedo [74] quemvis arbitrum:
Te plura in hac re peccare ostendam.
DE. — Ei mihi!

---

58. **Siit** (= *sivit*), *deixou, permitiu.*

59. **Iniurium,** *é injusto.*

60. **Si esset... fieret,** *se tivéssemos tido meios de fazer o mesmo.*

61. **Ubi foras,** *quando te tiver deitado fora da porta* (enterrado) *depois de ter esperado ansiosamente a tua morte.*

62. **Post,** *mais tarde.*

63. **Tu homo,** *tu um bomem tão bumano.*

64. **Adigis...,** *dás comigo em doido.*

65. **Mihi,** *à minba custa.*

66. **Illi** (arc. por *illic*), *nisso sou eu sobretudo quem mais tem a sofrer.*

67. **Obsonat,** *anda em comezainas.*

68. **De meo,** *à minba custa.*

69. **Dum erit commodum,** *enquanto me aprouver;* segundo outros: *enquanto eu tiver meios.*

70. **Fortasse excludetur foras,** *talvez seja posto na rua (pela amante).*

71. **Discidit vestem,** *rasgou o fato* (na briga).

72. **Diis gratia,** *graças aos deuses.*

73. **Adhuc non molesta sunt,** *e até ao presente isso não se me tornou pesado (ruinoso).*

74. **Cedo** (defect.), *dá-me.*

Pater esse disce ab illis, qui vere [75] sciunt. 125
MI. — Natura tu illi pater es, consiliis ego.
DE. — Tun consiliis quidquam [76]?
MI. — Ah! si pergis, abiero.
DE. — Siccine agis?
MI — An ego toties de eadem re audiam?
DE. — Curæ est mihi [77].
MI. — Et mihi curæ est. Verum, Demea,
Curemus æquam uterque partem: tu alterum,
Ego item alterum. Nam ambos curare, propemodum [78]
Reposcere illum est quem dedisti.
DE. — Ah! Micio!
MI. — Mihi sic videtur.
DE. — Quid istuc? Si tibi istuc placet,
Profundat, perdat, pereat: nil ad me attinet.
Iam si verbum ullum posthac [79]...
MI. — Rursum, Demea,
Irascere?
DE. — An non credis? Repeton quem dedi?
Ægre est [80]... Alienus non sum... Si obsto... Em, de-
[sino [81].
Unum vis curem: curo. Et est dis gratia,
Cum [82] ita ut volo est; iste tuus ipse sentiet
Posterius... Nolo in illum gravius [83] dicere. 140
MI. [84] — Nec nihil neque omnia hæc sunt quæ dicit [85];
[tamen
Non nihil molesta hæc sunt mihi. Sed ostendere
Me ægre pati illi nolui.. 145

75. **Vere,** (*que sabem ser*) *verdadeiramente* (*pais*).
76. **Tun... quidquam,** *tu és lá pai pelos teus conselhos?*
77. **Curae est mihi,** (Ésquino) *preocupa-me.*
78. **Propemodum,** *quase.*
79. **Posthac,** *doravante, para o futuro.*
80. **Aegre est,** *tenho pena.* — **Alienus non sum,** *não sou um estranho.*
81. **Em, desino,** *bem, desisto.*
82. **Cum,** *porque.*
83. **Gravius,** *demasiado duramente.*
84. Ficou sòzinho.
85. **Nec nihil... dicit,** *no que ele disse há algo de verdade, mas nem tudo é verdadeiro*: há parte de verdade e parte que o não é.

Modificação de método [1]

DEMEA

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam
[fuit [2]
Quin [3] res, ætas, usus, semper aliquid apportet novi, 856
Aliquid moneat: ut illa, quæ te scisse credas, nescias,
Et quæ tibi putaris [4] prima, in experiundo ut repudies.
Quod nunc mi evenit; nam ego vitam duram, quam vixi
[usque adhuc,
Prope iam excurso spatio [5] omitto. Id quam ob rem?
[Re ipsa repperi 860
Facilitate [6] nil esse homini melius neque clementia.
Id esse verum ex me atque ex fratre cuivis facile est
[noscere.
Ille suam semper egit vitam in otio, in conviviis,
Clemens, placidus; nulli lædere os [7], arridere omnibus [8];
Sibi vixit, sibi sumptum fecit. Omnes benedicunt, amant.
Ego ille agrestis, sævos [9], tristis, parcus, truculentus,
[tenax,
Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! Nati filii:
Alia cura. Heia autem, dum studeo [10], illis ut quam
[plurimum

1. Demea, ao saber que o filho mais velho, ao qual dava uma educação austera, cometia as mesmas tropelias que o irmão, resolve mudar de sistema e adoptar o método de brandura do irmão. Devia antes ficar-se no meio termo.
2. **Nunquam ... fuit,** *nunca houve ninguém com um método de vida tão bem traçado.*
3. **Quin... apportet,** *a quem os acontecimentos, a idade e a experiência* (*usus*) *não trouxesse algo de novo.*
4. **Quae putaris prima,** o que *reputava como primordial.*
5. **Excurso spatio,** *no termo da minha carreira.*
6. **Facilitate,** *do que a tolerância.*
7. **Nulli laedere os,** *não ferir ninguém, não lançar nada à cara de ninguém.*
8. **Arridere omnibus,** *sorrir para todos.*
9. **Saevos** (= *saevus*), *brutal.* —**parcus,** *avarento.* — **truculentus,** *ríspido, insensível, cruel.* — **tenax,** *agarrado* (ao dinheiro), *forreta.*
10. **Studeo ut,** *procuro, esforço-me por.*

Facerem [11], contrivi in quærundo vitam atque ætatem [meam:
Nunc, exacta ætate, hoc fructi [12] pro labore ab eis fero, 870
Odium; ille alter sine labore patria potitur [13] commoda.
Illum amant, me fugitant; illi credunt consilia omnia,
Illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum;
Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem exspectant [scilicet [14]
Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit suos 875
Paulo [15] sumptu; miseriam omnem ego capio, hic potitur [gaudia.
Age, age, nunciam [16] experiamur contra [17], ecquid ego [possiem [18]
Blande dicere aut benigne facere, quando [19] hoc pro- [vocat.
Ego quoque a meis me amari et magni fieri postulo:
Si id fit dando atque obsequendo [20], non posteriores [feram [21]. 880
Deerit [22]? Id mea minume re fert [23], qui sum natu ma- [xumus [24].

---

11. **Quam plurimum facere**, *ganhar o mais possível.*
12. **Fructi** (arc. por *fructus*).
13. **Patria potitur commoda**, *goza das vantagens da paternidade.*
14. **Scilicet**, *pela certa.*
15. **Paulo** (adj. arc.) **sumptu**, *com pouca despesa.*
16. **Nunciam** (=*nunciam*), *pois bem, agora.*
17. **Contra**, *por minha vez.*
18. **Ecquid ego possiem** (= *possim*), *se eu também sou capaz.*
19. **Quando hoc provocat**, *já que ele* (Mício) *a isso me desafia.*
20. **Obsequendo**, *sendo tolerante.*
21. **Non posteriores**, *(partes)* **feram**, *não ficarei atrás.*
22. **Deerit?** (o dinheiro) *virá a faltar-me?*
23. **Id mea... fert**, *isso não me importa nada.*
24. **Qui... maxumus**, *que sou já de tão avançada idade.*

28. CATULLUS

Vita. — C. Valerius Catullus Sirmione in agro Veronensi anno 87 a.Ch.n. nobili loco natus est. Romam adulescens admodum venit ibique fortunam brevi profudit voluptatibus penitus indulgendo. In Bithyniam cum Memmio praetore profectus est, sed inde Catulli «sacculus rediit plenus aranearum». Mulierem dilexit quam nomine Lesbiae celebrat; quæ quidem soror illius Clodii, quem Milo interfecit, fuisse traditur. Vitam degit Catullus aere alieno obrutus ac triginta vix annos natus obiit vitiis confectus.

Opera. — Catulli exstant ad centum sedecim carmina, quæ uno libro contenta, longitudine et numeris inter se maxime sunt varia. In duo genera dividi possunt:

a) *propria*, quæ «nugas» ipse appellare solitus erat. Nihilo tamen minus in eiusmodi nugis summus protenditur poeta. Praeclarissima sunt, licet interdum paucis versibus circumscribantur, carmina quæ condidit de morte fratris, ad amicos, contra inimicos et præsertim ad amorem in Lesbiam, quam perdite adamabat et odio postea habuit, significandum.

b) *communia*, quæ ipse Alexandrinos poetas imitatus, aut ad verbum fere latine convertit, aut ad ingenium suum paulo liberius accommodavit. His in carminibus eminent: *de coma Berenices* et *Epithalamium Pelei ac Thetidos* ubi Ariadnes episodium mirifice narratur.

Iudicium. — In carminibus *communibus* pangendis Catullus miram in primis deorum notitiam præ se fert. Attamen haud raro in iis versibus carpendus magis quam laudandus videtur; quippe qui poetas Alexandrinos secutus, vitia quibus id temporis poetica ars gravabatur et ipse contraxerit. Itaque sæpe est putidus et fastidiosus. Accedit quod carmina non pauca impudica sunt atque obscena. Nihilominus nonnulla carmina, utputa quæ de Ariadna a Theseo derelicta composuit,

ubi animi sensus qui puellis nubendis communes plerumque sunt, incredibili arte expressit.

In carminibus vero *propriis* fundendis, maxima inest Catulli gloria. Quas enim «nugas» ipse nuncupavit, ita eleganter et urbane tractat, ut genus catullianum induxerit — nimirum sensus delicatos exprimit amoris, gaudii, doloris, simplici et nuda ratione animoque candido.

Per Catullum poesis romana magnos adscripsit progressus. Versus varios adhibuit, metra complura idem innovavit. Eius autem locutio expedita, pura, emendata ac venusta continenter fluit. Carmina haud raro omnibus numeris absolutissima confecit. Horatius, Vergilius, Ovidius, nihil aliud, ut ita dicam, egerunt, nisi eius vestigiis incesserunt.

29. Catulo regressa a sua casa em Sírmio

(XXXI)

Pæninsularum, Sirmio [1], insularumque
Ocelle, quæcumque in liquentibus [2] stagnis
Marique vasto fert uterque Neptunus [3]:
Quam te libenter, quamque lætus inviso [4],
Vix mi ipse credens Thyniam [5] atque Bithynos   5
Liquisse [6] campos, et videre te in tuto!
O quid solutis est beatius curis,
Cum mens onus reponit, ac peregrino [7]
Labore fessi venimus larem ad nostrum,
Desideratoque acquiescimus lecto?   10

---

29. 1. **Sirmio,** *Sírmio:* península situada no lago Garda, onde Catulo tinha uma propriedade.
2. **In liquentibus stagnis,** *nos claros lagos.*
3. **Uterque Neptunus:** Neptuno, deus dos mares e dos lagos.
4. **Inviso,** *visitar, contemplar.*
5. **Thynia,** *Tínia:* ao norte da Bitínia. Catulo acompanhara lá o pretor Mémio.
6. **Liquisse** (de *linquo*), *ter deixado.*
7. **Peregrino labore,** *de longa viagem.*

Hoc est, quod unum est pro laboribus tantis.
Salve, o venusta Sirmio, atque hero [8] gaude;
Gaudete vosque, Lydiæ [9] lacus undæ:
Ridete quidquid est domi cachinnorum [10].

30. Na morte de seu irmão [1]

(LXV)

Etsi me assiduo confectum [2] cura dolore
Sevocat [3] a doctis, Hortale [4], virginibus [5],
Nec potis est [6] dulces Musarum expromere [7] fetus
Mens animi [8]: tantis fluctuat [9] ipsa malis!
Namque mei nuper Lethæo gurgite [10] fratris   5
Pallidulum manans alluit unda pedem,
Troia Rhœteo [11] quem subter litore tellus
Ereptum nostris obterit [12] ex oculis.
Ergo ego te audiero nunquam tua facta loquentem?
Nunquam ego te, vita frater amabilior,   10
Adspiciam posthac? At certe semper amabo:
Semper mæsta tua carmina morte canam;
Qualia sub densis ramorum concinit umbris

---

8. **Hero,** (do regresso) *do teu senhor, do teu dono.*
9. **Lydiae:** os etruscos que tinham vivido na região do lago Garda passavam por ser de origem lídia.
10. **Ridete... cachinnorum,** *ride-vos ó risos da minha casa.*

30. 1. O irmão de Catulo morrera em Tróade, no ano 60, durante uma viagem.
2. **Confectum dolore,** *dilacerado por dor.*
3. **Sevocat,** *afasta.*
4. **Hortale,** Q. Hortênsio Hórtalo, famoso orador e rival de Cícero.
5. **Doctis virginibus,** *das musas.*
6. **Nec potis est,** *nem é possível.*
7. **Expromere fetus,** *exprimir as produções.*
8. **Mens animi,** *o meu estado de espírito.*
9. **Tantis fluctuat malis,** *tão grandes são os males que o agitam.*
10. **Lethaeo gurgite,** *no abismo do Letes* (rio dos infernos).
11. **Rhœteo litore,** *na praia do Retes.*
12. **Obterit,** *esmaga.*

Daulias [13], absumpti fata gemens Ityos [14]...
Sed tamen in tantis mæroribus, Hortale, mitto 15
Hæc expressa tibi carmina Battiadæ [15],
Ne tua dicta vagis nequidquam credita ventis
Effluxisse meo forte putes animo,
Ut missum sponsi furtivo munere malum [16]
Procurrit casto virginis e gremio [17], 20
Quod miseræ oblitæ molli [18] sub veste locatum,
Dum adventu matris prosilit, excutitur;
Atque illud prono [19] præceps agitur decursu,
Huic manat [20] tristi conscius ore rubor.

31. Morte do pardal de Lésbia [1]

(III)

Lugete, o Veneres Cupidinesque [2],
Et quantum est hominum venustiorum [3]:
Passer [4] mortuus est meæ puellæ [5],
Passer, deliciæ meæ puellae,
Quem plus illa oculis suis amabat. 5

13. **Daulias,** *a Dáulia:* Filomela, natural de Dáulio, cidade da Fócida, foi transformada em rouxinol.
14. **Ityos** (gen. gr. de *Itys* ou **Itylus**), de *Ítis* (ou *Ítilo*): Ítilo, filho de Filomela, que o matou por engano. A mãe chorou tão amargamente a perda do filho, que os deuses a transformaram em rouxinol.
15. **Battiadæ,** de *Batíada:* trata-se de Calímaco, que pretendia ser descendente de Bato, fundador de Cirene, e cujo poema «*A cabeleira de Berenice*» Catulo acabara de traduzir.
16. **Malum,** *maçã:* penhor de amor.
17. **E gremio,** *do seio, do colo.*
18. **Molli sub veste,** *sob o vestido macio.*
19. **Prono... decursu,** *rola ràpidamente.*
20. **Huic manat... rubor,** *ela sente o rubor espalhar-se na face desolada.*

31. 1. Trata-se de Clódia, irmã de Clódio, celebrada por Catulo com o nome de Lésbia.
2. **Veneres, Cupidines:** Cícero (*Nat. deor.* III, 23) menciona também quatro Vénus e três Cupidos.
3. **Quantum... venustiorum,** *vós todos os que fazeis parte dos homens amáveis.*
4. **Passer,** *pardal.*
5. **Meæ puellæ,** *da minha amada.*

Nam mellitus [6] erat, suamque [7] norat,
Ipsam tam bene quam puella matrem:
Nec sese a gremio [8] illius movebat,
Sed circumsiliens [9] modo huc modo illuc,
Ad solam dominam usque pipilabat. 10
Qui nunc it per iter tenebricosum
Illuc, unde negant redire quemquam.
At vobis male sit [10], malæ tenebræ
Orci [11], quæ omnia bella devoratis:
Tam bellum mihi passerem abstulistis. 15
O factum [12] male! o miselle passer!
Tua nunc opera [13] meæ puellæ
Flendo turgiduli [14] rubent ocelli.

32. A Lésbia

(LI)

Ille mihi par esse deo videtur,
Ille, si fas est [1], superare divos,
Qui sedens adversus [2] identidem [3] te
Spectat et audit...

33. A Lésbia infiel

(LXXII)

Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
Lesbia; nec præ me [1] velle tenere Iovem.

6. **Mellitus,** *carinhoso.*
7. **Suam,** *a sua dona.*
8. **A gremio,** *do regaço, do colo.*
9. **Circumsilio,** *saltitar.*
10. **Male sit,** *malditas sejais.*
11. **Orcus,** *divindade dos infernos* (Plutão), *infernos.*
12. **O factum male,** *ó triste feito, ó feia acção!* — **o miselle passer,** *ó pobre pardal.*
13. **Tua opera,** *por tua causa.*
14. **Turgidulus,** *um tanto inchados.* — **ocellus,** *olhinho:* Catulo, como os poetas líricos da sua época, faz uso frequente dos diminutivos.

32. 1. **Si fas est,** *se é lícito, se é possível.*
2. **Sedens adversus,** *sentado diante de ti.*
3. **Identidem,** *ao mesmo tempo.* — **Spectat,** *contempla.*

33. 1. **Præ me,** *de preferência a mim.*

Dilexi tum te, non tantum ut vulgus [2] amicam,
Sed pater ut natos diligit et generos.
Nunc te cognovi: quare, etsi impensius uror, 5
Multo mi tamen es vilior et levior.
Qui [3] potis est? inquis. Quod amantem iniuria talis
Cogit amare magis, sed bene velle [4] minus.

(LXXV)

Nulla potest mulier tantum se dicere amatam
Vere, quantum a mea, Lesbia, amata mea es.
Nulla fides ullo fuit unquam fœdere [5] tanta,
Quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.
Nunc est mens abducta tua, mea Lesbia, culpa, 5
Atque ita se officio [6] perdidit ipsa suo;
Ut iam nec bene velle queam tibi, si optima fias,
Nec desistere amare, omnia si facias.

(LXXVI)

Si qua recordanti [7] benefacta [8] priora voluptas
Est homini, cum se cogitat esse pium,
Nec sanctam violasse fidem, nec fœdere in ullo
Divum ad fallendos numine [9] abusum homines,
Multa parata manent in longa ætate [10], Catulle, 5
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi!
Nam quæcumque homines bene cuiquam aut dicere [possunt
Aut facere, hæc a te dictaque factaque sunt:
Omniaque ingratæ perierunt credita [11] menti.
Quare iam te cur amplius excrucies? 10

---

2. **Ut vulgus**, *como vulgarmente.*
3. **Qui potis est**, *como é isso possível.*
4. **Bene velle**, *estimar, querer bem.*
5. **Ullo fœdere**, *em nenhum tratado.*
6. **Officio pio**, *pela sua própria fidelidade.*
7. **Si qua... voluptas**, *se há algum prazer em recordar.*
8. **Benefacta priora**, *as boas acções de outros tempos.*
9. **Numen**, *poder.*
10. **In longa ætate**, *na tua longa vida; segundo outros, na tua velhice, ou ainda, por longa que seja a tua vida.*
11. **Credita**, *confiadas.*

Quin [12] tu animum offirmas atque istinc [13] te ipse reducis
Et, dis invitis [14] desinis esse miser?
Difficile est longum subito deponere amorem,
Difficile est, verum hoc qua lubet [15] efficias.
Una salus hæc est, hoc est tibi pervincendum: 15
Hoc facias, sive id non pote [16], sive pote.
O di, si vestrum est misereri, aut si quibus unquam
Extremam iam ipsa morte tulistis opem [17],
Me miserum adspicite, et, si vitam puriter egi,
Eripite hanc pestem perniciemque [18] mihi,
Quæ mihi subrepens [19] imos, ut torpor, in artus,
Eripite hanc pestem perniciemque [18] mihi, 20
Non iam illud quæro, contra [20] ut me diligat illa,
Aut, quod non potis est [21], esse pudica velit;
Ipse valere opto et tætrum hunc deponere morbum. 25
O di, reddite mi hoc pro prietate mea!

(LXXXVI)

Odi et amo. Quare id faciam, fortasse requiris [22],
Nescio: sed fieri sentio et excrucior.

34. Ariadnes episodii argumentum

Monstrum quondam fuit Cretae, cui Minotauro nomen datum est. Quod cum tauri speciem prae se ferret idemque singulis annis septem ab Atheniensibus iuvenes ac totidem puellas vorandos repeteret, accidit ut Theseus erga suos

---

12. **Quin... offirmas**, *por que não te obstinas?*
13. **Istinc te reducis**, (*e não*) *foges daí.*
14. **Dis invitis**, *e já que os deuses o não querem* (*não aprovam o teu amor*).
15. **Qua lubet**, *por todos os meios possíveis.*
16. **Sive pote** (= *potis es*), *quer possas.*
17. **Ferre opem**, *prestar auxílio.*
18. **Pernicies**, *perdição.*
19. **Subrepens imos artus**, *introduzindo-se-me no mais fundo dos membros.*
20. **Contra diligat**, *corresponda ao meu amor.*
21. **Quod non potis est**, *o que não é possível.* — **pudica**, *bonesta.*
22. **Requiris**, *perguntará alguém.*

cives misericordia motus cum immani illa belua decertare constitueret. Ubi vero Cretam ad Minois aulam pervenit, Ariadne regis filia tanto in illum amore flagravit, ut arma ad taurum necandum et ad fugam capessendam praebuerit. Victor factus Theseus Athenas reversus est ac puellam secum adduxit. Sed in medio itinere, timens ne ipsa sibi futura esset perniciei, solam in insulae litore reliquit. Quae quidem ubi primum somno soluta est ac Theseum cum sociis per mare fugientem conspexit, vehementissimo tacta dolore adversus eum dira maledicta protulit: «Utinam, inquit, perfide Theseu, patriam tuam numquam revisas; quod si ad eam umquam pervenias, utinam tibi tuisque maximae sis calamitati».

Ergo Theseus domum adventans oblivione correptus vela nigra in alba non mutavit (contra patris iussa) sicque patri longe eum intuenti luctum interitumque attulit; pater namque in mare sese praecipitem dedit.

35. Episódio de Ariadna

Hæc vestis [1], priscis hominum variata [2] figuris, 50
Heroum mira virtutes indicat [3] arte.
Namque fluentisono [4] prospectans litore Diæ [5]
Thesea [6] cedentem celeri cum classe [7] tuetur
Indomitos in corde gerens [8] Ariadna furores;
Necdum [9] etiam sese, quæ visit, visere credit, 55
Utpote [91] fallaci quæ tum primum excita somno
Desertam in sola miseram se cernit arena.
Immemor at iuvenis fugiens pellit [11] vada remis,
Irrita [12] ventosæ linquens promissa procellæ.
Quem procul ex alga mæstis Minois [13] ocellis, 60

35. 1. **Hæc vestis**, *esta coberta.*
2. **Variata**, *matizada.*
3. **Indicat**, *representa.* — **mira arte**, *com arte maravilhosa.*
4. **Fluentisonus**, *que ressoa com o ruído das ondas.* — **prospectans**, *olhando.*
5. **Diæ**, de *Dia*: antigo nome da ilha de Naxos.
6. **Thesea** (acus. grego) **cedentem**, (*vê*) *Tesea afastar-se:* Tesea era filho de Egeu, rei de Atenas.
7. **Classe**, *no seu navio.*
8. **Indomitos gerens furores**, *cheia dum furor indomável.*
9. **Necdum**, *ainda não.*
10. **Utpote**, *pois que.*
11. **Pellit... remis**, *bate as ondas com os remos.*
12. **Irrita promissa**, *promessas vãs.*
13. **Minois**, *a Minoide*: é Ariadna, filha de Minos. — **ex alga**, *do meio das algas.*

Saxea ut effigies [14] bacchantis, prospicit, euheu,
Prospicit, et magnis curarum fluctuat undis,
Non flavo retinens subtilem vertice mitram [15],
Non contecta [16] levi velatum pectus amictu... 65
Omnia quæ toto delapsa e corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant [17].
Sed neque tum mitræ, neque tum fluitantis amictus
Illa vicem [18] curans, toto ex te pectore, Theseu,
Toto animo, tota pendebat [19] perdita mente. 70
Ah misera! assiduis quam luctibus externavit [20]
Spinosas Erycina [21] serens in pectore curas
Illa tempestate [22], ferox quo tempore Theseus
Egressus curvis [23] e litoribus Piræi
Attigit iniusti regis Gortynia [24] tecta. 75
Nam perhibent [25] olim crudeli peste coactam
Androgeoneæ [26] pœnas exsolvere cædis,
Electos iuvenes simul et decus innuptarum
Cecropiam [27] solitam esse dapem dare Minotauro.
Queis angusta [28] malis cum mœnia vexarentur, 80
Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
Proiicere optavit potius, quam talia Cretam

14. **Saxea ut effigies**, *como uma estátua de mármore.*
15. **Mitram subtilem**, *a mitra leve.* — **flavo vertice**, *na loira cabeça.*
16. **Non contecta... amictu**, *não tendo coberto com o manto.*
17. **Fluctus salis alludebant**, *brincavam as ondas do mar.*
18. **Vicem curans mitræ...**, (*não*) *se importando com o que acontecia à mitra...*
19. **Pendebat**, *pensava em.*
20. **Externavit**, *enlouquecera-a.*
21. **Erycina**, *Ericina: é* Vénus, que tinha um templo na Sicília no monte Érix. — **serens**, *semeando.*
22. **Illa tempestate**, *naquela ocasião.*
23. **Curvis e litoribus**, *da sinuosa costa.*
24. **Gortynia**: Minos, reinava em Gortínia, cidade de Creta.
25. **Perhibent**, *contam, diz-se.*
26. **Androgeoneae**, *de Andrógeone*: era filho de Minos e fora assassinado por Egeu, rei de Atenas. Sobreveio uma peste e os Atenienses viram-se obrigados, para aplacar os deuses, a enviar todos os anos a Creta sete rapazes e sete raparigas que o Minotauro devorava.
27. **Cecropia**, *Atenas*, que segundo a lenda fora fundada por Cécropes.
28. **Queis** (=*quibus*) **angusta malis**, *dizimadas por estes males.*

Funera Cecropiæ nec funera [29] portarentur:
Atque ita nave levi nitens ac lenibus auris,
Magnanimum [80] ad Minoa venit, sedesque superbas. 85
Hunc simul ac cupido conspexit lumine virgo
Regia, quam suaves exspirans castus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat,
Quales Eurotæ progignunt flumina myrtos,
Aurave distinctos educit verna colores [81], 90
Non prius ex illo flagrantia declinavit
Lumina, quam cuncto concepit corpore flammam
Funditus, atque imis exarsit tota medullis.
Heu! misere exagitans immiti corde furores,
Sancte puer [82], curis hominum qui gaudia misces, 95
Quæque regis [82] Golgos, quæque Idalium frondosum,
Qualibus incensam iactastis mente puellam
Fluctibus, in [84] flavo sæpe hospite suspirantem!
Quantos illa tulit languenti corde timores!
Quantum sæpe magis fulgore expalluit [85] auri! 100
Cum sævum cupiens contra contendere monstrum
Aut mortem oppeteret Theseus, aut præmia laudis,
Non ingrata, tamen frustra, munuscula divis
Promittens, tacito suscepit [86] vota labello.
Nam velut in summo quatientem bracchia Tauro 105
Quercum, aut conigeram [87] sudanti cortice pinum,
Indomitur turbo [88] contorquens flamine robur
Eruit: illa procul radicibus exturbata
Prona cadit, late, qua est impetus, obvia [89] frangens;

---

29. **Funera nec funera**, *mortos que não estavam mortos.*
30. **Magnanimum**, *arrogante.*
31. **Distinctos colores**, *flores de várias cores.*
32. **Sancte puer**, *ó divino menino*: o Amor ou Cupido.
33. **Quæ regis Golgos**, *e tu que reinas em Golgos*: refere-se a Vénus.
34. **In flavo hospite**, *(suspirando) pelo loiro hóspede.*
35. **Expalluit**, *ficou pálida.*
36. **Suscepit vota... labello**, *formulou os seus votos com os lábios cerrados.*
37. **Conigeram**, *conífero.* — **sudanti cortice**, *de casca resinosa.*
38. **Turbo**, *furacão.* — **flamen**, *sopro.*
39. **Obvia**, *tudo o que se encontra diante.*

Sic domito sævum [40] prostravit corpore Theseus, 110
Nequidquam vanis iactantem cornua ventis.
Inde pedem victor multa cum laude reflexit, [41]
Errabunda regens tenui vestigia filo [42]:
Ne labyrintheis e flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobservabilis error [43]. 115
Sed quid ego, a primo digressus carmine, plura
Commemorem? ut linquens genitoris filia vultum,
Ut consanguineæ [44] complexum, ut denique matris,
Quæ misera in gnata deperdita [45] lætabatur,
Omnibus his Thesei dulcem præoptarit amorem? 120
Aut ut vecta ratis spumosa ad litora Diæ?
Aut ut eam tristi devincta lumina somno
Liquerit immemori discedens pectore coniux?
Sæpe illam perhibent ardenti corde furentem
Clarisonas imo fudisse e pectore voces, 125
Ac tum præruptos tristem conscendere montes,
Unde aciem in pelagi vastos protenderet æstus,
Tum tremuli salis adversas procurrere in undas
Mollia nudatæ tollentem tegmina [46] suræ:
Atque hæc extremis mæstam dixisse querelis, 130
Frigidulos udo singultus ore cientem:
«Siccine me patriis avectam, perfide, ab oris,
Perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?
Siccine discedens, neglecto numine divum,
Immemor a! devota [47] domum periuria portas? 135
Nullane res potuit crudelis flectere mentis
Consilium? tibi nulla fuit clementia præsto,
Immite ut nostri vellet miserescere pectus?
At non hæc quondam nobis promissa dedisti
Voce: mihi non hoc miseræ sperare iubebas; 140
Sed connubia læta, sed optatos hymenæos.

---

40. **Sævum**, *monstro cruel.*
41. **Pedem reflexit**, *voltou.*
42. **Filo**, *com um fio*: *é o famoso* fio de Ariadna.
43. **Inobservabilis error**, *rodeios inextricáveis.*
44. **Consaguienæ**, *da irmã*: Fedra.
45. **Deperdita**, *loucamente.*
46. **Mollia... tegmina suræ**, *levantando o vestido delicado sobre a perna desnuda.*
47. **Devota**, *malditos.*

Quæ cuncta aerii discerpunt irrita venti.
Tum iam nulla viro iuranti femina credat,
Nulla viri speret sermones esse fideles:
Queis [48] dum aliquid cupiens animus prægestit apisci, 145
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:
Sed simul ac cupidæ mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere [49], nihil periuria curant.
Certe ego te in medio versantem turbine leti
Eripui, et potius germanum [50] amittere crevi, 150
Quam tibi fallaci supremo in tempore deessem.
Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque
Præda, neque iniecta [51] tumulabor mortua terra.
Quænam te genuit sola sub rupe leæna?
Quod mare conceptum spumantibus exspuit undis? 155
Quæ Syrtis, quæ Scylla rapax, quae vasta Charybdis,
Talia qui reddis pro dulci præmia vita?
Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,
Sæva quod horrebas prisci [52] præcepta parentis,
At tamen in vestras potuisti ducere sedes, 160
Quæ tibi iucundo famularer serva labore,
Candida permulcens liquidis vestigia lymphis,
Purpureave tuum consternens veste cubile.
Sed quid ego ignaris nequidquam conqueror auris,
Externata malo [53], quæ nullis sensibus auctæ 165
Nec missas audire queunt nec reddere voces?
Ille autem prope iam mediis versatur in undis,
Nec quisquam apparet vacua mortalis in alga.
Sic nimis insultans extremo tempore sæva
Fors etiam nostris invidit questibus aures. 170

48. **Queis... apisci,** *quando o seu espírito deseja vivamente alcançar qualquer coisa.*
49. **Dicta nihil metuere,** *não respeitam a sua palavra.*
50. **Germanum,** *meu irmão:* o Minotauro.
51. **Neque iniecta... terra,** *e quando morrer não serei sepultada na terra.*
52. **Prisci parentis,** *de teu austero pai,* ou segundo outros, *de teu velho pai.*
53. **Externata malo,** *louca de dor.*

Iupiter omnipotens, utinam ne tempore primo [54]
Gnosia [55] Cecropiæ tetigissent litora puppes:
Indomito nec dira ferens stipendia tauro
Perfidus in Creta religasset navita funem:
Nec malus hic, celans dulci crudelia forma 175
Consilia, in nostris requiesset sedibus hospes!
Nam quo me referam [56]? quali spe perdita nitar?
Idæosne [57] petam montes? at gurgite lato
Discernens ponti truculentum dividit æquor.
An patris auxilium sperem? quemne [58] ipsa reliqui, 180
Respersum iuvenem fraterna cæde secuta?
Coniugis an fido consoler memet amore?
Quine fugit, lentos incurvans gurgite remos?
Præterea nullo litus, nullo insula tecto:
Nec patet egressus, pelagi cingentibus undis. 185
Nulla fugæ ratio, nulla spes: omnia muta,
Omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.
Non tamen ante mihi languescent lumina morte,
Nec prius a fesso secedent corpore sensus,
Quam iustam a divis exposcam prodita mulctam, 190
Cælestumque [59] fidem postrema comprecer hora.
Quare, facta virum mulctantes vindice pœna
Eumenides [60], quibus anguineo [61] redimita capillo
Frons exspirantes præportat [62] pectoris iras,
Huc huc adventate, meas audite querelas; 195
Quas ego, væ! misera extremis proferre medullis
Cogor inops, ardens, amenti cæca furore.
Quæ quoniam veræ nascuntur pectore ab imo,

54. **Tempore primo,** *quando me apareceu pela primeira vez.*
55. **Gnosia,** *de Cnosso:* cidade de Creta.
56. **Quo me referam,** *para onde hei-de eu ir?*
57. **Idæos,** *do Ida.*
58. **Quemne... reliqui,** *eu que o deixei.*
59. **Cælestum** (=*Cœlestium*), *dos deuses.*
60. **Eumenides,** *Euménides:* eram divindades que perseguiam os criminosos: tinham a cabeça coberta de serpentes.
61. **Anguineo... capillo,** *coroada de uma cabeleira de serpentes.*
62. **Frons... praeportat,** *cuja fronte mostra a cólera que sai do vosso peito.*

Vos nolite pati nostrum vanescere luctum,
Sed quali solam Theseus me mente reliquit, 200
Tali mente[63], deæ, funestet[64] seque suosque».
Has postquam mæsto profudit pectore voces,
Supplicium sævis exposcens anxia factis,
Annuit invicto cælestum numine rector,
Quo tunc et tellus atque horrida contremuerunt 205
Æquora, concussitque micantia sidera mundus[65].
Ipse autem cæca mentem[66] caligine Theseus
Consitus oblito dimisit pectore cuncta,
Quæ mandata prius constanti mente tenebat;
Dulcia nec mæsto sustollens signa[67] parenti 210
Sospitem Erechteum se ostendit visere portum.
Namque ferunt olim, classi cum mœnia divæ
Linquentem gnatum ventis concrederet Ægeus,
Talia complexum iuveni mandata dedisse:
«Gnate mihi longa iucundior unice[68] vita, 215
Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus,
Reddite[69] in extrema nuper mihi fine senectæ:
Quandoquidem fortuna mea ac tua fervida virtus
Eripit invito mihi te, cui languida nondum
Lumina sunt gnati cara saturata figura: 220
Non ego te gaudens lætanti pectore mittam,
Nec te ferre sinam fortunæ signa secundæ;
Sed primum multas expromam mente querelas,
Canitiem terra atque infuso pulvere[70] fœdans;

---

63. **Quali mente... tali mente,** *com um esquecimento semelhante àquele que fez com que me abandonasse.*

64. **Funestet,** *leve a desgraça.*

65. **Mundus,** *firmamento.*

66. **Mentem consitus,** *com o espírito perturbado*: acus. de relação. — **caeca caligine,** *por espessa escuridão.*

67. **Dulcia... parenti,** *não içando os sinais* (a vela) *gratos ao triste pai*: ao despedir-se do pai, para ir matar o Minotauro, Teseu levava velas negras que devia mudar para brancas, se regressasse vitorioso.

68. **Unice,** *tu que és o meu único filho.*

69. **Reddite nuper,** e *que ainda há pouco me foste restituído*: Teseu só regressara do Peloponeso, onde fora educado em casa de seu avô, quando o pai chegara ao termo da sua velhice.

70. **Infuso pulvere fœdans,** *manchando-as com poeira.*

Inde infecta[71] vago suspendam lintea malo, 225
Nostros ut luctus nostræque incendia mentis
Carbasus[72] obscurata dicet ferrugine Ibera.
Quod tibi si sancti concesserit incola Itoni[73],
Quæ nostrum genus ac sedes defendere Erechthei
Annuit, ut tauri respergas sanguine dextram: 230
Tum vero facito, ut memori tibi condita corde
Hæc vigeant mandata, nec ulla obliteret ætas:
Ut simul ac nostros invisent lumina[74] colles,
Funestam antennæ deponant undique vestem[75]
Candidaque intorti sustollant vela rudentes[76], 235
Quamprimum cernens ut læta gaudia mente
Agnoscam, cum te reducem[77] ætas prospera sistet».
Hæc mandata prius constanti mente tenentem
Thesea[78], ceu pulsæ ventorum flamine nubes
Aerium nivei montis liquere cacumen. 240
At pater, ut summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos absumens lumina fletus,
Cum primum inflati conspexit lintea veli,
Præcipitem[79] sese scopulorum e vertice iecit, 245
Amissum credens immiti Thesea fato.
Sic funesta domus ingressus tecta paterna
Morte[80] ferox Theseus, qualem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.
Quæ tamen[81] adspectans cedentem mæsta carinam 250
Multiplices animo volvebat saucia curas.

---

71. **Infecta,** *tingidas de negro.*

72. **Carbasus Ibera,** *o linho da Ibéria.*

73. **Incola Itoni,** *a habitante de Itono*: é Palas (Minerva) à qual se prestava culto nesta cidade da Beócia ou da Tessália.

74. **Lumina,** *os teus olhos.*

75. **Funestam vestem,** *a vela fúnebre.*

76. **Intorti rudentes,** *retorcidas amarras, sólidos cabos.*

77. **Redux, ucis,** *que regressa.*

78. **Thesea**: acus. dependente de *liquere.*

79. **Praecipitem sese... iecit,** *precipitou-se do alto dos rochedos.*

80. **Funesta... morte,** *na sua casa enlutada pela morte de seu pai.*

81. **Quae tamen,** *ela porém*: Ariadna. — **saucia,** *ferida.*

36. LUCRETIUS

Vita. — Nihil aut certe parum de eius vita compertum habemus. In lucem editus est, ut videtur, anno circiter 95 a.Ch.n.; quo autem loco haud satis constat. Sunt qui eum haud humili Campanorum gente oriundum esse autument. Neque desunt qui coniciant Lucretium uxorem duxisse eumque fortasse filios habuisse. Hoc tamen notum exploratumque est non suavissima illum indole praeditum esse, ab hominum consortio procul semotum vitam egisse, et perpetua quadam maestitia laborantem a republica prorsus abstinuisse, ut se litteris dederet. Maxime vero Epicuri doctrinæ animum applicuit, quam versibus aperuit. Tandem amatorio poculo in furorem versus, ut S. testatur Hieronymus, cum aliquot libros per intervalla insaniæ conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit. Diem obiit vix annum ætatis quadragesimum egressus.

Opera. — Per temporis intervalla quibus non amentia agitabatur, Lucretius poema «*De rerum natura*» composuit, cui tamen non videtur ultimam potuisse admovere manum. Totum poema sex complectitur libros. Duo priores de rerum principio et fontibus agunt (de inani seu vacuo et de atomis); duo proxime sequentes de hominis natura sunt; duo denique postremi primordia orbis et hominis describunt; res mundanæ quæque in natura fiunt ibidem quoque exponuntur.

Iudicium:

1. *Rerum physicarum scriptor.* — Doctrinam quidem Epicuri tradit, sed eam Democriti verbis significat. Cum rerum causas aperit, mirum quantum ad recentiores sententias accedit, ut de caloris, de sonitus, de lucis propagatione. Principia quædam quæ recentioribus inventis gloriæ laudem nacta sunt, ab ipso iam reperta et aptissimis sententiis expressa sunt. Huc igitur spectat quod docuit nullam rem e nihilo gigni

posse, nullam in nihilum verti; quæ in rerum natura sunt ea in perpetuum exsistere. Corpora particulis minimis, quæ *atomi* appellantur, ex eius sententia constant, quæ oculis sensibusque non subiciuntur.

Attamen multa admittit, quæ vix non risu sunt accipienda. Nam quærit, an nova cottidie luna in locum præcedentis lunæ substituatur. Asserit praeterea a leonibus gallos timeri, quod hi in eorum oculos corpuscula subtilia emittant, quibus leones vulnerantur. Fautor est etiam generationis sponte factæ.

2. *Morum scriptor.* — Est in primis Lucretius vir qui Deum esse negat animosque immortales esse infitiatur. *Materialismum* profitetur, cum religionem funditus e medio tollat et omnia ad voluptatem reducat. Quod si modum adhibendum censet in voluptatibus perfruendis, id suadet quo magis frui possis. Omnia demum in peiorem rapit partem. Haud semel in suis carminibus indicia deprehenduntur cupiisse eum sibi violentas manus inicere.

3. *Poeta* — Cum nodis doctrinam Epicuri explicat, mirum in modum Lucretius est ieiunus, genusque exponendi exsiccatum et invenustum adhibet. Praesertim quod sermo latinus aptus non erat ad graecam disciplinam evolvendam, quod non semel ipse fatetur Lucretius de eoque queritur. Minus igitur mirum si carmina haud raro geometri instar excudit ac repetitiones particularumque acervum persæpe congerit.

At vero ubi ab Epicuro discedit et in parvas digreditur descriptiones, ut fastidium eorum qui legunt devitet, tunc Lucretius præstantissimum se præbet poetam. Hæ sunt virtutes magis commendandæ: eloquentia animos ad se rapiens; studium firma opinione elatum, quo Lucretius qui nullam fidem religionemque admittit, fanaticus est suæ doctrinæ et vehemens fautor. Non raro est etiam delicatus et venustus.

Nos vero, omissis abstrusioribus, quas tangit, quæstionibus, paucos seligimus locos interpretandos, qui et

faciliores sint captu et maiorem delectationem præ se ferant.

Quæ autem *de Athenarum peste* a Lucretio vividis coloribus describuntur, haud infrequenter ex Thucydide desumpta et latine conversa sunt.

4. *Fama* — Nostris temporibus Lucretius in astra fertur, cum vix ab æqualibus extra Ciceronem paucosque alios esset notus. Haud scio an ab iis hominibus qui nunc sunt eo Lucretius tanti fiat, quod aversissimo in religionem deorumque cultum sit animo.

LIVRO I

37. Invocação a Vénus

Æneadum [1] genitrix, hominum divumque voluptas,
Alma [2] Venus, cæli subter labentia signa
Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras [3], — per te quoniam genus omne animantum
Concipitur, visitque exortum [4] lumina solis: 5
Te, dea, te fugiunt venti, te nubila cæli [5]
Adventumque tuum; tibi suaves dædala tellus
Summittit flores; tibi rident æquora ponti,
Placatumque nitet diffuso lumine cælum.
Nam simul ac species patefactast [6] verna diei [7], 10
Et reserata [8] viget genitabilis aura Favoni,
Aeriæ primum volucres te, diva, tuumque
Significant initum [9], perculsæ corda [10] tua vi.

37. 1. **Aeneadum,** *dos Eneias:* Eneias, filho de Vénus, foi o antepassado mais antigo dos Romanos.
2. **Alma Venus,** *Vénus fecunda.*
3. **Concelebras,** *povoas.*
4. **Exortum,** *ao nascer.*
5. **Dædala,** *industriosa.* — **summittit,** *junca, atapeta* (sob os teus pés).
6. **Patefactast** = *patefacta est, reapareceu.*
7. **Species verna diei,** *o esplendor dos dias primaveris.*
8. **Reserata viget,** *quebrando as suas cadeias recupera o seu vigor.* — **genitabilis,** *fecundante.*
9. **Initus, us,** *começo, vinda.*
10. **Perculsæ corda** (acus. de relação), *com o coração sobressaltado.*

Inde feræ [11] pecudes persultant pabula læta
Et rapidos tranant amnes: ita capta lepore 15
Te sequitur cupide quo quamque [12] inducere pergis.
Denique per maria ac montes, fluviosque rapaces [13],
Frondiferasque domos avium, camposque virentes,
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem,
Efficis ut cupide generatim sæcla propagent [14]. 20
— Quæ quoniam rerum naturam sola gubernas,
Nec sine te quidquam dias [15] in luminis oras
Exoritur, neque fit lætum neque amabile quidquam,
Te sociam studeo scribendis versibus esse,
Quos ego *de rerum Natura* pangere [16] conor 25
Memmiadæ [17] nostro, quem tu, dea, tempore in omni,
Omnibus ornatum voluisti excellere rebus.
Quo magis æternum da dictis, diva, leporem.
Effice ut interea fera mœnera militiai [18],
Per maria ac terras omnes, sopita quiescant; 30
Nam tu sola potes tranquilla pace iuvare
Mortales; quoniam belli fera mœnera Mavors [19]
Armipotens regit, in gremium qui sæpe tuum se
Reiicit, æterno devictus vulnere amoris. 35
Huic tu, Diva, tuo suaves ex ore loquelas
Funde, petens placidam Romanis, incluta, pacem. 40
Nam neque nos agere hoc [20], patriai tempore iniquo,
Possumus æquo animo; nec Memmi clara propago,
Talibus in rebus, communi deesse saluti.

11. **Feræ pecudes,** *os animais selvagens.* — **persultant,** *saltam.*
12. **Quo quamque,** *para onde e a cada uma delas.*
13. **Rapaces,** *impetuosos.*
14. **Generatim sæcla propagent,** *perpetuem a sua espécie.*
15. **Dias** (= *divas*), divinas.
16. **Pangere,** compor.
17. **Memmiadae,** *em honra de Mémio:* pretor em 58 a. C., era protector dos poetas.
18. **Mœnera militiai** (= *militiae*), *os trabalhos da guerra:* alude às guerras civis.
19. **Mavors,** o deus *Marte.*
20. **Agere hoc,** *prosseguir a minha obra.* — **patriai** = *patriae.*

38. Epicuro baniu a religião

Humana ante oculos [1] fœde cum vita iaceret 62
In terris, oppressa gravi [2] sub religione
Quæ caput cæli regionibus ostendebat,
Horribili super [3] adspectu mortalibus instans, 65
Primum Graius [4] homo mortales tollere contra
Est oculos ausus, primusque obsistere contra.
Quem neque fama deum [5], nec fulmina, nec minitanti
Murmure compressit cælum, sed eo magis acrem [6]
Irritat animi virtutem, effringere ut arta 70
Naturæ primus portarum claustra cupiret [7].
Ergo vivida vis animi [8] pervicit, et extra
Processit [9] longe flammantia mœnia mundi.
Atque omne [10] immensum peragravit mente animoque:
Unde refert nobis victor, quid possit oriri, 75
Quid nequeat, finita [11] potestas denique cuique
Quanam sit ratione, atque alte terminus hærens [12].
Quare Religio, pedibus subiecta, vicissim [13]
Obteritur; nos exæquat victoria cælo.
Illud in his rebus vereor, ne forte rearis [14] 80
Impia te rationis inire elementa [15], viamque
Indugredi [16] sceleris; quod contra, sæpius illa

38. 1. **Ante oculos,** *à vista de todos.* — **foede,** *abjectamente.*
2. **Gravi sub religione,** *sob o peso da religião.*
3. **Super... instans,** *ameaçando os mortais.*
4. **Primum Graius homo,** *um Grego (Epicuro) foi o primeiro* (lit.: *pela primeira vez).*
5. **Fama deum,** *a opinião corrente sobre os deuses.*
6. **Acrem... virtutem,** *excita o ardor da sua coragem.*
7. **Cupiret** (arc. por *cuperet).*
8. **Vivida vis animi,** *o esforço vigoroso do seu espírito.* — **pervicit,** *acabou por triunfar.*
9. **Processit... mundi,** *avançou muito para além das barreiras inflamadas do nosso universo.*
10. **Omne,** *o universo.* — **peragravit,** *percorreu.*
11. **Finita... ratione,** *as leis que delimitam o poder de cada coisa.*
12. **Alte... haerens,** *segundo limites inabaláveis* (lit.: *o termo que adere profundamente).*
13. **Vicissim,** *por sua vez.*
14. **Rearis** *(reor), penses.*
15. **Impia... elementa,** *iniciar-te nos elementos duma ciência ímpia.*
16. **Indugredi,** *enveredar por.* — **quod contra,** *pelo contrário.*

Religio peperit scelerosa atque impia facta:
Aulide quo pacto [17] Triviai virginis aram
Iphianassai [18] turparunt sanguine fœde 85
Ductores Danaum delecti, prima virorum [19].
Cui simul infula, virgineos circumdata comptus,
Ex utraque pari malarum parte profusast,
Et mæstum simul ante aras adstare parentem
Sensit, et hunc propter [20] ferrum celare ministros, 90
Aspectuque suo lacrimas effundere cives,
Muta metu, terram genibus submissa petebat.
Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat,
Quod patrio princeps [21] donarat nomine regem:
Nam sublata virum [22] manibus, tremebundaque ad aras 95
Deducta est, non ut, sollemni more sacrorum [23]
Perfecto, posset claro comitari [24] hymenæo,
Sed casta inceste [25], nubendi tempore in ipso,
Hostia concideret mactatu mæsta parentis,
Exitus ut classi felix faustusque daretur. 100
Tantum religio potuit suadere malorum!

39. Dificuldade de expor em latim a filosofia grega

Nec me animi [1] fallit Graiorum obscura reperta [2] 136
Difficile illustrare Latinis versibus esse,
Multa novis verbis præsertim cum sit agendum,

17. **Quo pacto,** *foi assim que.*
18. **Iphianassai,** *de Ifigénia:* Agamémnon, para obter vento favorável à armada que largava para Tróia, sacrificou a Ártemis sua filha Ifigénia.
19. **Prima virorum,** *o escol dos Gregos.*
20. **Hunc propter,** *perto deste.*
21. **Princeps,** *a primeira.*
22. **Virum** = *(virorum), dos soldados.*
23. **Sollemni... sacrorum perfecto,** *apenas cumpridos os ritos solenes:* eram os ritos das cerimónias nupciais.
24. **Comitari** (depoente com sentido passivo: arcaísmo), *ser acompanhada.* — **hymenaeo,** *com um canto nupcial.*
25. **Casta inceste,** *deixada virgem criminosamente.*

39. 1. **Nec me animi fallit,** *não me engano, não ignoro: animi é um genit. locativo.*
2. **Reperta,** *descobertas.*

Propter egestatem linguæ, et rerum novitatem:
Sed tua me virtus tamen, et sperata voluptas 140
Suavis amicitiæ quemvis sufferre laborem
Suadet, et inducit noctes vigilare serenas,
Quærentem dictis quibus et quo carmine demum
Clara tuæ possim præpandere [3] lumina menti,
Res quibus occultas penitus convisere possis. 145
Hunc igitur terrorem [4] animi tenebrasque necesse est
Non radii solis neque lucida tela diei
Discutiant, sed naturæ species ratioque [5].

40. Entusiasmo de Lucrécio pela sua obra

Nunc age [1], quod superest cognosce, et clarius audi. 921
Nec me animi fallit quam sint obscura: sed acri
Percussit thyrso [2] laudis spes magna meum cor;
Et simul incussit suavem mi in pectus amorem
Musarum, quo nunc instinctus [3] mente vigenti 925
Avia [4] Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo [5]. Iuvat integros [6] accedere fontes
Atque haurire, iuvatque novos decerpere flores,
Insignemque meo capiti petere inde coronam
Unde prius nulli velarint tempora musæ; 930
Primum, quod magnis doceo de rebus, et artis [7]
Religionum animum nodis exsolvere pergo;
Deinde, quod obscura de re tam lucida pango [8]

3. **Praepandere lumina menti,** *esclarecer o teu espírito.*
4. **Terrorem,** *terror* (causado pela religião).
5. **Naturae species ratioque,** *a vista da natureza e a sua explicação racional.*
40. 1. **Age cognosce,** *procura conhecer.* — **quod superest,** o *que falta* (conhecer).
2. **Acri thyrso,** *com o seu tirso agudo:* o tirso, consagrado a Baco, é como que um estímulo divino.
3. **Quo instinctus,** *aguilhoado por ele.*
4. **Avia loca,** *as regiões não trilhadas.* — **Pieridum,** *das Piérides:* das musas.
5. **Trita solo nullius,** *pisadas pelo pé de ninguém.*
6. **Integros fontes,** *fontes virgens: onde ainda ninguém bebeu.*
7. **Artis** (= *arctis*) **nodis,** *dos estreitos laços.* — **religionum,** *da superstição.*
8. **Carmina pango,** *escrevo versos.*

Carmina, musæo [9] contingens cuncta lepore.
Id quoque enim non ab nulla ratione [10] videtur: 935
Sed veluti pueris absinthia tætra [11] medentes
Cum dare conantur, prius oras, pocula circum,
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,
Ut puerorum ætas improvida [12] ludificetur
Labrorum tenus [13], interea perpotet amarum 940
Absinthi laticem [14], deceptaque non capiatur [15],
Sed potius tali facto recreata valescat [16]:
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio [17] plerumque videtur
Tristior esse quibus non est tractata [18], retroque
Vulgus abhorret ab hac, volui tibi suaviloquenti 945
Carmine Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi musæo dulci contingere melle;
Si tibi forte [19] animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem, dum perspicis omnem
Naturam rerum [20] qua constet compta figura [21]. 950

LIVRO VI

41. A peste de Atenas

Hæc ratio [1] quondam morborum et mortifer æstus
Finibus in Cecropis [2] funestos reddidit agros,
Vastavitque vias, exhausit civibus urbem.

9. **Musaeo contingens lepore,** *adornando com a graça das musas.*
10. **Non ab nulla ratione videtur,** *não parece absurdo* (lit.: *não sem nenhuma razão*).
11. **Absinthia taetra,** *o repugnante absinto.* — **medentes,** *os médicos.*
12. **Improvida,** *imprevidente.* — **ludifico,** *enganar.*
13. **Labrorum tenus,** *pelos lábios.*
14. **Laticem,** *infusão, líquido.*
15. **Deceptaque non capiatur,** *iludida mas não vítima.*
16. **Recreata valescat,** *recupere força e saúde.*
17. **Ratio,** *sistema* (de Epicuro).
18. **Quibus non est tractata,** *aos que a não praticaram.*
19. **Si forte,** *para ver se.*
20. **Natura rerum,** *natureza.*
21. **Compta figura constet,** *as leis que presidem à sua formação.*
41. 1. **Haec ratio morborum,** *esta espécie de epidemia.*
2. **Cecropis,** *de Atenas.* — **funestos,** *dizimados pela morte.*

Nam penitus [3] veniens, Ægypti finibus ortus,
Aera permensus multum, camposque natantes, 1140
Incubuit tandem populo Pandionis [4] omni.
Inde catervatim [5] morbo mortique dabantur.
Principio caput incensum fervore gerebant,
Et duplices oculos suffusa luce rubentes [6].
Sudabant etiam fauces, intrinsecus atræ 1145
Sanguine; et ulceribus vocis via sæpta coibat [7]:
Atque animi interpres manabat lingua cruore [8],
Debilitata malis, motu gravis, aspera tactu.
Inde ubi per fauces pectus complerat, et ipsum
Morbida vis in cor mæstum confluxerat ægris, 1150
Omnia tum vero vitai claustra [9] lababant.
Spiritus [10] ore foras tætrum volvebat odorem,
Rancida quo [11] perolent proiecta cadavera ritu;
Atque animi prorsum tum vires totius, omne
Languebat corpus, leti iam limine in ipso; 1155
Intolerabilibusque malis erat anxius angor [12]
Assidue comes, et gemitu commixta querela [13],
Singultusque [14] frequens noctem per sæpe diemque
Corripere [15] assidue nervos et membra coactans,
Dissolvebat eos, defessos ante, fatigans. 1160
Nec nimio [16] cuiquam posses ardore tueri
Corporis in summo summam [17] fervescere partem;

3. **Penitus veniens... ortus,** *vinda do fundo do Egipto onde tivera origem.*
4. **Pandionis,** de *Atenas.* — **incubuit,** *lançou-se sobre.*
5. **Catervatim,** *aos montões.*
6. **Rubentes,** *afogueados.*
7. **Vocis via... coibat,** o *canal da voz fechava-se* : **saeptus,** *embargado.*
8. **Manabat cruore,** *gotejava sangue.*
9. **Vitai claustra,** *os laços que retêm a vida.* — **lababant,** *desfaziam-se, dissolviam-se.*
10. **Spiritus,** *a respiração, o hálito.*
11. **Quo ritu,** *semelhante ao que.* — **rancidus,** *corrompido.*
12. **Anxius angor,** *horrível sufocação, angústia aflitiva.*
13. **Querela,** *lamentação, voz.*
14. **Singultusque frequens,** *soluços ininterruptos.*
15. **Corripere,** *sacudir, abalar.* — **coactans,** *contraindo.*
16. **Nec cuiquam... tueri,** *em nenhum doente se poderia observar.*
17. **Summam partem,** *a parte externa.* — **in summo,** *à superfície, na extremidade.*

Sed potius tepidum manibus proponere [18] tactum,
Et simul, ulceribus quasi inustis [19], omne rubere
Corpus, ut est [20], per membra sacer dum diditur [21] ignis.
1165
Intima pars hominum vero flagrabat ad ossa;
Flagrabat stomacho flamma, ut fornacibus, intus:
Nil adeo posses [22] cuiquam leve tenueque membris
Vertere in utilitatem; at ventum et frigora semper.
In fluvios partim gelidos ardentia morbo 1170
Membra dabant, nudum iacientes corpus in undas.
Multi præcipites lymphis putealibus [23] alte
Inciderunt, ipso venientes ore patente [24]:
Insedabiliter sitis arida, corpora mersans [25],
Æquabat multum parvis humoribus imbrem [26]. 1175
Nec requies erat ulla mali: defessa iacebant
Corpora; mussabat [27] tacito medicina timore,
Quippe patentia cum [28] toties ardentia morbis
Lumina versarent oculorum, expertia somno [29].
Multaque præterea mortis tum signa dabantur: 1180
Perturbata animi mens [30] in mærore metuque,
Triste supercilium [31], furiosus vultus et acer,
Sollicitæ [32] porro plenæque sonoribus aures,
Creber spiritus, aut ingens raroque coortus,

18. **Proponere,** *apresentar.*
19. **Ulceribus quasi inustis,** *com úlceras semelhantes a queimaduras*; segundo outros, «*inustis*» significaria «*gravadas*».
20. **Ut est,** *como acontece.*
21. **Diditur,** *se espalha.* — **sacer ignis,** *a erisipela.*
22. **Nihil adeo posses;** *a tal ponto que não se poderia.* — **cuiquam,** *a nenhum* (doente). — **nihil leve,** *nenhum vestido leve.*
23. **Lymphis putealibus,** *nas águas dos rios.*
24. **Ipso ore patente,** *com a boca aberta.*
25. **Mersans,** *invadindo.*
26. **Aequabat multum imbrem,** *igualava a muita água a pouca.*
27. **Mussabat,** *murmurava* (por entre os dentes), *balbuciava.*
28. **Quippe cum,** *visto que.*— **versarent,** *dirigiam* (o seu olhar para a medicina).
29. **Expertia somno,** *completamente privados de sono.*
30. **Perturbata... mens,** o *espírito fora de si.*
31. **Supercilium,** sobrancelha. — **tristis,** *melancólico, irritável, carregado.*
32. **Sollicitus,** *sensível.*—**raro coortus,** *espaçado.*

Sudorisque madens per collum splendidus humor, 1185
Tenuia [33] sputa, minuta, croci contacta colore,
Salsaque, per fauces rauca vix edita tussi.
In manibus vero nervi trahere [34], et tremere artus;
A pedibusque minutatim [35] succedere frigus
Non dubitabat [36]; item ad supremum denique tempus 1190
Compressæ [37] nares; nasi primoris acumen
Tenue; cavati oculi, cava tempora, frigida pellis
Duraque, in ore truci [38] rictum, frons tenta tumebat.
Nec nimio rigidi post [39] artus morte iacebant,
Octavoque fere candenti [40] lumine solis, 1195
Aut etiam nona reddebant lampade [41] vitam.
Quorum si quis ibi vitarat funera leti,
Ulceribus tætris et nigra proluvie [42] alvi
Posterius tamen hunc tabes [43] letumque manebat;
Aut etiam multus, capitis cum sæpe dolore, 1200
Corruptus sanguis expletis naribus ibat:
Huc hominis totæ vires corpusque fluebat.
Profluvium [44] porro qui tætri sanguinis acre
Exierat [45], tamen in nervos huic morbus et artus
Ibat... 1205
Et manibus sine nonnulli pedibusque manebant

33. **Tenuia sputa,** *os escarros transparentes.* — **contacta,** *manchados* : **contacta colore,** *da cor.* — **croci,** *de açafrão, amarelos.*
34. **Trahere,** *contraíam-se.*
35. **Minutatim,** *pouco a pouco.* — **succedere,** *subir.*
36. **Non dubitabat,** *não tardava.* — **ad supremum tempus,** *nas horas derradeiras.*
37. **Compressae nares,** *o nariz afilava-se.* — **nasi primoris acumen,** *a ponta do nariz.* — **tenue,** *afilado.*
38. **Trux, ucis,** *crispado.* — **rictum, i,** *contracção, rictus.* — **tentus,** *saliente.*
39. **Nec nimio post,** *e pouco depois.*
40. **Octavoque... solis,** *e geralmente ao oitavo dia* : **candens,** *abrasado.*
41. **Nona lampade,** *ao nono dia.*
42. **Proluvie alvi,** *por fluxo do ventre.*
43. **Hunc tabes... manebat,** *esperavam-no o definhamento e a morte.*
44. **Profluvium... acre,** *e se alguém escapava a esta perda tremenda de sangue corrompido* : **profluvium,** *fluxo.*
45. **Exierat,** *tinha escapado.*

In vita tamen, et perdebant lumina partim:
Usque adeo [46] mortis metus his incesserat acer! 1210
Atque etiam quosdam cepere oblivia rerum
Cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsi.
Multaque humi cum inhumata iacerent corpora supra
Corporibus, tamen alituum genus atque ferarum
Aut procul absiliebat, ut acrem exiret [47] odorem; 1215
Aut, ubi gustarat, languebat morte propinqua.
Nec tamen omnino temere illis solibus [48] ulla
Comparebat avis, nec tristia sæcla [49] ferarum
Exibant silvis: languebant pleraque morbo
Et moriebantur. Cum primis fida canum vis [50] 1220
Strata viis animam ponebat in omnibus ægre:
Extorquebat enim vitam vis morbida [51] membris.
Nec ratio remedi communis certa dabatur:
Nam quod ali [52] dederat vitales aeris auras
Volvere [53] in ore licere, et cæli templa tueri, 1225
Hoc aliis erat exitio, letumque parabat.
Illud in his rebus miserandum magnopere unum [54]
Ærumnabile erat, quod ubi se quisque videbat
Implicitum morbo, morti damnatus ut esset [55],
Deficiens animo [56], mæsto cum corde iacebat;
Funera respectans [57] animam amittebat ibidem.
Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci [58]
Ex aliis alios avidi contagia morbi,

46. **Usque adeo,** *a tal ponto.* — **his incesserat,** *se tinha apoderado deles.*
47. **Ut exiret,** *para fugir de, para evitar.*
48. **Nec omnino... solibus,** *não havia ave que naqueles tristes dias se arriscasse a aparecer.*
49. **Saecla ferarum,** *os animais ferozes.*
50. **Fida canum vis,** *os cães fiéis.*
51. **Vis morbida,** *epidemia, peste.*
52. **Ali** (arc. por *alii*), *a uns.*
53. **Vitales aeris auras volvere,** *continuar a respirar os sopros vitais do ar* : **volvere,** *rolar, i. é, aspirar e expirar.*
54. **Illud ... unum,** *a coisa mais digna de lástima e mais aflitiva* **(aerumnabile)**; **unum,** *acima de tudo.*
55. **Ut esset,** *como se já estivesse.*
56. **Deficiens animo,** *perdendo toda a coragem.*
57. **Funera respectans,** *aguardando a morte.*
58. **Apisci,** *ganhar, atingir.*

Lanigeras tanquam pecudes et bucera sæcla [59].
Idque vel in primis cumulabat funere funus. 1235
Nam quicumque suos fugitabant visere ad ægros,
Vitai nimium cupidos mortisque timentes
Pœnibat [60] paulo post turpi morte malaque,
Desertos, opis expertes [61], incuria mactans [62].
Qui fuerant autem præsto [63], contagibus ibant [64] 1240
Atque labore, pudor quem tum cogebat obire
Blandaque lassorum [65] vox, mixta voce querelæ:
Optimus hoc leti genus ergo quisque [66] subibat.
Incomitata rapi cernebant funera vasta [67];
Inque aliis alium populum sepelire suorum 1245
Certantes, lacrimis lassi luctuque redibant.
Inde bonam partem [68] in lectum mærore dabantur:
Nec poterat quisquam reperiri, quem neque morbus,
Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.
Præterea iam pastor et armentarius omnis, 1250
Et robustus item curvi moderator aratri
Languebat; penitusque casa contrusa [69] iacebant
Corpora, paupertate et morbo dedita morti.
Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnunquam posses, retroque videre 1255
Matribus et patribus natos super edere vitam [70].
Nec minimam partem ex agris is mæror [71] in urbem

59. **Bucera saecla,** *as manadas de bois.*
60. **Pœnibat,** *eram castigados:* **pœnio,** *castigar.*
61. **Opis expertes,** *desprovidos de todo o auxílio.*
62. **Incuria mactans,** *a indiferença dos outros que os sacrificava: vítimas da indiferença* dos outros.
63. **Qui fuerant praesto,** *os* que *se tinham dedicado.*
64. **Contagibus ibant,** *morriam de contágio.*
65. **Lassorum,** *dos doentes.*
66. **Optimus quisque,** os *melhores.*
67. **Rapi cernebant funera vasta,** *via-se arrastar a toda a pressa grande número de cadáveres sem acompanhamento* **(incomitata).**
68. **Inde bonam partem,** *depois em grande parte (um bom número).*
69. **Penitus... contrusa... corpora,** *os corpos amontoados* **(contrusa)** no *fundo* **(penitus)** *das suas cabanas* **(casa)** *jaziam.*
70. **Edere vitam,** *exalar o derradeiro suspiro.*
71. **Is maeror,** *esta epidemia.*

Confluxit, languens quem contulit agricolarum
Copia, conveniens ex omni morbida parte.
Omnia complebant loca tectaque; quo magis æstu [72] 1260
Confertos ita acervatim mors accumulabat.
Multa siti protracta [73] viam per proque voluta [74]
Corpora Silanos ad aquarum [75] strata iacebant,
Interclusa anima nimia ab dulcedine aquarum [76]:
Multaque, per populi passim loca prompta [77] viasque, 1265
Languida semianimo cum corpore membra videres,
Horrida pædore [78], et pannis cooperta, perire,
Corporis illuvie, pelli super ossibus una [79],
Ulceribus tætris prope iam sordique sepulta [80].
Omnia denique sancta deum delubra replerat 1270
Corporibus mors exanimis, onerataque passim
Cuncta cadaveribus cælestum templa manebant,
Hospitibus loca quæ complerant ædituentes [81]:
Nec iam religio divum, nec numina magni [82]
Pendebantur enim: præsens dolor exsuperabat. 1275
Nec mos ille [83] sepulturæ remanebat in urbe,
Quo pius hic populus semper consuerat humari:
Perturbatus enim totus trepidabat, et unus
Quisque suum pro re præsenti [84] mæstus humabat.

72. **Aestu,** *por efeito do calor.*
73. **Siti protracta,** *mortos de sede, sucumbindo à sede.*
74. **Viam per,** *pelas ruas.* — **proque voluta** = *provolutaque, caídos por terra.*
75. **Silanos ad aquarum** (=*ad Silanos aquarum*), *para as fontes com cabeça de Sileno.*
76. **Interclusa... aquarum,** *perdendo a vida (sufocados) com o excesso da água que bebiam com demasiado prazer (sofreguidão).*
77. **Populi loca prompta,** *os lugares públicos abertos a todos.*
78. **Horrida paedore,** *manchados com imundícias.*
79. **Illuvies, ei,** *sujidade.* — **pelli super ossibus una,** *só com a pele sobre os ossos.*
80. **Sordi** (abl. por sorde) **sepulta,** *já quase sepultados.*
81. **Hospitibus... aedituentes,** *os guardas dos templos tinham enchido estes lugares com hóspedes* (refugiados vindos dos campos).
82. **Magni pendebantur,** *eram tidos em grande conta.*
83. **Mos ille,** *o velho costume.*
84. **Pro re præsenti,** *como podia nas circunstâncias presentes.*

Multaque res subita et paupertas horrida suasit: 1280
Namque suos consanguineos aliena rogorum
Insuper exstructa[85] ingenti clamore locabant,
Subdebantque faces, multo cum sanguine sæpe
Rixantes potius quam corpora desererentur[86].

---

85. **Aliena ... insuper exstructa**, *sobre piras erguidas para outros.*

86. **Potius quam ... desererentur**, *antes que abandonar os seus cadáveres.*

42. CICERO

Vita. — M. Tullius Cicero anno 106 a.Ch.n. honestissima equitum romanorum familia Arpini natus est. Adulescentulus Romam petivit, ubi præclarissimis illius ætatis oratoribus, Antonio et Crasso, audiendis multum operæ posuit. Multa quoque ab illo Q. Mucio Scævola, eximio iuris perito, ipse didicit.

Annos natus 26, Sextum Roscium Amerinum, parricidii perperam accusatum, contra Chrysogonum, Sullæ libertum, defendendum suscepit. Quam quidem causam, tametsi tunc primum publice agebat, et ipso adversante Hortensio, obtinuit.

Deinde, ex Sullæ timore, in Græciam per causam valetudinis infirmæ profectus est. Biennium ibidem commoratus, ut in eloquentiam et philosophiam incumberet, Rhodum inde appulit, ubi inflatum dicendi genus quod in illa *pro Roscio* oratione protenderat quodque *Asiaticum* appelant, ita repressit, ut suum quasi dicendi genus constitueret illud quod *medium* vel Rhodium nuncupatum est.

Romam duobus postea annis revectus, uxorem duxit Terentiam. Deinde quæstor omnibus suffragiis renuntiatus, in Siciliam mittitur. Aedilis designatus, Verri diem dicit Siculorum rogatu. Quorum quidem causam tanto studio tantaque dicendi vi aggressus est, ut improbus ille prætor, cum patrono uteretur Hortensio, indicta tamen causa, sua sponte in exsilium abierit.

Annum agens tertium et quadragesimum, consul omnium gratia primus inter competitores sex designatus est; quo tempore Catilinæ coniurationem oppressit et parens patriæ iure meritoque appellatus est.

Verumtamen quinto post consulatum anno a Clodio impetitus, quod Catilinæ socios nullo præmisso iudicio damnavisset, idemque a Cæsare et Pompeio desertus, aqua et igni interdictus est, quoad anno sequenti, maximo totius Italiæ plausu, in patriam «toties servatam», Milonis opera, ab exsilio revocatur.

Aetatis anno 55, Milonem de crimine Clodiano defendit, nec causam obtinuit. Cum bellum civile exarsit Cæsarem inter atque Pompeium, Cicero Pompeianas partes secutus est. Fuso autem Pompeio, cum Cæsare rediit in gratiam. Toto temporis intervallo usque ad mortem Cæsaris, Tulliam filiam amisit, Terentiæ nuntium remisit, multosque libros, ut se ipse de privatis publicisque doloribus consolaretur, in vulgus edidit.

Cæsare interfecto, Cicero pristinam animi constantiam reciperans, in Antonium vehementer invehitur, illius nefariis consiliis restitit quoad potuit: omnium, ut ita dicam, bonorum dux fuit atque signifer. In cassum tamen tot tantique eius conatus cessere.

Antonii denique iussu, dum fugam capessens lectica deferebatur, ab Antonii sicariis in itinere vi interceptus necatusque est. Cuius quidem caput trunco præcisum, cum Romam ad Antonium delatum esset, traditur Fulvia, Antonii uxor, ex ore linguam excisam acu pupugisse, quæ toties contra se dicaciter prolocuta esset.

Opera. — Fecundissimus omnium Cicero exstitit, siquidem plus quam Sallustius, Titus Livius, Tacitus et Suetonius scripsit, cum horum omnium opera, quæ supersunt, computantur simul.

a) Ex 120, quas habuit, orationibus 61 tantum superstites evasere, quarum præcipuæ hae tibi notae sunto: *Actiones contra Verrem (De signis et de suppliciis); Pro Lege Manilia; In Catilinam orationes IV; Pro Murena; Pro Milone; Pro Ligario; Philippicæ (XIV).*

b) Scripsit etiam *libros rhetoricæ,* quorum memoria digni sunt: *De oratore* libri III: sermo est inter maximos oratores qui de arte dicendi disputantes finguntur. *Brutus:* ibi Cicero de oratoribus romanis iudicat et contra neo-atticos se defendit. *Orator:* summi oratoris est descriptio; uberius de numero et de arte dicendi disserit. *De optimo genere oratorum:* præfatio est qua orationes a Demosthene et Aeschine habitas, in latinum sermonem conversas edebat.

c) Libros etiam *de re philosophica* in vulgus edidit, ex quibus en tibi præcipui: *De republica libri sex:* maxima pars periit. Ad nos pervenerunt aliqua, quorum pars præcipua est *«Somnium Scipionis». De finibus bonorum et malorum libri quinque. Tusculanæ disputationes,* quæ sunt de morte contemnenda, de tolerando dolore, de ægritudine lenienda, etc.; *De natura deorum libri tres:* án sint et quales sint dii. *Cato Maior* seu *de Senectute:* nihil esse in senectute quod timendum esse videatur; Cato loquitur censorius. *Lælius* vel *de Amicitia. De officiis libri tres.*

d) *Epistulæ.* — Ciceronis litterarum corpus, quas retinemus, 864 epistulis continetur, quarum 90 ad eum missæ sunt. Aliæ, quas *ad Atticum* (libri 16), *ad Familiares* (libri 16), *ad Quintum* (libri tres), *ad Brutum* (libri duo) ipse dedit, ab eo vulgatæ sunt; alias eius post mortem in lucem prodidit Tiro.

Iudicium:

1. *Orator.* — Inter romanos oratores Cicero eloquentiæ principatum tenet. Minus sane quam Demosthenes argumentorum vi dicendique vehementia excellit. At sollertia quadam et calliditate qua vitanda curat quæ possint audientes offendere, omnes facile vincit. In contexendis exordiis, incredibili pollet benevolentiæ conciliandæ facultate. Atque ut plurimum, uberius adhibet quæ sibi animos captare possint. Res ita disponit ut sibi semper favere secumque stare videantur. Itaque acumine et urbanitate Ciceronem facile æquales suos superasse nemo non admittit. Intellegenti enim patet quam sint orationes humanitatis sale, simulatis factorum significationibus, breviter et commode dictis, satiris acerbissimis, facetiis urbanis et delicatis, inter verba officiosa respersæ. *Amoenitates* abundant, maxime in digressionibus, ubi personas et loca describit. Complurimæ quoque leguntur *narrationes,* quarum pulcherrimæ habentur in orationibus quas *in Verrem* dixit, in oratione *pro Milone* et in oratione *pro Lege Manilia.*

In *peroratione* facile etiam omnibus antecellit. Mira profecto gaudet *miserationis* excitandæ peritia. Actio vehemens et declamatio ardens auditores mirifice percellebat. Perorationes bene multæ laudantur, quas inter illæ quæ in orationibus *pro Milone, pro Sulla, pro Murena et* in *Philippica Secunda* continentur, præstantiores censendæ sunt.

Optima inter priscos de arte dicendi doctores habebatur oratio «*pro Milone*», quæ videtur reipsa omnibus numeris absolutissima. Sed hominibus qui nunc sunt, potiores videntur orationes *pro Ligario* et *Philippicæ*, ex animi vigore, sinceritate et modo.

2. *Cicero dicendi præceptor.* — In suis rhetoricæ libris, nihil affert novi, quin prius græci scriptores dixerint. Quæ tamen ex illis desumpsit, ea apto ordine digessit et cum venustate elegantiaque expressit.

3. *Philosophus.* — Sententias reconditas et inauditas non a Ciceronis ingenio postulabis. Sed eleganter et ornate proponit latine, quod ex græco fonte hauserit. Ex omnibus in philosophia disciplinis libat, quodcumque maxime eum specie veritatis movet *(ecletismus);* ex eis nullam omnino totam amplectitur. De bono sollicitus, in Epicuri artem et rationem invehitur. Admittit quidem deos esse; at eorundem notitiam accuratam vix est assecutus. Animorum immortalitatem profitetur, et in agendo, ob oculos dicit se illam habere.

In suis de philosophia sermonibus, ad venustatem et ornatum quod attinet, ad Platonem proxime accedit, quamquam illo inferior plane evadit. Attamen quod græcam doctrinam apud Latinos sparsit, certa quadam elegantia usus et venustate (eo vel maxime quod sermo philosophorum latine erat omnino creandus) non parvi est habendus.

4. *Epistularum scriptor.* — Ciceronis litterarum pretium ex eo facile colligi potest quod et civilem Romanorum consuetudinem id ætatis explicant, et Ciceronis ingenium patefaciunt. Eventuum quorundam vix non seriem cottidie cognoscimus. Satis est recordari

quam ad Atticum candide et ultro scribat, ingruente bello civili Cæsarem inter et Pompeium. Sunt qui Ciceronis epistulas pluris faciant quam orationes.

5. *Stilus.* — Ad scribendi genus quod spectat, Cicero vel maximus exstitit omnium ætatum litterarum scriptor, siquidem fere omnia orationis solutæ scribendi genera, ut nemo alius penitus calluit diligenterque adhibuit.

Ciceronis opera nemo negat humanitatis politiorumque litterarum monumentum esse vel celeberrimum. Est profecto, teste Saint-Beuve, «post hominum memoriam summus inter eos qui litteras coluerunt». Hæc de eo Fabius quidam dicebat: «Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placuerit».

43. ORATIONIS PRO LEGE MANILIA ANALYSIS

ARGUMENTUM

Anno 88 sustinebant Romani bellum maximum in Asia. Mithridates Eupator, occasionem nactus perturbationis rerum publicarum in Urbe, cogitavit magnum imperium sibi in Oriente constituere.

Necesse habebat Romanos ab Asia pellere; occidit itaque eodem anno 80.000 Romanorum. Accurrit Sulla, obsidet Athenas easque capit. Victoriam ex Mithridate reportat quem cogit sese ad suum regnum recipere. Milites tamen eius imperium detrectaverunt, ipse autem Romam reverti volebat, ut cives populares opprimeret, sicque finem bello non imposuit. Pacem cum Mithridate composuit et legioni praefecit Murenam.

Anno 74, Mithridates multis novisque copiis auctus foedus pepigit cum *Tigrane,* Armeniae rege, et cum Sertorio qui in Hispaniam totam dominabatur. Eligitur a Romanis *Lucullus,* Ciliciae proconsul, qui Mithridatem contineat; victor factus per sex annos, et ipse desistere coactus a militibus est, qui seditionem concitarunt ob insidias *Clodii.* Opportunitate harum insidiarum utens, Mithridates triumphat de *Fabio* et *Triario,* Luculli legatis, iterum Asiae minatur et imperio Romano in Asia. Tribuni Lucullum repetiverunt, qui Romam vocatus est et in eius locum suffectus est Glabrio, scientiae rei militaris imperitus.

Tertio conantur Romani finem imponere bello et victoriam plenam ex infensissimo hoste Mithridate reportare. Legem tum proposuit C. Manilius, qua Pompeio dabatur summum imperium classis et exercituum in provinciis Orientis et auctoritas maxima in bello administrando. Erat autem Pompeius clarissimus dux, victor in Italia, tempore belli, civilis, in Gallia et in Hispania, quique piratas omnes interioris maris penitus exterminaverat. Hac lege Pompeio imperium tribuebatur plus aequo et maius «quam sit eorum qui eas obtineant».

Huic legi repugnabant *Q. Catulus* et *Hortensius,* maximi oratores, his ducti rationibus: — «Periculosum est leges constitutas derelinquere; — nullo modo constituenda in republica auctoritas quae *dictaturam* redoleat vel superet; — non delenda aequalitas civium neque auctoritas Senatus abicienda».

Cicero, e contrario, legem suasit ob rationes sibi maxime congruentes; hanc habuit orationem optimam *lexque lata est.*

N. B. — Oratio est omnino *civilis* (discurso político).

EXORDIUM

1. — Exorditur Cicero *ab adiunctis.*

a) *a sua persona,* quippe qui a rostris plebem primo alloquatur, causas exponit quae eum prohibuerint quominus adhuc id faceret.
b) *a loco ipso...*
c) *a Pompeio* pro quo dicturus est.

2. — Id amplificat ut iudices sibi reddat *benevolos, dociles et attentos:*

a) *benevolos:* commemorat beneficia quae tum suis contulit civibus, tum quae sui cives sibi contulerunt.
b) *dociles:* cum ait se dicturum de singulari eximiaque virtute Pompeii.
c) *attentos:* cum pollicetur se talem habiturum orationem, in qua facilius sit principium quam exitum invenire.

NARRATIO

Tria in hac narratione quae statum causae breviter exponit, praestat orator:

1. — Denuntiat bellum grave et periculosum Romanis inferri a duobus potentissimis Asiae regibus, Mithridate et Tigrane.
2. — Ab eo bello discessisse Lucullum.
3. — Unum Cn. Pompeium ad id bellum deposci.

PROPOSITIO ET DISTRIBUTIO

1. — Gerendum est bellum in Asia a populo romano.
2. — Huic bello praeficiendus est Pompeius.

CONFIRMATIO

Habet duas partes:

I.ª Pars: bellum gerendum est, quia est:
a) genere suo grave et necessarium.
b) magnitudine sua periculosum.

II.ª Pars: Ad id bellum deligendus est Pompeius, cum in eo omnes virtutes reluceant quae in summo imperatore requiruntur.

PRIMA PARS

A. — **Bellum genere suo grave et necessarium.** Nam:

1.° — agitur gloria populi romani.
2.° — agitur salus sociorum.
3.° — aguntur vectigalia maxima.
4.° — aguntur fortunae multorum civium.

1.° — **Agitur gloria populi Romani:** prob. *a contrario:*

a) quia summum est dedecus populi Romani non ulcisci bello, nec persequi Mithridatem qui tota Asia Italos trucidavit; nec tamen poenas dedit... (amplificat ex adiunctis).
b) Hoc dedecus auget quod Mithridates neque a Sulla neque a Murena victus societatem belli iunxerit in Hispania cum Sertorio, et quamquam Pompeius Sertorium superavit, non tamen omnino Lucullus bellum in Asia confecit.
c) Denique amplificat per repetitionem et antitheses cladem illatam populo Romano, qui minores iniurias ultus est (provocat ad exempla maiorum).

2. — **Agitur salus sociorum:** Probat enthymemate: Rex Ariobarzanes et Asiae civitates hoc bello periclitantur. Ergo... Concludit hanc partem adhortatione et exemplo maiorum: (bellum gerendum).

3. — **Aguntur vectigalia maxima:** probat ex fertilitate Asiae, cuius vectigalia utilissima sunt ad bellum et pacem. *Atqui* ad minimum belli rumorem haec conservari non possunt (et hoc, brevi enumeratione ostendit). Ergo...

4. — **Aguntur fortunae multorum civium:** Multi cives Romani vectigalia Asiae conduxerunt, vel istinc negotiantur, vel pecunias collocatas habent. Atqui si eorum fortunae ruant, ruat quoque respublica necesse est. Ergo huic et istis consulendum est. *Brevis recapitulatio* totius argumenti: «bellum strenue gerendum est».

B. — **Bellum magnitudine periculosum:**

1. — Quia hoc bellum coniungunt duo reges potentissimi. Mithridates victus fugit *(Nota* comparationem cum Medea); a Tigrane excipitur, recreatur...

2. — Quia suscipiunt nationes, victo Lucullo, ductae opinione nostrum exercitum solere templa diripere.
3. — Calamitas magna:
a) narratione oratoria explicat Luculli de Mithridate victorias, quem tamen non cepit.
b) quomodo Mithridates usus stratagemate e manibus Luculli evaserit.
c) quomodo novis sibi additis nationibus, et fugato Lucullo, regnum receperit.
Concludit repetitione totius argumenti.

PARS ALTERA

Transitio ad secundam partem fit hoc syllogismo: Si haberemus multos eximiosque imperatores ad id bellum aptos, locus esset dubitationi (per optationem).

Atqui non habemus nisi unum, Cn. Pompeium. Ergo quid dubitatis?

Igitur 2.° Pars: «Hoc bellum Pompeio committendum». Probat hoc syllogismo:

Quatuor virtutes bonum imperatorem commendant: *Scientia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas. Atqui* hae omnes in Pompeio inveniuntur. Ergo...

Maior est definitio et probatione non eget.

Minor probatur per partes:

A. — **Scientia rei militaris.** Probat:

1. — ab aetate (sc. iuventute) — comparat cum aliis ducibus.
2. — enumeratione bellorum quae Pompeius gessit in omni genere, summa cum laude.
(Hoc totum amplificat per *antitheses, repetitiones, hyperboles,* etc.).

B. — **Virtus:**

1. — illa quae vulgo imperatoris propria existit:
a) enumeratione victoriarum in variis provinciis.

N. B. — Distributio praeclarissima — amplificat adiunctis bellorum, enumerat eius bellicas virtutes.

b) amplificatione victoriae de praedonibus reportatae.

2. — Huius virtutis socias alias profert:
a) *innocentiam,* facta comparatione Pompeii cum aliis imperatoribus.
b) *temperantiam,* ex celeritate confecti belli.
c) *reliquas* imperatoris virtutes.

C. — **Auctoritas:** in bellis administrandis: probat:

1. — *ab opinione populi Romani* qui illum communi suffragio depoposcit ad bellum gerendum.
2. — *ab opinione exterorum hostiumque,* adeo ut ipsius adventu caritas annonae diminuta sit, hostis retardatus.
3. — *a deditione plurium urbium.*

D. — **Felicitas:** quam probat:

1. — facta comparatione cum magnis imperatoribus et *praeteritione* rerum quas feliciter gessit.
2. — singulari deorum benevolentia, qui in potestate Pompeii videntur fortunam posuisse.
Concludit totam Confirmationem brevi *anacephaleosi.*

CONFUTATIO

Refelluntur rationes adversariorum:

1. — *Hortensii,* qui omnia tribuenda non censebat *uni.*
2. — *Catuli,* qui dicebat:
a) totam populi Romani spem niti in Pompeio, ideoque mitti non debere.
b) esse contra maiorum instituta ut penes unum essent omnia.

A. Refellit Hortensium, docens eius argumentum esse absoletum et iam improbatum lege Caii Gabinii, cum de uno imperatore contra praedones constituendo ageretur, quae lata est et eventum habuit optatissimum ac reipublicae saluberrimum. Enumerat damna quae a praedonibus populus Romanus passus esset, nisi lex Gabinia valuisset; haec autem amplificat:

a) earum civitatum comparatione quae et portus suos et mare apertum tenuerant, quae ante legem Gabiniam clausa erant.
b) comparatione maiorum, qui semper toto mari dominati multos populos vicerunt, quod ante legem Gabiniam non potuerunt.
c) laudat populum Romanum quod Hortensii auctoritati non obtemperavit.
d) *(Digressio)* Conqueritur quod ad Pompeium legatus missus non sit Gabinius, de quo se relaturum esse ad Senatum profitetur.

B. Confutat Catulum.
1.° — *Argumento* respondet: «Nego consequentiam et retorqueo argumentum»: «Populus Romanus debet frui vita Pompeii».

2.° — *Argumento* respondet:
a) Maiores saepe uni omnia contulisse quod probat exemplis.
b) Id saepius iam concessum esse Pompeio a Senatu.
c) Adversarios reprehendit qui populi Romani iudicio resistunt.

C. Quoniam videntur adversarii dubitare de continentia Pompeii, huic bello necessaria, eam rursus dilaudat, obiecta aliorum imperatorum avaritia, parendi difficultate, etc.

D. Proponit deinde, ut plane adversarios confutet, clarissimorum virorum auctoritatem, et concludit adhortatione ad Quirites ut, contra sententiam Hortensii et Catuli, uni Pompeio omnia decernant.

PERORATIO

1. — Laudat Manilii legem illumque adhortatur ut in sua sententia perseveret.
2. — Omnem suam operam ad hanc rem conficiendam tribuno et populo Romano pollicetur.
3. — Profitetur se non Pompeii causa neque suo commodo, sed reipublicae legem suadere vel etiam invidia multorum.

44. Exordium

1. Quamquam mihi semper frequens conspectus [1] vester multo [2] iucundissimus, hic autem locus [3] ad agendum [4] amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites [5], tamen hoc aditu [6] laudis, qui semper optimo

---

44. 1. **Frequens conspectus,** *numerosa assembleia.*
2. **Multo iucundissimus,** *sumamente aprazível: multo* reforça o superlativo.
3. **Hic locus:** os *rostra* ou tribuna dos oradores.
4. **Ad agendum amplissimus,** *vastíssimo para accionar.* — **ad dicendum ornatissimus,** o *mais belo para perorar.*
5. **Quirites:** designação dos Romanos. O nome provinha de Cures, cidade dos Sabinos que se fundiram com os Romanos, ficando uns e outros a chamar-se *Quirites.*
6. **Aditus laudis,** *acesso à glória.*

cuique[7] maxime patuit[8], non mea me voluntas adhuc[9], sed vitae meae rationes[10] ab ineunte[11] aetate susceptae prohibuerunt. Nam cum antea per aetatem[12] nondum huius auctoritatem loci[13] attingere auderem statueremque[14] nihil huc nisi perfectum ingenio[15], elaboratum industria[16] adferri oporteret, omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum[17] putavi.

2. Ita neque hic locus vacuus umquam fuit ab iis, qui vestram causam defenderent, et meus labor in privatorum[18] periculis caste integreque[19] versatus ex vestro iudicio[20] fructum est amplissimum consecutus. Nam cum propter dilationem[21] comitiorum ter praetor primus centuriis cunctis renuntiatus sum[22], facile intellexi, Quirites, et quid de me iudicaretis, et quid aliis praescriberetis. Nunc cum et auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandis[23] esse voluistis, et ad agendum facultatis[24] tantum, quantum homini vigilanti ex forensi usu[25] prope cotidiana dicendi exercitatio

7. **Optimo cuique,** *a todo o homem de bem.*
8. **Maxime patuit,** *esteve largamente franqueado.*
9. **Adhuc,** *até agora.*
10. **Vitae rationes,** *teor de vida.*
11. **Ab ineunte aetate,** *desde tenra idade.*
12. **Per aetatem,** *por causa da idade.*
13. **Auctoritatem loci,** *lugar autorizado.* — **attingere,** *aproximar-me.*
14. **Statuo,** *resolver.*
15. **Perfectum ingenio,** *fruto amadurecido do meu talento.*
16. **Elaboratum industria,** *produto da minha indústria* (actividade).
17. **Transmittere,** *consagrar, empregar.*
18. **In privatorum periculis,** *nos processos judiciais dos particulares.*
19. **Caste integreque,** *desinteressada e irrepreensivelmente.* — **versatus,** *empregado, colocado.*
20. **Ex vestro iudicio,** *do vosso veredicto.*
21. **Dilationem comitiorum,** *adiamento das eleições:* os pretores eram eleitos pelos *comitia centuriata.* Cícero obteve os votos de todas as centúrias e foi o primeiro a ser eleito. Mas a votação, que continuava ainda, foi interrompida (provàvelmente por violência).
22. **Renuntiatus sum,** *fui eleito.*
23. **Honoribus mandandis,** *ao outorgardes-me tais honras.*
24. **Facultatis tantum,** *tal grau de facilidade.*
25. **Ex forensi usu,** *devido à sua experiência judicial.* — **exercitatio,** *exercício.*

potuit adferre, certe et si quid auctoritatis in me est, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt, et si quid in dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum[26], qui ei quoque rei[27] fructum suo iudicio[28] tribuendum esse duxerunt.

3. Atque illud in primis mihi laetandum iure esse video, quod in hac insolita[29] mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio[30] deesse nemini potest. Dicendum est enim de Cn. Pompei singulari[31] eximiaque virtute; huius autem orationis difficilius est exitum quam principium invenire. Ita mihi non tam copia quam modus[32] in dicendo quaerendus est.

45. Narratio

4. Atque ut inde oratio mea profisciscatur, unde haec omnis causa ducitur, bellum grave et periculosum vestris vectigalibus[1] ac sociis a duobus potentissimis regibus infertur[2], Mithridate[3] et Tigrane[4], quorum alter relictus, alter lacessitus occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Equitibus Romanis, honestissimis viris, adferuntur ex Asia cotidie litterae, quorum magnae res[5] aguntur in vestris vectigalibus exercendis[6] occupatae; qui ad me pro necessitu-

26. **Potissimum,** *sobretudo.*
27. **Ei rei:** à eloquência.
28. **Suo iudicio,** *com o seu veredicto.*
29. **In hac insolita... dicendi,** *desacostumado como estou ao estilo oratório próprio desta tribuna.*
30. **Oratio,** *palavra, que dizer.*
31. **De singulari eximiaque virtute,** *acerca do valor verdadeiramente excepcional.*
32. **Modus,** *moderação.*
45. 1. **Vectigalis,** *tributário.* — **socius,** *aliado.*
2. **Bellum inferre,** *declarar (mover) guerra.*
3. **Mithridates:** rei do Ponto. Luculo derrotou-o, mas teve de o *deixar* porque os soldados se revoltaram.
4. **Tigranes:** rei da Arménia. Não quis entregar a Luculo o rei Mitridates. Pelo que, o general romano infligiu pesada derrota às suas tropas.
5. **Magnæ res,** *grandes quantias.* — **aguntur,** *estão em jogo.*
6. **Vectigalia exercere,** *cobrar os impostos.* — **occupatæ,** *investidas.*

dine[7], quae mihi est cum illo ordine[8], causam rei publicae periculaque rerum suarum detulerunt[9]:

5. Bithyniae, quae nunc vestra provincia est, vicos[10] exustos esse complures; regnum Ariobarzanis, quod finitimum[11] est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate; L. Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discedere; huic qui successerit[12] non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum; unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti[13], eundem hunc unum ab hostibus metui, praeterea neminem.

6. Causa quae sit videtis; nunc quid agendum sit considerate.

PROPOSITIO ET DISTRIBUTIO

Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo[14] esse dicendum.

46. Confirmationis

PARS PRIMA

Bellum Asiaticum genere suo grave et necessarium est.

Genus[1] est enim belli eius modi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare ad persequendi studium debeat: in quo agitur[2] populi Romani gloria, quae vobis a maioribus cum magna in omnibus rebus, tum summa in re militari tradita est; agitur salus[3]

7. **Pro necessitudine,** *em razão da amizade.*

8. **Ordo,** *classe.*

9. **Defero,** *representar, confiar.*

10. **Vicus,** *aldeia.*

11. **Finitimus,** *limítrofe, que confina.*

12. **Successerit:** a Luculo sucedeu A. Glábrio, em cuja pretura se instaurou o processo contra Verres. Foi cônsul com Pisão em 686; mas era pouco esperto e muito descuidado.

13. **Deposci atque expeti** (hendíadis), *ser imperiosamente reclamado.* — **imperator,** *general.*

14. **De imperatore deligendo,** *da escolha do general.*

46. 1. **Genus belli,** *a natureza da guerra.* — **eius modi,** *de tal género, tal.*

2. **Agitur,** *está em jogo.*

3. **Salus,** *vida.*

sociorum atque amicorum, pro qua multa maiores vestri magna et gravia bella gesserunt; aguntur certissima populi Romani vectigalia[4] et maxima, quibus amissis[5] et pacis ornamenta et subsidia[6] belli requiretis; aguntur bona multorum civium, quibus est a vobis et ipsorum et rei publicae causa consulendum[7].

7. Et quoniam semper appetentes gloriae praeter[8] ceteras gentes atque avidi laudis fuistis, delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore[9] concepta, quae penitus iam insedit[10] ac nimis inveteravit in populi Romani nomine, quod is, qui uno die tota in Asia, tot in civitatibus, uno nuntio atque una significatione[11] litterarum cives Romanos necandos trucidandosque curavit[12] non modo adhuc poenam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum iam tertium et vicesimum[13] regnat, et ita regnat, ut se non Ponti neque Cappadociae latebris[14] occultare velit, sed emergere ex patrio regno[15] atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiae luce, versari[16].

8. Etenim adhuc ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia[17] victoriae, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sulla, triumpha-

4. **Vectigal, alis,** *imposto.* — **certissima,** *os mais assegurados.* — **maxima,** *os mais consideráveis, muito importantes.*

5. **Quibus amissis,** *com cuja perda.*

6. **Subsidium,** *reforço, munições.*

7. **Quibus consulendum,** *pelos quais tendes obrigação de olhar.*

8. **Præter,** *mais do que.*

9. **Bello superiore,** *na passada guerra* (na 1.ª guerra).

10. **Penitus insedit,** *profundamente se enraizou.*

11. **Una significatione litterarum,** *por um só despacho.* — **uno nuntio,** *numa única mensagem.*

12. Num só dia foram mortos 150.000 cidadãos romanos.

13. **Annum tertium et vicesimum,** *há 22 anos* (cfr. *Gram. Lat.* N. 419 a, 2.ª ed.).

14. **Latebris,** *nos esconderijos:* o Ponto e a Capadócia encontram-se no limite oriental da Ásia Menor.

15. **Ex patrio regno,** *do reino de seus pais:* o Ponto.

16. **In vestris vectigalibus,** *entre os vossos tributários.* — **in Asiæ luce versari,** *andar em plena luz da Ásia.*

17. **Insignia victoriæ,** *as honras da vitória.*

vit L. Murena [18] de Mithridate, duo fortissimi viri et summi imperatores, sed ita triumpharunt, ut ille pulsus [19] superatusque regnaret. Verum tamen illis imperatoribus laus est tribuenda quod egerunt, venia danda quod reliquerunt, propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam res publica [20], Murenam Sulla revocavit.

9. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem [21] novi contulit; qui postea, cum maximas aedificasset ornassetque [22] classes exercitusque permagnos quibuscumque ex gentibus potuisset comparasset et se Bosphoranis, finitimis suis, bellum inferre simularet, usque in Hispaniam legatos ac litteras misit ad eos duces [23], quibuscum tum bellum gerebamus, ut, cum duobus in locis disiunctissimis [24] maximeque diversis uno consilio [25] a binis hostium copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti contentione [26] districti de imperio dimicaretis [27].

Maiores nostri saepe mercatoribus aut naviculariis [28] iniuriosius tractatis bella gesserunt; vos tot milibus civium Romanorum uno nuntio atque uno tempore necatis quo tandem animo [29] esse debetis? Legati quod erant appellati [30] superbius, Corinthum patres vestri totius Graeciae lumen exstinctum esse voluerunt; vos eum

18. **Murena:** foi na Ásia legado de Sila, o primeiro vencedor de Mitridates.
19. **Pulsus superatusque,** *apesar de repelido e vencido.*
20. **Res publica:** o Estado chamou Sila para combater Mário.
21. **Ad comparationem,** *para preparação.*
22. **Ornare,** *equipar, apetrechar.*
23. **Ad eos duces:** Sertório e seus partidários refugiados em Espanha.
24. **Disiunctissimis,** *tão afastados.*
25. **Uno consilio,** *de comum acordo.* — **a binis copiis,** *por dois exércitos.*
26. **Ancipiti contentione,** *por uma luta dupla.* — **districti,** *divididos.*
27. **De imperio dimicare,** *combater pela salvação do* (vosso) *império.*
28. **Navicularius** (*naviculator*), *armador* (de navio).
29. **Quo animo esse debetis?** *que sentimentos deveis ter?*
30. **Appellati superbius,** *interpelados demasiado altivamente.*

regem inultum esse patiemini, qui legatum [31] populi Romani consularem [32] vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum necavit? Illi libertatem imminutam civium Romanorum non tulerunt; vos ereptam vitam neglegetis? Ius legationis [33] verbo violatum illi persecuti sunt; vos legatum omni supplicio interfectum relinquetis?

12. Videte ne, ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam tradere, sic vobis turpissimum sit id, quod accepistis, tueri et conservare non posse.

47. Agitur salus sociorum

Quid? quod [1] salus sociorum summum in periculum ac discrimen [2] vocatur, quo tandem animo ferre debetis? Regno est expulsus Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus; imminent duo reges toti Asiae non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis; civitates autem omnes cuncta Asia [3] atque Graecia vestrum auxilium exspectare propter periculi [4] magnitudinem coguntur; imperatorem a vobis certum deposcere, cum praesertim vos alium miseritis, neque audent neque se id facere sine summo periculo posse arbitrantur.

13. Vident et sentiunt hoc idem quod vos, unum [5] virum esse, in quo summa omnia, et eum propter [6] esse,

31. **Legatum,** *embaixador:* trata-se do propretor Aquílio a quem Mitridates torturou metendo-lhe oiro fundido pela boca abaixo.
32. **Consularem,** *dignidade consular* (que havia sido cônsul).
33. **Ius legationis,** *os direitos dos embaixadores.*

47. 1. **Quid? quod,** *e que dizer ao facto de?*
2. **In periculum ac discrimen vocatur,** *que corre tão grande perigo.*
3. **Cuncta Asia,** *em toda a Ásia* (Cfr. *Gram. Lat.* N. 276).
4. **Periculi:** por causa da ameaça de Tigranes e de Mitridates.
5. **Unum,** *um só, único:* Pompeu.
6. **Propter,** *perto:* Pompeu, que perseguia os piratas por todo o Mediterrâneo, encontrava-se próximo da Ásia.

quo etiam carent aegrius [7]; cuius adventu ipso atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressos esse intellegunt ac retardatos. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant, ut se quoque, sicut ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis [8], atque hoc etiam magis, quod ceteros in provinciam eius modi homines cum imperio [9] mittimus, ut etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione [10] differant, hunc audiebant antea, nunc praesentem vident tanta temperantia [11], tanta mansuetudine, tanta humanitate, ut ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime [12] commoratur.

14. Quare si propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti [13] maiores nostri cum Antiocho [14], cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt, quanto vos studio convenit iniuriis provocatos sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere, praesertim cum de maximis vestris vectigalibus agatur?

48. Aguntur vectigalia maxima

Nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas [1] vix contenti esse possimus, Asia vero tam opima [2] est ac fertilis,

7. **Quo etiam carent ægrius,** *sentem ainda mais a sua falta.*
8. **Salutem commendare,** *confiar a vida.*
9. **Cum imperio mittere,** *enviar com poder militar.*
10. **Ab hostili expugnatione,** *duma tomada de assalto inimiga.*
11. **Temperantia,** *moderação.* — **humanitas,** *sentimentos humanitários.*
12. **Diutissime,** o *mais longamente possível.*
13. **Nulla iniuria lacessiti,** *sem terem sido injuriados.*
14. **Antiochus:** rei da Síria. — **Philippus:** pai de Perseu (não de Alexandre) e rei da Macedónia. — **Aetoli:** os Etólios eram um povo da Grécia. — **Pœni** = Cartagineses. Diziam-se *Pœni,* por serem oriundos da *Phoenicia.*
48. 1. **Ad tutandas,** *para defender.*
2. **Opimus,** *rico.*

ut et ubertate agrorum et varietate fructuum et magnitudine pastionis [3] et multitudine earum rerum, quae exportentur, facile omnibus terris antecellat. Itaque haec vobis provincia, Quirites, si ad belli utilitatem et pacis dignitatem retinere vultis, non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda.

15. Nam in ceteris rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur; at in vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse adfert calamitatem. Nam cum hostium copiae non longe absunt, etiam si irruptio [4] nulla facta est, tamen pascua relinquuntur, agri cultura deseritur, mercatorum navigatio [5] conquiescit. Ita neque ex portu neque ex decumis [6] neque ex scriptura [7] vectigal conservari potest; quare saepe totius anni fructus uno rumore periculi atque uno belli terrore amittitur.

16. Quo tandem igitur animo esse existimatis aut eos, qui vectigalia nobis pensitant [8], aut eos, qui exercent atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis propter adsint? cum una excursio [9] equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit? cum publicani [10] familias maximas, quas in saltibus habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur? Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructui [11] sunt, conservaveritis, non solum, ut antea dixi, calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos?

3. **Magnitudine pastionis,** *pela extensão dos pastios.*
4. **Irruptio,** *investida, ataque.* — **Pascua,** *pastagens.*
5. **Mercatorum navigatio,** *o comércio marítimo.* — **Conquiescere,** *ser suspendido.*
6. **Ex decumis,** *nem dos dízimos.*
7. **Ex scriptura,** *do imposto (dos direitos) das pastagens.*
8. **Vectigalia pensitare,** *pagar imposto.* — **vectigalia exercere (exigere),** *cobrar impostos.*
9. **Excursio,** *incursão.*
10. **Publicanus,** *cobrador de impostos.* — **familia,** *bando de escravos.*
11. **Fructui sunt,** *são de utilidade (úteis).*

49. Confirmationis

PARS ALTERA

Bellum Asiaticum magnitudine sua periculosum est.

20. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici, belli genus esse ita necessarium, ut sit gerendum, non esse ita magnum, ut sit pertimescendum. In quo maxime laborandum est [1], ne forte a vobis, quae diligentissime providenda sunt, contemnenda esse videantur.

22. Requiretur fortasse nunc quem ad modum, cum haec ita sint, reliquum possit magnum esse bellum. Cognoscite, Quirites; non enim hoc sine causa quaeri videtur. Primum ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur, quam praedicant [2] in fuga, fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa maerorque patrius [3] celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti pulcherrimarumque rerum omnium, quas et a maioribus acceperat et ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat [4], in Ponto omnem reliquit. Haec dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. Ita illum in persequendi studio maeror, hos laetitia tardavit.

23. Hunc in illo timore et fuga Tigranes, rex Armenius, excepit diffidentemque [5] rebus suis confirmavit [6] et adflictum erexit perditumque recreavit. Cuius in regnum posteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum con-

49. 1. **Laborandum est,** *é preciso tomar cuidado.*
2. **Prædicant,** *conta-se.*
3. **Mæror patrius,** *a tristeza paterna.*
4. **Congerere,** *acumular.*
5. **Diffidentem rebus suis,** *desesperado da sua situação.*
6. **Confirmavit,** *reanimou.* — **adflictum erexit,** *levantou-o do seu abatimento.* — **perditumque recreavit,** *consolou-o dos seus reveses.*

citatae sunt [7]. Erat enim metus iniectus iis nationibus, quas nunquam populus Romanus, neque lacessendas [8] bello, neque temptandas putavit; erat etiam alia gravis atque vehemens opinio [9] quae animos gentium barbararum pervaserat, fani [10] locupletissimi et religiosissimi diripiendi causa in eas oras [11] nostrum esse exercitum adductum. Ita nationes multae atque magnae novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, tametsi urbem ex Tigranis regno ceperat et proeliis usus erat secundis [12], tamen nimia longinquitate locorum ac desiderio [13] suorum commovebatur.

24. Hic iam plura non dicam; fuit enim illud extremum [14], ut ex iis locis a militibus nostris reditus [15] magis maturus quam processio longior quaereretur. Mithridates autem et suam manum [16] iam confirmarat et eorum qui se ex ipsius regno collegerant, et magis adventiciis [17] auxiliis multorum regum et nationum iuvabatur. Nam hoc fere sic fieri solere accepimus, ut regum adflictae fortunae [18] facile multorum opes adliciant ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges sunt aut vivunt in regno, ut iis nomen regale magnum et sanctum esse videatur.

25. Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. Nam cum se in regnum suum recepisset, non fuit eo contentus, quod ei praeter spem [19] acciderat, ut illam, posteaquam pulsus erat, terram umquam attingeret, sed in exercitum nostrum clarum atque victorem impetum fecit. Sinite hoc

7. **Concitatæ sunt,** *amotinaram-se, sublevaram-se.*
8. **Lacessendas bello,** *atacar pela guerra.* — **temptandas,** *desinquietar.*
9. **Opinio,** *rumor.*
10. **Fanum,** *templo.*
11. **In eas oras,** *àquelas paragens.*
12. **Secundis,** *bem sucedidos.*
13. **Desiderio,** *pelas saudades.*
14. **Illud extremum,** *o desfecho foi (que).*
15. **Reditus,** *retirada, regresso.* — **maturus,** *prematuro, rápido.* — **processio,** *avanço.*
16. **Manus,** *exército.* — **Confirmare,** *reanimar, reorganizar.*
17. **Adventicius,** *auxiliar.*
18. **Adflictæ fortunæ,** *os desastres.*
19. **Praeter spem,** *inesperadamente.*

loco, Quirites, sicut poetae solent, qui res Romanas scribunt, praeterire [20] me nostram calamitatem, quae tanta fuit, ut eam ad aures imperatoris non ex proelio nuntius [21], sed ex sermone rumor adferret.

50. Confirmationis

PARS TERTIA

Pompeius bello praeficiendus est.

Pompei scientia rei militaris

27. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare esset hoc bellum genere ipso necessarium, magnitudine periculosum; restat ut de imperatore ad id bellum deligendo ac tantis rebus praeficiendo dicendum esse videatur. Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium [1] copiam tantam haberetis, ut haec vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus ac tanto bello praeficiendum putaretis! Nunc vero cum sit unus Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt [2], gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit, quae res est, quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit?

28. Ego enim sic existimo, in summo imperatore quattuor has res inesse [3] oportere, scientiam [4] rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior umquam aut fuit aut esse debuit? qui e ludo [5] atque pueritiae disciplinis, bello maximo [6] atque acerrimis hostibus, ad patris exercitum atque in

20. **Praeterire**, *passar em silêncio.*
21. **Ex prœlio nuntius**, *um mensageiro (escapado) do combate.* — **ex sermone rumor**, *a voz pública.*
50. 1. **Innocens**, *íntegro.*
2. **Qui nunc sunt**, *contemporâneos, actuais.*
3. **Inesse**, *existir.*
4. **Scientia rei militaris**, *conhecimento da técnica militar.* — **virtus**, *valor, coragem.* — **auctoritas**, *prestígio.* — **felicitas**, *boa sorte, boa estrela.*
5. **E ludo atque pueritiae disciplinis**, *ao sair da escola e da educação da infância.*
6. Trata-se da guerra social (90), na qual Pompeu militou às ordens de seu pai.

militiae disciplinam [7] profectus est; qui extrema pueritia [8] miles in exercitu fuit summi imperatoris [9], ineunte adulescentia maximi ipse exercitus imperator; qui saepius cum hoste conflixit [10] quam quisquam cum inimico concertavit, plura bella gessit quam ceterit legerunt, plures provincias confecit [11] quam alii concupiverunt; cuius adulescentia ad scientiam rei milítaris non alienis praeceptis, sed suis imperiis [12], non offensionibus [13] belli, sed victoriis, non stipendiis [14], sed triumphis est erudita. Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna rei publicae? Civile [15], Africanum [16], Transalpinum [17], Hispaniense [18], servile [19], navale [20] bellum, varia et diversa genera et bellorum et hostium, non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta nullam rem esse declarant in usu [21] positam militari, quae huius viri scientiam fugere possit.

51. Pompei virtus

29. Iam vero virtuti Cn. Pompei quae potest oratio [1] par inveniri? Quid est quod quisquam aut illo dignum aut vobis novum aut cuiquam inauditum possit adferre? Neque enim illae sunt solae virtutes impera-

7. **In militiae disciplinam**, *para a carreira das armas.*
8. **Extrema pueritia**, *no fim da sua infância.*
9. **Summi imperatoris**, *dum general consumado.*
10. **Conflixit**, *bateu-se.*—**cum hoste**, *com os inimigos da Pátria.* — **cum inimico**, *com os seus inimigos pessoais.*
11 **Provincias confecit**, *juntou ao império (mais) províncias.*
12. **Suis imperiis**, *pela experiência do comando.*
13. **Offensionibus**, *derrotas.*
14. **Stipendiis**, *por anos de serviço militar.*
15. **Civile**: contra Mário e seus partidários.
16. **Africanum**: em que derrotou Jarbas, rei da Numídia.
17. **Transalpinum**: contra os Gauleses.
18. **Hispaniense**: contra Sertório.
19. **Servile**: Contra os escravos sublevados por Espártaco.
20. **Navale**: contra os piratas.
21. **In usu militari**, *na experiência militar.*
51. 1. **Quae potest... inveniri**, *que palavras podem igualar (o valor...).*

toriae [2], quae vulgo existimantur, labor [3] in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo, quae tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus aut audivimus, non fuerunt.

30. Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sulla huius virtute et subsidio confessus est liberatam; testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis non terrore belli, sed consilii celeritate [4] explicavit; testis est Africa, quae magnis oppressa hostium copiis eorum ipsorum sanguine redundavit; testis est Gallia, per quam legionibus nostris iter in Hispaniam Gallorum internicione patefactum est; testis est Hispania, quae saepissime plurimos hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit; testis est iterum et saepius Italia, quae cum servili bello taetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit, quod bellum exspectatione [5] eius attenuatum atque imminutum est [6], adventu sublatum ac sepultum; 31. testes nunc vero iam omnes orae atque omnes exterae gentes ac nationes, denique maria omnia cum universa [7], tum in singulis oris omnes sinus atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit praesidium, ut tutus esset, aut tam fuit abditus, ut lateret? Quis navigavit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, cum aut hieme aut referto praedonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam late divisum

2. **Imperatoriae,** *próprias dum general.* — **vulgo,** *vulgarmente.*
3. **Labor in negotiis,** *a diligência (persistência) no trabalho.* — **industria in agendo,** *a actividade nas operações.* — **celeritas in conficiendo,** *a rapidez na execução.* — **consilium in providendo,** *a prudência nas medidas* (a tomar).
4. **Consilii celeritate,** *com a rapidez das resoluções.*
5. **Expectatione,** *com a simples expectativa.*
6. **Attenuatum atque imminutum,** *foi consideràvelmente réduzida.* — **sublatum ac sepultum,** *totalmente eliminada.*
7. **Universa,** *em conjunto.* — **in singulis oris... atque portus.** *em cada golfo e em cada porto das suas costas.*

atque dispersum quis umquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse?

32. Quam provinciam tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem socium defendistis? cui praesidio [8] classibus vestris fuistis? quam multas existimatis insulas esse desertas, quam multas aut metu relictas aut a praedonibus captas urbes esse sociorum?

Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani, longe a domo bellare et propugnaculis [9] imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Sociis ego nostris mare per hos annos clausum fuisse dicam, cum exercitus vestri numquam a Brundisio nisi hieme summa [10] transmiserint? Qui ad vos ab exteris nationibus venirent, captos querar [11], cum legati populi Romani redempti sint [12]? Mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cum duodecim secures [13] in praedonum potestatem pervenerint?

33. Cnidum aut Colophonem aut Samum, nobilissimas [14] urbes, innumerabilesque alias captas esse commemorem, cum vestros portus atque eos portus, quibus vitam [15] ac spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestate sciatis? An vero ignoratis portum Caietae celeberrimum atque plenissimum navium inspectante [16] praetore a praedonibus esse direptum, ex Miseno [17] autem eius ipsius liberos, qui cum praedonibus antea ibi bellum gesserat, a praedonibus esse sublatos? Nam

8. **Cui praesidio fuistis,** *a quem defendestes.*
9. **Propugnaculis imperii,** *com as fortalezas do império.*
10. **Hieme summa,** *em pleno inverno.* — **transmitto,** *fazer travessia.*
11. **Captos querar,** *queixar-me-ei de terem sido feitos prisioneiros.*
12. **Redimere,** *resgatar.*
13. **Duodecim secures,** *doze machadinhas:* dois pretores cada qual com seis lictores.
14. **Nobilissimas,** *célebres, formosíssimas.*
15. **Vitam ac spiritum ducitis** (donde) *tirais a subsistência e a vida.*
16. **Inspectante praetore,** *à vista do pretor.*
17. **Ex Miseno:** porto perto de Nápoles.

quid ego Ostiense[18] incommodum atque illam labem atque ignominiam rei publicae querar, cum prope inspectantibus[19] vobis classis ea, cui consul populi Romani praepositus esset, a praedonibus capta atque oppressa est? Pro[20] di immortales! tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem adferre rei publicae potuit, ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium[21] praedonum navem esse audiatis?

52. Temperantia aliaeque Pompei virtutes

40. Age vero ceteris in rebus qua sit temperantia[1], considerate. Unde illam tantam celeritatem et tam incredibilem cursum[2] inventum putatis? Non enim illum eximia vis[3] remigum aut ars[4] inaudita quaedam gubernandi aut venti aliqui novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt, sed eae res, quae ceteros remorari solent, non retardarunt: non avaritia ab instituto cursu[5] ad praedam aliquam devocavit, non libido ad voluptatem, non amoenitas[6] ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem; postremo signa[7] et tabulas ceteraque ornamenta

18. **Ostiense**: de Óstia, porto de Roma na desembocadura do Tibre. — **incommodum,** *desastre*: ali haviam os piratas incendiado a frota dos Romanos.
19. **Prope inspectantibus vobis,** *quase à vossa vista.*
20. **Pro di immortales,** *ó deuses imortais!*
21. **Ostium**: designa aqui as colunas de Hércules (o estreito de Gibraltar), onde se encontra, por assim dizer, a entrada do oceano.

52. 1. **Temperantia,** *moderação.*
2. **Incredibilem cursum,** *incrível rapidez de movimentos.*
3. **Eximia vis remigum,** *extraordinária força dos remadores.*
4. **Ars gubernandi,** *manobras.*
5. **Ab instituto cursu,** *da rota traçada.* — **libido,** *paixão.*
6. **Amoenitas,** *o encanto* (das paisagens). — **ad delectationem,** *para distracção.* — **nobilitas,** *celebridade.*
7. **Signa et tabulas,** *as estátuas e os quadros.* — **tollere,** *roubar.* — **visere,** *visitar, contemplar.*

Graecorum oppidorum, quae ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit.

41. Itaque omnes nunc in iis locis Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de caelo delapsum intuentur; nunc denique incipiunt credere fuisse homines Romanos hac quondam continentia[8], quod iam nationibus exteris incredibile ac falso memoriae proditum[9] videbatur; nunc imperii vestri splendor illis gentibus lucem adferre coepit; nunc intellegunt non sine causa maiores suos tum, cum ea temperantia magistratus habebamus, servire populo Romano quam imperare aliis maluisse.

53. Refutatur Hortensius

52. Quid igitur ait Hortensius? Si uni omnia tribuenda sint, unum dignissimum esse Pompeium, sed ad unum tamen omnia deferri[1] non oportere. Obsolevit[2] iam ista oratio, re[3] multo magis quam verbis refutata. Nam tu idem, Q. Hortensi, multa pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi et in senatu contra virum fortem, A. Gabinium, graviter ornateque[4] dixisti, cum is de uno imperatore contra praedones constituendo legem promulgasset, et ex hoc ipso loco permulta item contra eam legem verba fecisti.

53. Quid? tum, per deos immortales, si plus apud populum Romanum auctoritas tua quam ipsius populi Romani salus et vera causa valuisset, hodie hanc gloriam atque hoc orbis terrae imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc videbatur, cum populi Romani legati, praetores quaestoresque capiebantur, cum ex omnibus provinciis commeatu[5] et privato et publico

8. **Continentia,** *domínio de si mesmo, moderação, comedimento.*
9. **Falso memoriae proditum,** *falsa tradição.*

53. 1. **Deferre,** *confiar.*
2. **Obsolevit,** *passou de moda.* — **oratio,** *linguagem.*
3. **Re,** *pelos factos.*
4. **Graviter ornateque,** *com solidez e brilho.*
5. **Commeatus,** *camunicações.*

prohibebamur, cum ita clausa nobis erant maria omnia, ut neque privatam rem transmarinam [6] neque publicam iam obire possemus?

54. Refellitur Q. Catulus

59. Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur. Qui cum ex vobis quaereret, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri, cepit magnum suae virtutis fructum [1] ac dignitatis, cum omnes una prope voce [2] *in eo ipso vos spem habituros esse* dixistis. Etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere [3] et integritate tueri et virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio, quod, quo minus certa est hominum ac minus diuturna vita, hoc magis res publica, dum per deos immortales licet, frui debet summi viri vita atque virtute.

60. At enim inquit *ne quid novi fiat contra exempla atque instituta maiorum.* — Non dicam hoc loco maiores nostros semper in pace consuetudini [4] in bello utilitati paruisse, semper ad novos casus [5] temporum novorum consiliorum rationes [6] accommodasse, non dicam duo bella maxima, Punicum atque Hispaniense, ab uno imperatore esse confecta duasque urbes potentissimas, quae huic imperio maxime minitabantur, Carthaginem atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas; non commemorabo nuper ita vobis patribusque vestris esse visum, ut in uno C. Mario spes imperii

6. **Res transmarina,** *negócios ultramarinos.* — **obire,** *empreender.*

54, 1. **Fructus,** *fruto, recompensa.*

2. **Una prope voce,** *quase unânimemente.*

3. **Consilio regere,** *dirigir pela sua prudência.* — **tueri,** *defender.* — **conficere,** *realizar.*

4. **Consuetudini,** *aos costumes.*

5. **Ad novos casus temporum,** *a novas circunstâncias.*

6. **Consiliorum rationes,** *planos.*

poneretur, ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Teutonis bellum administraret; in ipso Cn. Pompeio, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint nova summa Q. Catuli voluntate constituta, recordamini.

61. Quid enim tam novum quam adulescentulum privatum exercitum difficili rei publicae tempore conficere? confecit; huic praeesse? praefuit; rem optime ductu suo gerere? gessit. Quid tam praeter consuetudinem quam homini peradulescenti, cuius aetas a senatorio gradu longe abesset, imperium atque exercitum dari, Siciliam permitti atque Africam bellumque in ea provincia administrandum? Fuit in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute; bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid vero tam inauditum quam equitem Romanum triumphare? at eam quoque rem populus Romanus non modo vidit, sed omnium etiam studio visendam et concelebrandam putavit.

62. Quid tam inusitatum quam ut, cum duo consules clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumque pro consule mitteretur? missus est. Quo quidem tempore cum esset non nemo in senatu, qui diceret *non oportere mitti hominem privatum pro consule,* L. Philippus dixisse dicitur *non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere.* Tanta in eo rei publicae bene gerendae spes constituebatur, ut duorum consulum munus unius adulescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare quam ut ex senatus consulto [7] legibus solutus [8] consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset? quid tam incredibile quam ut iterum eques Romanus ex senatus consulto triumpharet? Quae in omnibus hominibus nova post hominum memoriam [9]

7. **Senatus consultum,** *decreto do senado.*

8. **Legibus solutus,** *dispensado das leis.*

9. **Post hominum memoriam,** *na história da humanidade.*

constituta sunt, ea tam multa non sunt quam haec, quae in hoc uno homine videmus. 63. Atque haec tot exempla tanta ac tam nova profecta sunt in eundem hominem a Q. Catuli atque a ceterorum eiusdem dignitatis amplissimorum [10] hominum auctoritate.

Quare videant, ne sit periniquum [11] et non ferendum illorum auctoritatem de Cn. Pompei dignitate a vobis comprobatam semper esse, vestrum ab illis de eodem homine iudicium populique Romani auctoritatem improbari, praesertim cum iam suo iure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiunt, possit defendere, propterea quod isdem istis reclamantibus vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello praedonum praeponeretis.

55. Peroratio

69. Quae cum ita sint, C. Manili, primum istam tuam et legem et voluntatem [1] et sententiam laudo vehementissimeque comprobo; deinde te hortor, ut auctore [2] populo Romano maneas in sententia neve cuiusquam vim aut minas pertimescas. Primum in te satis [3] esse animi perseverantiaeque arbitror; deinde cum tantam multitudinem cum tanto studio [4] adesse videamus, quantam iterum nunc in eodem homine praeficiendo videmus, quid est quod [5] aut de re aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quidquid est in me studii [6], consilii, laboris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi

10. **Amplissimorum virorum**, *dos homens mais ilustres.*
11. **Periniquum et non ferendum,** *uma injustiça e uma tirania.*
55. 1. **Voluntatem**, *intenção, boa vontade.* — **sententia,** *parecer.* — **vehementissime,** *muito calorosamente.*
2. **Auctore populo r.,** *com o apoio do povo romano.* — **mina,** *ameaça.*
3. **Satis animi,** *coragem bastante.*
4. **Cum tanto studio,** *com tão grande entusiasmo.*
5. **Quid est quod,** *que motivo há para.*
6. **Quidquid studii,** *toda a minha dedicação.* — **consilii,** *prudência.* — **laboris,** *energia.* — **ingenii,** *talento, inteligência.*

Romani atque hac potestate praetoria, quidquid auctoritate, fide [7], constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi et populo Romano polliceor ac defero [8] testorque omnes deos et eos maxime [9], qui huic loco temploque [10] praesident, qui omnium mentes eorum, qui ad rem publicam adeunt [11], maxime perspiciunt, me hoc neque rogatu [12] facere cuiusquam, neque quo Cn. Pompei gratiam [13] mihi per hanc causam conciliari putem, neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine [14] aut praesidia periculis aut adiumenta [15] honoribus quaeram, propterea quod pericula facile, ut hominem praestare [16] oportet, innocentia tecti [17] repellemus, honorem autem neque ab uno neque ex hoc loco, sed eadem illa nostra laboriosissima ratione vitae [18], si vestra voluntas feret [19], consequemur.

71. Quam ob rem, quidquid in hac causa mihi susceptum est [20], Quirites, id ego omne me rei publicae causa suscepisse confirmo, tantumque abest [21], ut aliquam mihi bonam gratiam [22] quaesisse videar, ut multas

7. **Fide,** *pela minha probidade.* — **constantia,** *firmeza.*
8. **Defero,** *consagro.* — **obtestorque deos,** *tomo por testemunha os deuses.*
9. **Maxime,** *sobretudo.*
10. **Templo:** o templo que estava próximo dos *rostra*, ou tribuna dos oradores.
11. **Ad rem publicam adeunt,** *se ocupam dos negócios do Estado.*
12. **Rogatu cuiusquam,** *a pedido de ninguém.*
13. **Gratiam conciliare,** *conquistar a simpatia.*
14. **Ex cuiusquam amplitudine,** *da grandeza de alguém.*
15. **Adiumenta honoribus,** *apoio para as honras.*
16. **Ut hominem praestare oportet,** *como cumpre a um homem fazê-lo.*
17. **Innocentia tecti,** *escudados pela nossa inocência.*
18. **Laboriosissima ratione vitae,** *pelo teor de vida de intenso trabalho,*
19 **Si vestra voluntas feret,** *se vós assim o quiserdes.*
20. **Quidquid mihi susceptum est,** *tudo o que empreendi.*
21. **Tantum abest ut,** *estou tão longe de.*
22. **Gratiam quaerere,** *pretender a amizade.* Apesar de todos os protestos de Cícero, parece fora de dúvida que, aspirando ao consulado, como aspirava, e encontrando em Pompeu o apoio mais eficaz, o interesse pessoal não deixaria de contar para o ardor com que defendeu esta causa.

me etiam simultates [23] partim obscuras partim apertas intellegam mihi non necessarias, vobis non inutiles suscepisse. Sed ego me hoc honore praeditum, tantis vestris beneficiis adfectum [24] statui [25], Quirites, vestram voluntatem et rei publicae dignitatem et salutem provinciarum atque sociorum meis omnibus commodis [26] et rationibus praeferre oportere.

---

56. ORATIONIS PRO MILONE ARGUMENTUM

Miloni cum Clodio veteres erant inimicitiae, quod Milo Ciceroni, quem Clodius aqua et igni interdixerat, ab exsilio revocando multum dederat operae. Accedebat quod eodem anno Milo consulatum, praeturam Clodius petiverant. Iamvero, cum debilem fore suam praeturam consule Milone, Clodius intellegeret, de Milone occidendo cogitavit.

Itaque Miloni Lanuvio redeunti obviam in via Appia factus est Clodius. Qui quidem equo vehebatur; Milo vero reda portabatur, paenulatus, cum uxore, ancillis et pueris. Utrumque praeterea ducem magna servorum et gladiatorum caterva comitabatur. Qui cum in extremo agmine rixam inter se committerent, et Clodius minitabundus respexisset, unus e Milonis gladiatoribus umerum eius rumpia traiecit. Clodius vulneratus in tabernam proximam deportatus est. At Milonis iussu taberna exturbatus, multis inde vulneribus confectus est. Cuius quidem cadaver Romam delatum et in rostris a multitudine imperita positum est, ut eius nimirum vulnera videri possent.

Dies igitur dicitur Miloni, qui omni abiecta timoris specie, in iudicium venit. Acta est causa in foro, quod armatis militibus compleverat Pompeius. Iudices quinquaginta et unus fuere; accusatores tres. Patronus solus Cicero, qui cum initio dicendi Clodianorum clamoribus exciperetur, non ea qua solitus erat constantia dixit. Damnatus est igitur Milo triginta et octo iudicum suffragiis. Sciebant illi quidem, inscio Milone, Clodium vulneratum esse, sed comperant, postquam vulneratus esset, iussu Milonis interfectum fuisse.

Milo, ergo, damnatus intra paucissimos dies in exilium Massiliam profectus est. Eius, autem, bona propter aeris alieni magnitudinem, semuncia venierunt.

Cicero, vero, domum reversus, hanc orationem ita perfecte scripsit, ut iure prima haberi possit. Et re quidem vera, cum Miloni Massiliam delata haec esset oratio, tanta ingenii subtilitate elaborata, Milo dixisse fertur: «Si sic egisses, M. Tulli, barbatos pisces Milo non ederet».

---

23. **Simultas, atis,** *odiosidade.*
24. **Tantis beneficiis adfectum,** *cumulado de tantos benefícios.*
25. **Statui,** *resolvi, determinei.*
26. **Commodum,** *vantagem.* — **rationes,** *interesses.*

ORATIONIS PRO MILONE ANALYSIS

Exordium: Exorditur Cicero ab adiunctis: dolet quidem quod initio dicendi pro fortissimo viro timorem prae se ferat; huius tamen timoris causa a nova iudicii forma, non autem a mala Pompeii voluntate repetenda est; milites, enim, armatos disposuit Pompeius, non ut Milonem opprimeret, sed ut seditiosam Clodianorum multitudinem coerceret.

Enumeratis deinde illis qui Miloni favent, Clodii factionem extenuat, utpote quae sit ex perditissimis viris conflata. Tandem iudices adhortatur, ut Milonis causam tueantur, neque eum iudicio periclitari sinant, qui sua virtute iudicia semper defenderit.

Praeiudicii Confutatio (IV): Cum palam iactaretur a Clodianis damnandum esse Milonem, qui Clodium se occidisse ultro fateretur, huic opinioni occurrit orator:

Quod Clodium, sui defendendi causa, Milo interfecerit, nullum idcirco crimen commisit, nam;

a) complurimi cives extiterunt qui homines *iure* necarunt;

b) ex ipso iure naturali licet alterum occidere, *vitae tuendae causa*, ut aperte colligitur ex exemplo illius tribuni militum qui ab adulescente, cui vim afferebat, iure interfectus est;

c) ipsum porro naturae ius *vim vi repellere* permittit, ut patet ex comitatu et gladiis quibus cincti iter facere solemus: «quos habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret».

Constitutio causae (XI)

Ergo, non agitur de *facto (mors Clodii)*, quod omnes recognoscunt et ipse quoque Milo sua sponte confitetur, sed *de iure*. Quaeritur, igitur, utrum *iure* an *iniuria* occisus sit Clodius. Quod ut compertum exploratumque iudicibus sit, iis pervestigandum est *uter utri insidias fecerit.*

Iam vero, ex ipsis quae in morte Clodii acta sunt, plane manifestum est *insidiatorem fuisse Clodium.*

Narratio (IX-X)

Cum in votis Clodio esset rempublicam labefactare, neque id consequi posset, nisi integrum plenumque annum haberet ad praeturam gerendam, transtulit suum tempus, quod exiguum admodum sibi videbatur, in annum insequentem. Deinde, cum intellexisset mancam ac debilem fore praeturam suam, consule Milone, eum a consulatu removendum curavit. Quod cum impedire non posset, eum interficere cogitavit. Coepit itaque palam dictitare occidendum esse Milonem; quin etiam Favonio significavit triduo illum aut summum quatriduo periturum.

Cum, vero, de Milonis profectione atque itinere certior factus esset, obviam ei exivit cum magno comitatu servorum ad pugnam expeditorum. Qui, locum nacti ad insidias idoneum, Milonianos adoriri coeperunt. Milo, autem, quamquam imparatus in Clodianos inciderat, eorum tamen impetum ex superiore loco factum sustinuit.

Hic, vero, servi Milonis, cum herum interfectum putarent, turmatim in Clodianos irruunt, et aliis caesis, aliis in fugam coniectis, Clodium pugionibus confodiunt, «nec imperante, nec sciente, nec praesente domino».

Propositio et Divisio

Duas complectitur oratio partes:

I. pars: *Iure a Milone occisus est Clodius.*

II. pars: *Gloriosum Miloni fuit Clodium interfecisse.*

A) **Orationis pars prima:** *Iure a Milone occisus est Clodius,* quia Clodius *insidias Miloni struxit.* Patet, autem, Clodium fuisse insidiatorem:

1.° — *Ex utilitate* quam maximam Clodius percipere poterat ex morte Milonis. Etenim:

a) Praeturam solute gerere poterat;

b) Mortuo Milone, alii designarentur consules, quibus conniventibus rempublicam libere vexaret.

N. B. — Miloni, contra, utilius erat Clodium vivere, quia consul certo futurus summa cum laude Clodii furores fregisset, quo mortuo non potuit.

2.° — *Ex odio:* Milo non oderat Clodium, nisi communi odio: quid enim odisset materiem ac segetem suae gloriae!

At Clodius oderat Milonem, quia defensor Ciceronis fuit, quia domitor armorum, quia suus accusator fuerat.

Adde quod consuetudo Clodii perpetua in vi inferenda, Milonis tantum in repellenda patefacta est.

3.° — *Ex diligentia* Clodii in insidiis comparandis. Nam:

a) Milonis mortem palam praedixerat; ex Milone, vero, nihil unquam auditum est.

b) Dies profectionis Milonis Clodio erat notus; reditus Clodii Miloni ignotus; huius iter necessarium; iter Clodii potius alienum, cum satis causae esset cur Romae remaneret ut seditiosam suam concionem sedaret.

B) **Orationis pars altera:** *Gloriosum Miloni fuit Clodium interfecisse.* Etenim:

1.° — Clodius perniciosus et sceleratus civis fuit: quare Milo absolvendus foret, etiamsi non sui defendendi causa Clodium occidisset. Et re quidem vera, non modo impune, sed etiam gloriose a viris fortibus interfecti sunt cives qui rempublicam perturbarunt, ut exemplis bene multis constat: Clodium vero perniciosum esse civem, extrema omnia reipublicae molientem, longa scelerum enumeratione ostendit orator.

2.° — Mors Clodii universae civitati laetitiam attulit: non ergo debet poena affici ille per quem omnes laetantur. Gaudio efferuntur omnes, cum sentiant se posse iis perfrui bonis, quibus, vivo Clodio, nunquam fruerentur. Adeo ut, si iudices et ipse quoque Pompeius Clodium ab inferis revocare possent, id tamen nunquam vellent.

Itaque praemiis, non poena, Milo afficiendus est, quemadmodum Graeci fecerunt, qui huiusmodi viris honores deorum tribuerunt.

Iam vero, si respublica ingrata esset, sua nihilominus conscientia Milo niteretur.

3.° — Mors Clodii non sine singulari deorum providentia contigit. Nam:

a) Nihil in hoc terrarum orbe fit, quin deorum numine dirigatur. Ergo et ipsa mors Clodii.

b) Supremum diem obiit Clodius ante sacrarium Bonae Deae, quod antea violarat.

c) Nulli eius satellites eius sepulturae interfuerunt.

Difficultatum solutio

1.° — Si Clodius insidias fecit, cur victus est?

R. Imprimis, quia non semper ille occiditur, cuius vita impetitur; interdum etiam latro a viatore necatur. Accedit quod Clodius prae imbecillitate, imperitia et ebrietate sese defendere vix poterat.

2.° — Cur servos manumisit Milo? Forte, obiciebant adversarii, ne ab eis accusaretur.

R. Nihil erat cur Milo servorum confessionem pertimesceret, cum ipsemet sua sponte factum confiteretur.

Servos tamen in libertatem vindicandos censuit, ut eos praemiis condonaret, qui pro se strenue dimicarant.

Peroratio: Iudicum misericordiam elicere conatur Cicero:

1.° — *Ex persona Milonis,* cuius constantia et animi

fortitudo animos pellere debebat, eosque ad ignoscendum inflectere potissimum poterat.

Iudices hortatur ut Milonis merita prae oculis habeant, qui cum patriam optimis semper officiis prosecutus sit, etiamnum nihil aliud exoptat quam eius salutem, vel cum ipsius periculo.

2.° — *Ex sua persona:* etenim:

a) Carissimum sibi virum, non inimici, sed amicissimi eripiunt;

b) Miserabile est illum se non defendere, pro quo omnia fecerit, paratus pro eo extrema pati.

c) Luctuosissimum sibi ac suis est eum se non posse in patria conservare, per quem in patriam sit ipse restitutus.

d) Admonet tandem iudices ne illum virum eiciant, quem expulsum omnes civitates ad se vocabunt.

57. Exordium

I. Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo [1] viro dicere incipientem [2] timere, minimeque deceat, cum T. Annius ipse magis de rei publicae salute [3] quam de sua perturbetur, me ad eius causam parem animi magnitudinem [4] afferre non posse, tamen haec novi iudicii [5] nova forma [6] terret oculos, qui quocumque inciderunt, consuetudinem fori [7] et pristinum morem [8] iudiciorum requirunt.

2. Non enim corona [9] consessus vester [10] cinctus est, ut solebat; non usitata frequentia [11] stipati sumus; non illa praesidia [12], quae pro templis [13] omnibus cernitis, etsi contra vim collocata sunt, non [14] afferunt tamen aliquid, ut in foro et in iudicio, quanquam praesidiis salutaribus et necessariis saepti sumus, tamen ne non timere quidem sine aliquo timore possimus. Quae si opposita Miloni putarem, cederem tempori [15], iudices, nec inter tantam vim armorum existimarem esse orationi locum. Sed me recreat et reficit Cn. Pompei, sapientissimi et iustissimi viri, consilium [16], qui profecto nec iustitiae suae putaret esse, quem reum sententiis iudicum tradidisset, eumdem telis militum dedere, nec sapientiae, temeritatem concitatae [17] multitudinis auctoritate publica armare.

3. Quamobrem illa arma, centuriones [18], cohortes

---

57. 1. **Fortissimo,** *tão valente.*

2. **Dicere incipientem,** *no começo do meu discurso.*

3. **De reipublicae salute,** *com o bem do Estado.*

4. **Animi magnitudinem,** *coragem.*

5. **Novi iudicii,** *deste tribunal extraordinário.* Pompeu substituira o *júri ordinário* por um *júri extraordinário* composto por juízes tirados à sorte entre 300 cidadãos por ele mesmo apresentados. O número de advogados foi também limitado por Pompeu. Cícero foi o único defensor oficial ou *advogado (orator)* no processo de Milão. Os causadores eram três: Ápio Cláudio, sobrinho de Clódio, M. António e P. Valério Nepos. Pompeu limitara também a duração do debate e o direito de apelação; e ordenou que a pena fosse o *exílio perpétuo.* Pràticamente, fez tudo quanto pôde para condenar Milão, cuja influência em Roma, paralela à de César nas Gálias, lhe infundia temor e constituía permanente ameaça às suas ambições políticas.

6. **Nova forma,** *aparato desusado.* Pompeu dispusera ali um destacamento de soldados, e ele mesmo se colocara a distância escoltado por forte pelotão de guardas armados.

7. **Consuetudinem fori,** *o aspecto ordinário, o estado normal do foro.* O Foro romano era uma vasta praça entre o Capitólio e o monte Palatino. A princípio, era a *praça do mercado.* Com o decorrer do tempo, tornou-se o centro da vida social e política dos Romanos. Rodeado de templos e dos melhores edifícios, nele passaram a ser tratados os principais assuntos do Estado. Lá estava a tribuna *(rostra)* onde arengavam os oradores.

8. **Pristinum morem,** *os antigos costumes.* — **Iudiciorum,** *judiciários.*

9. **Corona,** *círculo.* O público costumava aglomerar-se em forma de círculo à volta das cadeiras dos juízes.

10. **Consessus vester,** *a vossa reunião.*

11. **Usitata frequentia,** *pelo numeroso auditório do costume.*

12. **Præsidia,** *guarnições.*

13. **Pro templis,** *diante dos templos.*

14. **Non afferunt aliquid... ne non timere... possimus,** *fazem com que não possamos estar tranquilos.*

15. **Tempori,** *à necessidade do momento.*

16. **Consilium,** *intenção.*

17. **Concitatus,** *amotinado, alvorotado.*

18. **Centuriones,** *centuriões:* comandantes militares que tinham às suas ordens cem homens. — **Cohors,** *coorte:* era a décima parte da legião, a qual costumava ter um contingente de cinco ou seis mil soldados.

non periculum nobis, sed praesidium [19] denuntiant, neque solum ut quieto, sed etiam ut magno animo simus hortantur, neque auxilium modo defensioni meae, verum etiam silentium pollicentur. Reliqua vero multitudo, quae quidem est civium [20], tota nostra est, neque eorum quisquam, quos undique intuentes, unde aliqua fori pars adspici potest, et huius exitum [21] iudicii exspectantes videtis, non cum virtuti Milonis favet [22], tum de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari [23] putat.

II. Unum genus [24] est adversum infestumque [25] nobis, eorum quos P. Clodii furor rapinis et incendiis et omnibus exitiis [26] publicis pavit [27]; qui hesterna etiam concione [28] incitati sunt, ut vobis voce praeirent [29] quid iudicaretis. Quorum clamor si qui forte fuerit, admonere vos debebit, ut eum civem retineatis, qui semper genus illud hominum clamoresque maximos prae vestra salute neglexit.

4. Quamobrem adeste animis [30], iudices, et timorem, si quem habetis, deponite. Nam, si umquam de bonis [31] et fortibus viris, si unquam de bene meritis civibus potestas vobis iudicandi fuit, si denique unquam locus amplissimorum ordinum [32] delectis viris datus est,

19. **Præsidium,** *defesa, proteção.*
20. **Civium,** *dos verdadeiros cidadãos:* por oposição aos gladiadores, aos escravos e restante camarilha de Clódio.
21. **Exitum iudicii,** *o resultado deste julgamento.*
22. **Cum... favet,** *ao mostrar a sua simpatia.*
23. **Decertari,** *estar em jogo.*
24. **Genus,** *categoria.*
25. **Infestus** é mais forte do que **adversus.**
26. **Omnibus exitiis,** *com toda a espécie de desastres.*
27. **Pavit** (de *pasco*), *alimentou, apascentou:* termo expressivo.
28. **Concio,** *assembleia do povo, discurso, arenga.*
29. **Praeire,** *ditar com seus gritos.*
30. **Adeste animis,** *tende coragem, guardai sangue frio.*
31. **De bonis et fortibus viris,** *homens de bem e de valor.*
32. **Amplissimus ordo,** *a classe mais importante:* refere-se, sobretudo, à classe senatória. Segundo a *lex Aurelia de iudiciis,* os juízes eram tirados à sorte entre os cidadãos inscritos no *Album iudicum* que compreendia

ut sua studia [33] erga fortes et bonos cives, quae vultu et verbis saepe significassent, re et sententiis declararent, hoc profecto tempore eam potestatem omnem vos habetis, ut statuatis, utrum nos, qui semper vestrae auctoritati dediti [34] fuimus, semper miseri lugeamus, an, diu vexati a perditissimis civibus, aliquando per vos ac per vestram fidem virtutem sapientiamque recreemur.

5. Quid enim nobis duobus [35], iudices, laboriosius [36], quid magis sollicitum, magis exercitum dici aut fingi [37] potest, qui spe amplissimorum praemiorum ad rem publicam adducti, metu crudelissimorum suppliciorum [38] carere non possumus? Equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus concionum semper putavi Miloni esse subeundas, quia semper pro bonis [39] contra improbos senserat; in iudicio vero et in eo consilio, in quo ex cunctis ordinibus [40] amplissimi [41] viri iudicarent, nunquam existimavi spem ullam esse habituros Milonis inimicos ad eius non modo salutem exstinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam.

58. Narratio

24. P. Clodius cum statuisset omni scelere in

as três classes superiores de cidadãos: 1.ª *senadores;* 2.ª *cavaleiros* (equites); 3.ª *Plebeus,* recebedores dos tributos (*tribuni aerarii*).
33. **Studium,** *simpatia.*
34. **Dediti fuimus,** *nos dedicámos.*
35. **Duobus:** a Cícero e a Milão.
36. **Laboriosus.** *doloroso.* — **sollicitus,** *inquietante.* — **exercitus,** *penoso, torturante.*
37. **Fingi,** *imaginar.*
38. **Crudelissimorum suppliciorum:** alude ao desterro. Expressão bastante exagerada.
39. **Sentire pro bonis,** *sentir com os bons.*
40. **Ex cunctis ordinibus,** *de todas as classes,* i. é, dos senadores, dos cavaleiros e dos *tribuni aerarii.*
41. **Amplissimi viri,** *os representantes mais notáveis.*
58. 1. **Prætura:** as três grandes magistraturas políticas de Roma eram: o *consulado,* a *pretura* e o *edilado.* O *pretor* estava encarregado de administrar a justiça em Roma.
A princípio era um só; mais tarde eram dezoito, e confiavam-lhes o governo das províncias romanas.

praetura[1] vexare rem publicam, videretque ita tracta esse comitia anno superiore[3], ut non multos menses[4] praeturam gerere posset, qui[5] non honoris gradum[6] spectaret, ut ceteri, sed et L. Paulum[7] collegam effugere vellet, singulari virtute civem, et annum integrum ad dilacerandam rem publicam quaereret, subito reliquit annum suum[8] seseque in annum proximum transtulit, non, ut fit, religione aliqua[9], sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad praeturam gerendam, hoc est ad evertendam rem publicam, plenum annum atque integrum.

25. Occurrebat ei mancam ac debilem praeturam futuram suam consule Milone; eum porro summo consensu populi Romani consulem fieri videbat. Contulit se[10] ad eius competitores[11], sed ita, totam ut petitionem[12] ipse solus, etiam invitis illis, gubernaret, tota ut comitia suis, ut dictitabat, humeris sustineret. Con-

---

2. **Tracta,** *retardados, adiados.* — **Comitia:** os *comícios* (de *com-ire*) eram as reuniões em que o povo emitia os seus votos. Havia três espécies: *comícios* por *cúria* (*curiata*), *comícios* por *centúria* (*centuriata*) e *comícios* por *tribos* (*tributa*). Aqui trata-se dos comícios por *centúria*. À aprovação dos comícios eram submetidos, entre outros assuntos, o da eleição dos magistrados e o da legislação e jurisdição criminal em casos graves.

3. **Anno superiore,** *no ano anterior.*

4. **Non multos menses:** seis meses: Julho-Dezembro.

5. **Qui... spectaret,** *ele que não visava.*

6. **Honoris gradum:** no *cursus honorum* romano, a pretura era o último degrau antes do consulado.

7. **L. Paulum:** defensor dos *Optimates* e inimigo de César. Foi pretor em 53 a. C. e cônsul em 50.

8. **Annum suum:** o de 53 a. C., ano em que devia exercer a pretura. Em virtude da lei *Villia Annalis*, entre magistratura e magistratura devia haver o intervalo de dois anos. Como Clódio tinha sido edil em 56, a lei autorizava-o a candidatar-se para *pretor* em 53 (*annus suus*).

9. **Religione aliqua,** *por algum escrúpulo religioso.* Tais escrúpulos sobrevinham quando os auspícios tinham sido desfavoráveis.

10. **Contulit se,** *pôs-se ao lado.*

11. **Competitores,** *rivais:* eram Milão, P. Plâncio Hipseu e Q. Metelo Cipião.

12. **Petitio,** *candidatura.*

vocabat tribus, se interponebat[13], Collinam novam[14] dilectu perditissimorum civium conscribebat[15]. Quanto ille plura miscebat, tanto hic[16] magis in dies convalescebat. Ubi vidit homo[17] ad omne facinus[18] paratissimus fortissimum virum, inimicissimum suum certissimum consulem, idque intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis[19] populi Romani saepe esse declaratum, palam agere[20] coepit et aperte dicere occidendum Milonem.

26. Servos agrestes[21] et barbaros, quibus silvas publicas[22] depopulatus erat Etruriamque vexarat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis. Res[23] erat minime obscura. Etenim palam dictitabat consulatum Miloni eripi non posse, vitam posse. Significavit[24] hoc saepe in senatu, dixit in concione; quin etiam M.Favonio[25], fortissimo viro, quaerenti ex eo qua spe fureret[26] Milone vivo, respondit triduo illum aut summum quatriduo esse periturum; quam vocem eius ad hunc M. Catonem statim Favonius detulit.

27. Interim cum sciret Clodius (neque enim erat difficile scire) iter solemne[27], legitimum[28], necessarium

---

13. **Se interponebat,** *intervinha entre* (os eleitores e os candidatos).

14. **Collinam novam,** *uma espécie de tribo Colina.* A tribo Colina era um dos distritos de Roma de pior reputação.

15. **Conscribebat,** *alistava, organizava.*

16. **Hic** refere-se a Milão.

17. **Homo,** *aquele indivíduo:* sentido despiciente.

18. **Facinus,** *crime: facinus* indica uma acção *boa* ou *má*, mas geralmente *má*.

19. **Suffragium** (de *sub-frango*), *voto.*

20. **Palam agere,** *a tramar abertamente.*

21. **Agrestis,** *do campo, inculto, selvagem.*

22. **Silvas publicas,** *os bosques do Estado.*

23. **Res,** *a intenção, a trama.*

24. **Significavit,** *insinuou-o* (no senado, onde Milão tinha muitos partidários); **dixit,** *afirmou-o* (na reunião do Foro ou do campo de Marte, diante da sua camarilha).

25. **M. Favonius:** amigo de Catão.

26. **Qua spe fureret:** como esperava levar a cabo a revolução.

27. **Sollemnis** (de *sollus* = *totus annus*), *que se realiza todos os anos em data fixa anual.*

28. **Legitimus,** *exigido pela lei, legal.*

ante diem XIII Kalendas Februarias [29] Miloni esse Lanuvium [30], ad flaminem [31] prodendum, quod erat dictator [32] Lanuvi Milo, Roma subito ipse profectus pridie est, ut ante suum fundum [33], quod re [34] intellectum est, Miloni insidias collocaret, atque ita profectus est, ut concionem turbulentam [35], in qua eius furor desideratus est, quae illo ipso die habita est, relinqueret; quam, nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, nunquam reliquisset.

28. Milo autem cum in senatu fuisset eo die quoad senatus est dimissus, domum venit; calceos [36] et vestimenta [37] mutavit; paulisper, dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est; dein profectus id temporis [38], cum iam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset. Obviam fit ei Clodius expeditus [39], in equo, nulla raeda [40], nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus [41], ut solebat, sine uxore [42], quod nunquam fere, cum hic insidiator [43], qui iter illud ad caedem faciendam apparasset, cum uxore veheretur in raeda, paenulatus, magno et impedito et muliebri ac delicato ancillarum [44] puerorumque comitatu.

29. Fit obviam Clodio ante fundum eius hora fere undecima [45] aut non multo secus [46]. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum, adversi [47] raedarium occidunt. Cum autem hic de raeda, reiecta paenula, desiluisset seque acri animo defenderet, illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis, partim recurrere ad raedam, ut a tergo Milonem adorirentur, partim, quod hunc iam interfectum putarent, caedere incipiunt eius servos, qui post [48] erant; ex quibus qui animo fideli in dominum et praesenti [49] fuerunt, partim occisi sunt [50], partim, cum ad raedam pugnari viderent, domino succurrere prohiberentur, Milonem occisum et ex ipso Clodio audirent et re vera putarent, fecerunt id servi Milonis (dicam enim aperte, non derivandi criminis causa, sed ut factum est), nec imperante [51]

29. **Ante diem XIII K. F.**, *no dia 18 de Janeiro.* O mês de Janeiro só tinha 19 dias. Sobre o Calendário romano *Vid. Gram. Lat.* N. 310-315.

30. **Lanuvium,** cidade italiana a 30 kil. a SE. de Roma, à direita da *Via Appia.*

31. **Flamen** (de *flare*, soprar), *o que acende o fogo, flâmine*: sacerdote encarregado do culto duma divindade particular. Trata-se do Sumo Sacerdote de Juno Sóspita, divindade principal de Lanúvio. O seu distintivo era um barrete alto, coroado por um ramo de oliveira. — **Prodere,** *nomear.*

32. **Dictator,** *chefe supremo.* Milão era natural de Lanúvio e, como governador da cidade, presidia à eleição do flâmine.

33. **Fundus,** *propriedade, herdade, casa de campo.* — **Suus** refere-se a Clódio.

34. **Quod re...** *Como de facto se veio a demonstrar.*

35. **Concio turbulenta,** *motim revolucionário, assembleia tumultuosa.*

36. **Calceos:** o *calçado* próprio dos senadores, alto e elegante, de coiro negro. Em vez de *calceus*, calçou as *soleas* ou sandálias que cobriam apenas a planta do pé.

37. **Vestimenta,** *roupa*: tirou a toga e a túnica e vestiu a *paenula*, capote de viagem ou para tempo chuvoso: podia ser de lã ou de coiro; tinha duas aberturas para enfiar os braços, como nas casulas, e, por vezes, um capuz (*cucullus*). Era pesado e incómodo.

38. **Id temporis,** *à hora em que* (Gram. N. 368).

39. **Expeditus** (de *ex-pes*), *desembaraçado, livre de dificuldades.*

40. **Ræda** (ou *reda* ou *rheda*), carruagem de quatro rodas, própria para viagens.

41. **Comites:** os grandes senhores de Roma faziam-se acompanhar de imponente cortejo de escravos, filósofos, artistas, músicos e retóricos.

42. **Sine uxore:** refere-se a Fúlvia, mais tarde esposa de António. Diz-se que, para vingar o marido atacado por Cícero, depois do assassinato deste, se divertiu a picar-lhe a língua com um alfinete.

43. **Hic insidiator;** irónico.

44. **Ancillarum...** Note-se o silêncio do orador sobre os 300 gladiadores que escoltavam Milão.

45. **Hora undecima:** a partir do nascer do sol, isto é, aí pelas 5 h. da tarde. Provàvelmente foi, segundo o relato de Ascónio, *circa horam nonam* (aí pelas 2,30 da tarde). Assim se explica que o cadáver de Clódio pudesse entrar em Roma *ante primam noctis horam* (pelas 6,30 da tarde). Cícero procura hàbilmente atrasar a hora do atentado.

46. **Non multo secus,** *pouco mais ou menos.*

47. **Adversi,** *pela frente.*

48. **Post,** *por trás, na rectaguarda.*

49. **Animo praesenti,** *valentes.*

50. **Partim occisi sunt:** segundo os acusadores, apenas houve dois feridos no partido de Milão.

51. **Nec imperante...** Cícero procura iludir o ponto crucial da questão com esta frase vaga e imprecisa, que não voltará sequer a repetir...

nec sciente nec praesente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.

59. Constitutio causae

XI. Haec sicut exposui, ita gesta sunt, iudices: insidiator superatus est, vi victa vis, vel potius oppressa virtute audacia est. Nihil dico, quid respublica consecuta sit; nihil quid vos; nihil quid omnes boni: nihil sane id prosit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se quidem servare potuerit, quin una rempublicam vosque servaret. Si id iure fieri non potuit, nihil habeo, quod defendam. Sin hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus, et feris natura ipsa praescripsit, ut omnem semper vim, quacumque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua propulsarent; non potestis hoc facinus improbum iudicare, quin simul iudicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis, aut vestris sententiis esse pereundum.

31. Quod si ita putasset, certe optabilius [1] Miloni fuit dare iugulum [2] P. Clodio, non semel ab illo, neque tum primum petitum, quam iugulari a vobis, quia se non iugulandum illi tradidisset. Sin hoc nemo vestrum ita sentit, non illud iam in iudicium venit [3], occisusne sit, quod fatemur; sed iure an iniuria [4], quod multis in causis saepe quaesitum est. Insidias factas esse constat; et id est, quod senatus contra rempublicam factum iudicavit: ab utro factae sint, incertum est. De hoc igitur, latum est, ut quaereretur. Ita et senatus rem, non hominem, notavit [5]; et Pompeius de iure, non de facto, quaestionem tulit. Numquid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit [6]? Profecto nihil. Si hic illi, ut ne sit impune; si ille huic, ut scelere solvamur.

---

59. 1. **Optabilius fuit,** *teria preferido.*

2. **Iugulum** (de *iungere*), *pescoço, garganta.*

3. **In iudicinm venit,** *é objecto do processo.*

4. **Iure an iniuria,** *se justa ou injustamente.*

5. **Notare,** *fazer notar, condenar, censurar.*

6. **Uter utri insidias fecerit,** *qual dos dois armou ciladas ao outro.*

60. Confirmatio

XII. 32. Quonam igitur pacto probari potest, insidias Miloni fecisse Clodium? Satis est in illa quidem tam audaci, tam nefaria belua, docere, magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum [1], *Cui bono fuerit* [2], in his personis valeat: etsi boni nullo emolumento [3] impelluntur in fraudem, improbi saepe parvo. Atqui, Milone interfecto, Clodius hoc assequebatur, non modo ut praetor esset, non eo consule, quo sceleris nihil facere posset, sed etiam ut iis [4] consulibus praetor esset, quibus si non adiuvantibus, at conniventibus [5] certe, speraret, se posse eludere [6] in illis suis cogitatis furoribus [7]; cuius illi conatus, ut ille ratiocinabatur, nec, si possent, reprimere cuperent, cum tantum beneficium [8] ei se debere arbitrarentur; et, si vellent, fortasse vix possent frangere hominis sceleratissimi corroboratam iam vetustate audaciam.

33. An vero, iudices, vos soli ignoratis, vos hospites [9] in hac urbe versamini, vestrae peregrinantur [10] aures, neque in hoc pervagato [11] civitatis sermone ver-

---

60. 1. **Illud Cassianum,** *aquele dito de Cácio.* Cácio Longino fora cônsul em 127 a. C.. Como juiz, tornou-se tão temível, que a frase *«Cassianus iudex»* passou a provérbio com o sentido de *«juiz severo»*.

2. **Cui bono fuerit,** *para quem era mais vantajoso* (o crime). Para descobrir o criminoso, ordenava o famoso jurisconsulto que se indagasse de que lado havia mais vantagem em perpetrar o crime.

3. **Emolumentum** (de *emolo*), *lucro de moleiro, lucro.*

4. **Iis consulibus:** Hipseu e Metelo.

5. **Conniventibus** (de *con-niveo*), *fechar os olhos, ser conivente.*

6. **Eludere,** *entregar-se livremente.*

7. **Cogitatis furoribus,** *aos seus planos revolucionários.*

8. **Tantum beneficium:** Clódio empenhara-se durante a campanha eleitoral, em que triunfassem os rivais de Milão.

9. **Hospites,** *estrangeiro:* **hospes** pode significar o *hóspede* ou o *que hospeda* (hospedeiro).

10. **Peregrinari,** *viajar pelo estrangeiro.*

11. **Pervagatus,** *divulgado, espalhado.*

santur, quas ille leges, si leges nominandae sunt, ac non faces [12] urbis, pestes reipublicae, fuerit impositurus nobis omnibus atque inusturus [13]? Exhibe, quaeso, Sexte Clodi [14], exhibe librarium [15] illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse [16] e domo, et ex mediis armis turbaque nocturna tanquam Palladium [17] extulisse, ut praeclarum videlicet [18] munus atque instrumentum tribunatus ad aliquem, si nactus esses, qui tuo arbitrio tribunatum [19] gereret, deferre posses. Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cum omnibus omnia minabatur. Movet me quippe [20] lumen curiae [21].

XIII. Quid? tu me tibi iratum, Sexte, putas, cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meae postulare? Tu P. Clodii cruentum [22] cadáver eiecisti domo [23], tu in publicum abiecisti [24], tu spoliatum [25] imaginibus, exsequiis [26], pompa, laudatione [27], infelicissimis [28] lignis semiustulatum [29] nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Quare, etsi nefarie fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam, laudare non possum, irasci certe non debeo [30]...

34. Audistis, iudices, quantum Clodii interfuerit occidi Milonem; convertite animos nunc vicissim ad Milonem. Quid Milonis intererat interfici Clodium? quid erat, cur Milo non dicam admitteret, sed optaret? Obstabat in spe consulatus Miloni Clodius. — At, eo repugnante fiebat, immo vero eo fiebat magis; nec me suffragatore [31] meliore utebatur, quam Clodio. Valebat apud vos, iudices, Milonis erga me remque publicam meritorum memoria, valebant preces et lacrimae nostrae, quibus ego tum [32] vos mirifice moveri sentiebam; sed plus multo valebat periculorum impendentium timor. Quis enim erat civium, qui sibi solutam [33] P. Clodii praeturam sine maximo rerum novarum metu proponeret? Solutam autem fore videbatis, nisi esset is consul [34], qui eam auderet possetque constringere. Eum Milonem unum esse, cum sentiret universus populus Romanus, quis dubitaret suffragio suo, se metu, periculo rempublicam liberare? At nunc, Clodio remoto, usitatis iam

---

12. **Faces,** *fachos incendiários.*
13. **Inuro,** *marcar com ferro candente.*
14. **Sextus Clodius:** era o secretário e o agente principal de Clódio.
15. **Librarium,** *carteira para papéis, código.*
16. **Eripuisse:** Depois do assassinato de Clódio a 19 de Janeiro, Sexto Clódio sonegou da casa do morto os documentos que podiam comprometê-los.
17. **Palladium:** alusão irónica à estátua de *Pallas* ou *Palladium* que, segundo refere a lenda, protegia Tróia e foi por Eneias salva das chamas. Conservava-se em Roma, no templo de Vesta até que L. Cecílio Metelo a salvou, de novo, de outro incêndio em 250 a. C.
18. **Videlicet,** *sem dúvida, evidentemente.* Ironia.
19. **Tribunatus:** os *tribunos da plebe* tinham por missão defender os direitos do povo. As decisões do senado não tinham força de lei sem a aprovação unânime dos tribunos da plebe. A princípio eram só dois; mais tarde atingiram o número de dez.
20. **Quippe,** *naturalmente, se calhar.* Ironia.
21. **Lumen curiae:** jogo de palavras alusivas ao incêndio do senado pelos partidários de Clódio sob a chefia de Sexto Clódio. Por ironia, chama a Sexto Clódio *«glória do senado».* — **Curia** era o edifício onde o Senado se reunia para as suas deliberações. Daí, *cúria, senado.*
22. **Cruentum,** *banhado no próprio sangue.* Era costume lavar e perfumar os cadáveres; mas a Clódio não fizeram isso.
23. **Eiecisti domo:** em vez de o expor dignamente em sua casa.
24. **In publicum abiecisti:** para ser queimado diante do senado.
25. **Spoliatum imaginibus:** nos funerais romanos era costume colocar imagens representativas dos antepassados, moldados em pequenas máscaras mortuárias de cera.
26. **Exsequiae** (de *ex-sequor*), *funerais.*
27. **Laudatio,** *elogio fúnebre* que um dos parentes pronunciava no foro.
28. **Infelix,** *funesto:* diz-se das árvores que não dão fruto.
29. **Semiustulatus,** *meio queimado.*
30. **Non debeo:** Depois de *debeo,* há uma lacuna nos manuscritos.
31. **Suffragator,** *o que dá voto,* propagandista de um candidato nas eleições.
32. **Tum:** quando Cícero apoiava, como propagandista, a candidatura de Milão.
33. **Solutus,** *sem peias, livre, solto.*
34. **Is consul:** o cônsul, como superior ao pretor, impediria qualquer excesso deste.

rebus [35] enitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam. Singularis illa et huic uni concessa gloria, quae quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, iam Clodii morte cecidit. Vos adepti estis, ne quem civem metueretis; hic exercitationem [36] virtutis suffragationem [37] consulatus, fontem perennem [38] gloriae suae perdidit. Itaque Milonis consulatus, qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari [39] coeptus est. Non modo igitur nihil prodest, sed obest etiam Clodii mors Miloni.

35. At valuit odium [40], fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriae, punitor [41] doloris sui. — Quid? si haec, non dico maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? Quid enim odisset Clodium Milo, segetem [42] ac materiam suae gloriae, praeter [43] hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Ille erat ut [44] odisset, primum defensorem [45] salutis meae; deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum; postremo etiam accusatorem [46] suum: reus [47] enim Milonis lege Plotia [48] fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum illum tulisse creditis? quantum odium illius, et in homine iniusto, quam etiam iustum fuisse?

35. **Usitatis rebus,** *nos recursos ordinários*, isto é na distribuição de dinheiro, nas visitas e promessas dos candidatos.
36. **Exercitatio,** *meio de exercitar.*
37. **Suffragatio,** *votação.*
38. **Perennis** (de *per-annus*), *que dura sempre, perene.*
39. **Tentari** (ou *temptari*), *a ser abalado*: como um muro que se desmorona.
40. **At valuit odium:** *mas cegou-o o ódio*: Cícero introduz uma objecção.
41. **Punitor,** *vingador.*
42. **Seges,** *seara, terra lavrada ou semeada, colheita.*
43. **Praeter,** *a não ser com.*
44. **Ille erat ut,** *tinha motivo para.*
45. **Defensorem:** Milão fora quem conseguira que Cícero voltasse do exílio. — **salus,** *vida.*
46. **Accusatorem:** Milão, como tribuno, em 57 a. C. acusou por duas vezes Clódio *de vi*. Clódio, porém, logrou ser absolvido.
47. **Reus,** *acusado.*
48. **Lege Plotia,** *em virtude da lei Plócia.* Esta lei fora promulgada em 78 contra as violências (*de vi*) pelo tribuno M. Plócio Silano.

44. Sed quid [49] ego argumentor? quid plura disputo? Te, Q. Petili [50], appello, optimum et fortissimum civem: te, M. Cato [51], testor, quos mihi divina quaedam sors [52] dedit iudices. Vos ex M. Favonio audistis, Clodium sibi dixisse, et audistis, vivo Clodio, periturum Milonem triduo; post diem tertium gesta res est, quam dixerat. Cum ille non dubitarit aperire, quid cogitaret, vos potestis dubitare quid fecerit?

XVII. 45. Quemadmodum igitur eum dies non fefellit? — Dixi equidem modo. Dictatoris Lanuvini stata sacrificia nosse, negotii nihil erat. Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuvium illo ipso, quo profectus est, die: itaque antevertit [53]. At quo die? quo, ut ante dixi, insanissima contio ab ipsius mercenario [54] tribuno [55] plebis est concitata: quem diem ille, quam contionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret [56], nunquam reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi: Miloni nulla facultas manendi, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. Quid, si, ut ille scivit, Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit?

46. Primum quaero, qui [57] scire potuerit? quod vos idem in Clodio [58] quaerere non potestis. Ut enim neminem alium, nisi T. Patinam [59], familiarissimum

49. **Sed quid**, *mas para que.*
50. **Q. Petilius:** nada se sabe deste personagem.
51. **Cato:** Catão de Útica (95-46 a. C.). Defendeu a liberdade contra César, viveu como estóico e, depois da derrota de Tapso na África, trespassou o peito com uma espada. Conta-se, que, para se animar ao suicídio, lera à luz de uma vela o *Fédon* de Platão sobre a imortalidade da alma. Era juiz no julgamento de Milão.
52. **Sors:** os juízes eram tirados à sorte. — **Divina:** porque essa sorte era tida como revelação dos deuses.
53. **Anteverto,** *antecipar, adiantar-se.*
54. **Mercenarius** (de *merces*), *jornaleiro, assalariado, mercenário.*
55. **Tribuno:** Trata-se de Q. Pompeu Rufo.
56. **Approperaret,** *se apressasse.*
57. **Qui,** *como.*
58. **In Clodio,** *tratando-se de Clódio.*
59. **T. Patina:** desconhecido.

suum, rogasset, scire potuit, illo ipso die Lanuvii a dictatore Milone prodi flaminem necesse esse. Sed erant permulti alii, ex quibus id facillime scire posset: omnes scilicet Lanuvini. Milo de Clodii reditu unde quaesivit? Quaesierit sane: videte, quid vobis largiar [60] servum etiam, ut Q. Arrius [61], meus amicus, dixit, corruperit. Legite testimonia testium vestrorum. Dixit C. Cassinius Schola [62] Interamnus [63], familiarissimus et idem comes P. Clodii, cuius iam pridem testimonio Clodius eadem hora Interamnae fuerat et Romae, P. Clodium illo die in Albano [64] mansurum fuisse: sed subito ei esse nuntiatum, Cyrum [65] architectum esse mortuum; itaque Romam repente constituisse proficisci. Dixit hoc comes item P. Clodii, C. Clodius [66].

XVIII. 47. Videte, iudices, quantae res [67] his testimoniis sint confectae. Primum certe liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur in via Clodio: quippe [68] qui ei obvius futurus omnino non erat. Deinde (non enim video, cur non meum quoque agam negotium) [69] scitis, iudices, fuisse, qui in hac rogatione [70] suadenda dicerent, Milonis manu caedem esse factam,

---

60. **Largiri** (de *largus*), *dar com abundância, fazer generosa concessão.*
61. **Q. Arrius:** um amigo de Cícero que o cita várias vezes.
62. **C. Cassinius Schola,** C. *Cassínio Escola:* era grande amigo de Clódio, o qual afirmara falsamente ter passado a noite em casa dele no célebre escândalo dos *mistérios da Boa Deusa.*
63. **Interamnus:** De Interama (Terni) ao sul da Úmbria.
64. **In Albano** (sub *fundo*), *na sua casa de campo de Alba:* a propriedade ou casa de campo de Clódio ficava no sopé do monte Albano, ao sul de Roma.
65. **Cyrus:** era um arquitecto grego que trabalhara ao serviço de Cícero e de seu irmão Quinto.
66. **C. Clodius:** era plebeu e não pertencia à família de Clódio (na realidade *Claudius*).
67. **Quantae res...,** *quantas dificuldades ficam resolvidas.*
68. **Quippe,** *com efeito, pois.*
69. **Negotium,** *causa, defesa.*
70. **In hac rogatione suadenda,** *advogando este projecto de lei:* refere-se ao projecto de lei de Pompeu para nomear um júri extraordinário; só a assembleia popular é que podia aprová-lo.

consilio vero maioris [71] alicuius. Me videlicet [72] latronem ac sicarium abiecti homines et perditi describebant. Iacent [73] suis testibus ii, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum. Respiravi, liberatus sum: non vereor, ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse.

Nunc persequar cetera.

48. Nam occurrit illud: Igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit quoniam fuit in Albano mansurus. Si quidem [74] exiturus ad caedem e villa non fuisset. Video enim illum, qui dicitur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare. Nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius Roma proficiscens reliquerat morientem? Una fui; testamentum simul obsignavi [75] cum Clodio; testamentum autem palam fecerat [76], et illum heredem et me scripserat. Quem pridie hora tertia animam efflantem [77] reliquisset, eum mortuum postridie hora decima ei nuntiabatur?

XIX. 49. Age, sit ita factum [78]: quae causa, cur Romam properaret, cur in noctem se coniiceret? quid afferebat festinationis? quod heres erat? Primum erat nihil, cur properato [79] opus esset; deinde, si esset, quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autem, si postridie mane Romam venisset? Atque, ut illi nocturnus ad urbem adventus vitandus potius, quam

---

71. **Consilio maioris alicuius,** *por instigação de pessoa mais importante:* Cícero, como cônsul que já fora, tinha maior autoridade do que Milão.
72. **Videlicet,** *evidentemente, sem dúvida;* irónico.
73. **Iacent,** *jazem aí por terra* (confundidos).
74. **Si quidem,** *se é verdade que.*
75. **Obsignare,** *selar, assinar:* as testemunhas colocavam o seu selo e a sua assinatura nas placas de cera em que era exarado o testamento.
76. **Palam fecerat,** *fizera pùblicamente:* Ciro tinha manifestado a Clódio as suas intenções. Portanto Clódio, sabendo que tinha a herança assegurada, não tinha motivo para regressar tão depressa a Roma.
77. **Animam efflantem,** *prestes a exalar o último suspiro.*
78. **Age, sit ita factum,** *mas façamos de conta que assim foi.*
79. **Properato,** *de pressas.*

expetendus fuit: sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem nocte accessurum sciebat, subsidendum[80] atque exspectandum fuit.

Noctu, insidioso et pleno latronum in loco occidisset.

50. Nemo ei neganti non credidisset, quem esse omnes salvum, etiam confitentem, volunt. Sustinuisset[81] hoc crimen primum ipse ille latronum occultator et receptator locus, cum neque muta solitudo indicasset, neque caeca nox ostendisset Milonem: deinde multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam haec timentes in suspicionem caderent; tota denique rea citaretur Etruria[82].

51. Atque illo die certe Aricia[83] rediens devertit[84] Clodius ad se in Albanum. Quod ut sciret Milo, illum Ariciae fuisse, suspicari tamen debuit, eum, etiamsi Romam illo die reverti vellet, ad villam suam, quae viam tangeret, deversurum. Cur neque ante occurrit, ne ille in villa resideret; nec eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset?

61. Difficultatum solutio

56. Cur igitur victus est? — Quia non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur: quia, quanquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier[1] inciderat in viros. Nec vero sic erat unquam non paratus Milo contra illum, ut non satis

80. **Subsidere,** *pôr-se de emboscada.*
81. **Sustinuisset,** *teria tomado a responsabilidade* do crime.
82. **Etruria**: Fora nesta antiga região da Itália, situada entre o Tibre, os Apeninos e o mar Tirreno, que Clódio fizera maior número de vítimas.
83. **Aricia**: ficava a umas 6 léguas de Roma, no sopé dos montes Albanos, perto da propriedade de Clódio.
84. **Devertor** (ou *deverto*), *desviar-se do caminho para se hospedar.*
61. 1. **Mulier**: alusão mordaz ao escândalo dos mistérios da Boa Deusa, em que Clódio tomara parte numa reunião só de mulheres.

fere[2] esset paratus. Semper ille[3], et quantum interesset P. Clodii, se perire, et quanto illi odio esset, quantum ille auderet, cogitabat. Quamobrem vitam suam, quam maximis praemiis propositam et paene addictam[4] sciebat, nunquam in periculum sine praesidio et sine custodia proiiciebat. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque[5] communem, qui saepe spoliantem iam et exsultantem[6] evertit, et perculit ab abiecto[7]. Adde inscitiam[8] pransi, poti[9], oscitantis[10] ducis, qui cum a tergo hostem interclusum[11] reliquisset, nihil de eius extremis comitibus[12] cogitavit; in quos incensos ira, vitamque domini desperantes cum incidisset, haesit[13] in iis poenis, quas ab eo servi fideles pro domini vita expetiverunt.

XXII. 57. Cur igitur eos manumisit[14]? Metuebat scilicet, ne indicarent, ne dolorem perferre non possent, ne tormentis cogerentur occisum esse a servis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore? quid quaeris? occideritne? occidit. Iure,

2. **Ut non satis fere...** *que não se apresentasse suficientemente preparado.* Reconhece, pois, o orador que Milão ia bem armado de escravos e de gladiadores — que eram mais numerosos do que os de Clódio. Mas tais precauções eram necessárias em tempos tão agitados como aqueles.
3. **Ille... illi**: Milão... Clódio.
4. **Addicere,** *adjudicar, entregar, vender, pôr a preço.*
5. **Mars,** *Marte,* deus da guerra. — **Communis,** *imparcial, incerto.*
6. **Exsultare,** *dar saltos, ensoberbecer-se.*
7. **Ab abiecto,** *por mão do adversário prostrado.*
8. **Inscitia,** *incapacidade, idiotice, inconsciência.*
9. **Poti,** *que bebera bem.*
10. **Oscitans,** tis, *que abre a boca, que boceja.*
11. **Interclusum,** *interceptado, separado, isolado.*
12. **Extremis comitibus**: entre os seguidores da rectaguarda, estava Eudamo e Bírria, dois gladiadores temíveis.
13. **Hæsit,** *ficou como que colhido entre as redes.* Bela metáfora.
14. **Manumittere,** *dar liberdade a um escravo.* Segundo Metelo Cipião, Milão pôs em liberdade 12 escravos. Assim, livrava-os do tormento onde eles, por causa da dor, poderiam fazer alguma confissão comprometedora.

an iniuria? nihil ad tortorem [15]. Facti enim in eculeo [16] quaestio est, iuris in iudicio. Quod igitur in causa quaerendum est, id agamus hic: quod tormentis invenire vis, id fatemur. Manu vero cur miserit, si id potius quaeris, quam cur parum amplis affecerit praemiis, nescis [17] inimici factum reprehendere. Dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter et fortiter, M. Cato, dixitque in turbulenta contione, quae tamen huius auctoritate placata est, non libertate solum, sed etiam omnibus praemiis dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent. Quod enim praemium satis magnum est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus servis, propter quos vivit? Etsi id quidem non tanti est [18], quam quod propter eosdem non sanguine et vulneribus suis crudelissimi inimici mentem oculosque satiavit. Quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuerunt conservatores domini, ultores sceleris, defensores necis. Hic vero nihil habet in his malis, quod minus ferat, quam, etiamsi quid ipsi accidat, esse illis meritum praemium persolutum.

62. Secundae partis confirmationis argumentum primum

XXVII. 72. Nec vero me, iudices, Clodianum crimen [1] movet; nec tam sum demens, tamque vestri sensus ignarus atque expers [2], ut nesciam, quid de morte Clodii sentiatis. De qua, si iam nollem ita di-

15. **Nihil ad tortorem,** *nada tem que ver com isso o verdugo.*
16. **Eculeum,** *cavalete de madeira, ecúleo*: a vítima era posta a cavalo sobre pranchas em forma de bisel. Tanto Cícero, como Milão, reconhecem o *facto* (*factum*) ou seja a *morte* de Clódio; mas propugnam a *legitimidade* (*iure*). Ora, sobre a liceidade, de que serviriam os depoimentos dos escravos? Contudo, Cícero sabia muito bem que os escravos, postos a tormentos, poderiam revelar certos pormenores bem perigosos para a causa do amo.
17. **Nescis reprehendere,** *não sabeis fazer o papel de acusadores.* O que deveriam era acusar Milão de pouco generoso para com os escravos.
18. **Non tanti quam quod,** *de menos valor do que.*
62. 1. **Clodianum crimen,** *a acusação dos Clodianos.*
2. **Expers** (de *ex-pars*), *que não tem parte, privado de.*

luere [3] crimen, ut dilui, tamen impune Miloni palam clamare atque mentiri [4] gloriose liceret: «Occidi, occidi, non Sp. Maelium [5], qui annona [6] levanda, iacturisque [7] rei familiaris, quia nimis amplecti [8] plebem putabatur, in suspicionem incidi regni appetendi; non Ti. Gracchum [9], quia collegae magistratum per seditionem abrogavit [10]; quorum interfectores [11] impleverunt orbem terrarum nominis sui gloria; sed eum (auderet enim dicere, cum patriam periculo suo liberasset), «cuius [12] nefandum adulterium in pulvinaribus [13] sanctissimis nobilissimae feminae [14] comprehenderunt.

73. Eum, cuius supplicio [15] senatus sollemnes religiones expiandas [16] saepe censuit; eum, qui civem, quem

3. **Diluere crimen,** *desfazer a acusação.*
4. **Mentiri gloriose,** *proferir uma mentira gloriosa.*
5. **Mælium:** foi morto em 439 a. C. por C. Servílio Ahala, sob pretexto de que aspirava à tirania.
6. **Annona** (de *annus*), *provisões para um ano*; **annonam levare,** *embaratecer os mantimentos.*
7. **Iactura,** *gastos, esbanjamento.*
8. **Nimis amplecti plebem,** *ambicionar demasiado as simpatias do povo.*
9. **Ti. Gracchum:** tribuno da plebe em 133 a. C.. Foi assassinado numa revolta, vítima do ódio que lhe tinham os *Optimates.* Porque o seu colega M. Octávio se opunha às leis agrárias, T. Graco levantou o povo contra ele e depô-lo. Ora, tal violência era contrária à imunidade tribunícia.
10. **Abrogare,** *destituir, depor.*
11. **Interfectores:** foram Ahala e Ciptião Nasica.
12. **Cuius:** Nova alusão à escandalosa intromissão de Clódio nos mistérios da Boa Deusa. Só lá podiam tomar parte mulheres.
13. **Pulvinar,** *almofada,* leitos adornados com almofadas, onde nos dias de festa se deitavam as imagens dos deuses.
14. **Nobilissimæ feminæ:** Trata-se de Pompeia, mulher de César. Clódio meteu-se nos mistérios da Boa Deusa, por causa de Pompeia, a quem amava. Não era lícito, como dissemos, a nenhum homem tomar parte nessas festas, sob pretexto algum. Mas Clódio, aproveitando-se das trevas da noite, introduziu-se na casa de César. Uma escrava foi dar com ele e começou a gritar. Acorreram as mulheres e prenderam Clódio. Depois deste escândalo, César repudiou Pompeia.
15. **Supplicium:** o desterro.
16. **Expiare religiones,** *expiar a profanação do culto.*

senatus, quem populus Romanus, quem omnes gentes, urbis ac vitae civium conservatorem [17] iudicarant, servorum armis exterminavit [18]; eum, qui regna dedit [19] ademit [20], orbem terrarum, quibuscum voluit [21], partitus est; eum, qui pluribus caedibus in foro factis, singulari virtute et gloria civem [22] domum vi et armis compulit; eum, cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine; eum, qui aedem Nympharum [23] incendit, ut memoriam publicam recensionis, tabulis publicis impressam, exstingueret.

74. Eum denique, cui iam nulla lex erat, nullum civile ius, nulli possessionum termini [24]; qui non calumnia litium [25], non iniustis vindiciis [26] ac sacramentis [27] alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis [28] petebat; qui non solum Etruscos (eos enim penitus contempse-

---

17. **Conservatorem:** Cícero fora saudado por M. Catão e Q. Cátulo como *parens (pater) patriae*, depois de ter sufocado a conjuração de Catilina, a que alude.

18. **Exterminare,** *desterrar, repelir para a fronteira.*

19. **Regna dedit:** Durante o seu tribunado, Clódio deu a Brogitaro, genro do tetrarca da Galácia Deiotaro, o território de Pessinonte, por ele arrebatado a Deiotaro.

20. **Ademit:** Clódio fez também confiscar a ilha de Chipre que pertencia a Ptolemeu.

21. **Quibuscum voluit:** com os cônsules Gabínio e Pisão que o tinham apoiado no exílio de Cícero: a Gabínio foi atribuída a província da Macedónia; e a Pisão a da Cilícia.

22. **Civem:** Pompeu.

23. **Aedes Nympharum:** Neste templo, cuja situação se ignora (talvez no campo de Marte), guardavam-se os registos do recenseamento dos cidadãos. Ora, como Clódio pretendia modificar os quadros eleitorais, precisava de destruir esses registos (*tabulae*).

24. **Nulli... termini:** Clódio tinha erguido um templo à Liberdade no lugar em que se erguia a casa de Cícero, que ele mandou demolir.

25. **Calumnia litium,** *com pleitos aleivosos.*

26. **Vindiciæ** (de *vindico*): adjudicação temporária da coisa em litígio; era outorgada provisòriamente pelos magistrados a um dos contendores até à sentença definitiva.

27. **Sacramentum:** espécie de caução, ou depósito, que cada um dos litigantes entregavam ao pretor. O condenado ficava privado da sua parte, que passava a ser propriedade dos deuses.

28. **Signum inferre,** *atacar.*

rat), sed hunc P. Varium [29], fortissimum atque optimum civem, iudicem nostrum, pellere possessionibus, armis castrisque conatus est; qui cum architectis et decempedis [30] villas multorum hortosque peragrabat; qui Ianiculo [31] et Alpibus spem possessionum terminarat suarum; qui cum ab equite Romano splendido et forti, M. Paconio [32], non impetrasset, ut sibi insulam in lacu Prilio [33] venderet, repente lintribus [34] in eam insulam materiam [35], calcem [36] caementa [37] atque arma convexit, dominoque trans ripam inspectante, non dubitavit aedificium exstruere in alieno [38].

75. Qui huic T. Furfanio [39], cui viro, dii immortales! (quid enim ego de muliercula Scantia [40]? quid de adulescente P. Apinio dicam? quorum utrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessissent); sed ausus est T. Furfanio dicere, si sibi pecuniam, quantam poposcerat, non dedisset, mortuum [41] se in domum eius illaturum, qua invidia huic esset tali viro conflagrandum [42]; qui Appium [43] fratrem, hominem mihi coniunctum fidissima gratia, absentem de possessione fundi deiecit; qui parietem sic per vestibulum sororis [44] instituit ducere, sic agere fundamenta, ut soro-

---

29. **P. Varius:** desconhecido.

30. **Decempeda** (de *decempes*), *medida de dez pés*, que usavam os agrimensores.

31. **Ianiculum** (de *Ianus*), uma das sete colinas de Roma, na margem direita do Tibre.

32. **M. Paconius:** desconhecido.

33. **Lacus Prilius:** hoje, lago de Castiglione; ficava na Etrúria.

34. **Lintres,** *chalupas.*

35. **Materia** (ou *materies*), *material de construção.*

36. **Calx,** *cal.*

37. **Cæmenta** (de *caedimentum — caedo*), *pedra.*

38. **In alieno,** *em terreno alheio.*

39. **Furfanius:** amigo de Cícero.

40. **Scantia** e **Apinius:** desconhecidos.

41. **Mortuum... illaturum,** *levaria um cadáver para sua casa*: para o fazer passar por criminoso.

42. **Invidia alicuius flagrare,** *ser vítima do ódio.*

43. **Appius** (*Claudius Pulcher*): irmão de Clódio e cônsul em 54 a. C.. Era amigo de Pompeu e dos aristocratas e mantinha boas relações com Cícero.

44. **Sororis:** Clódia, viúva de Q. Metelo Céler.

rem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu et limine [45]».

XXVIII. 76. Quanquam haec quidem iam tolerabilia videbantur, etsi aequabiliter [46] in rempublicam, in privatos, in longinquos, in propinquos [47], in alienos, in suos [48] irruebat; sed nescio quo modo iam usu obduruerat [49] et percalluerat civitatis incredibilis patientia. Quae vero aderant iam, et impendebant, quonam modo ea aut depellere potuissetis, aut ferre, imperium [50] ille si nactus esset? Omitto socios, exteras nationes, reges [51], tetrarchas [52]; vota enim faceretis, ut in eos se potius immitteret, quam in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias: pecunias dico? a liberis, a liberis me dius fidius [53], et a coniugibus vestris nunquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. Fingi haec putatis [54], quae patent? quae nota sunt omnibus? quae tenentur? servorum exercitus illum in urbe conscripturum [55] fuisse, per quos totam rempublicam resque privatas omnium possideret?

77. Quamobrem si cruentum gladium tenens clamaret T. Annius: «Adeste [56], quaeso, atque audite, cives: P. Clodium interfeci; eius furores, quos nullis iam legibus, nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro et hac dextera a cervicibus vestris repuli: per me ut unum, ius [57], aequitas, leges, libertas, pudor [58], pudicitia in civitate [59] manerent»: esset vero timendum quonam modo id ferret civitas.

---

45. **Limen,** *entrada, limiar.*
46. **Aequabiliter,** *por igual.*
47. **Propinquos**: os seus vizinhos da Etrúria.
48. **In suos**: seu irmão Ápio e sua irmã Clódia.
49. **Obduro,** *endurecer.*—**Percalleo,** *ganhar calos, calejar-se.*
50. **Imperium,** *mando* (a pretura).
51. **Regis**: Ptolomeu.
52. **Tetrarcha**: Deiotaro.
53. **Dius fidius,** o deus da boa fé e dos juramentos.
54. **Effrenatus,** *desenfreado.*
55. **Conscribo,** *recrutar.*
56. **Adeste et audite,** *prestai atenção.*
57. **Ius,** *o direito civil.* — **Aequitas,** *o direito natural.*
58. **Pudor,** *modéstia, recato* (refere-se à *alma*). — **Pudicitia,** *modéstia, recato* (refere-se ao *corpo*).
59. **In civitate**: *civitas* exprime «cidade» com relação aos cidadãos; *urbs*, com relação aos edifícios.

63. Secundae partis confirmationis argumentum secundum

Nunc enim quis est, qui non probet? qui non laudet? qui non unum post hominum memoriam [1] T. Annium plurimum reipublicae profuisse, maxima laetitia populum Romanum, cunctam Italiam, nationes omnes affecisse, et dicat et sentiat? Nequeo, vetera illa populi Romani gaudia quanta fuerint, iudicare. Multas tamen iam summorum imperatorum clarissimas victorias aetas nostra vidit; quarum nulla neque tam diuturnam attulit laetitiam, nec tantam.

78. Mandate [2] hoc [3] memoriae, iudices. Spero multa vos liberosque vestros in republica bona esse visuros; in iis singulis ita semper existimabitis, vivo P. Clodio, nihil eorum vos visuros fuisse. In spem maximam, et, quemadmodum confido, verissimam adducti sumus, hunc ipsum annum, hoc ipso summo viro consule, compressa hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus et iudiciis constitutis, salutarem civitati fore. Num quis igitur est tam demens, qui hoc, P. Clodio vivo, contingere potuisse arbitretur? Quid? ea, quae tenetis, privata atque vestra [4], dominante homine furioso, quod ius perpetuae possessionis habere potuissent?

XXIX. Non timeo, iudices, ne odio [5] inimicitiarum mearum inflammatus libentius [6] haec in illum evomere videar, quam verius. Etenim etsi praecipuum esse debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis, ut in communi odio paene aequaliter versaretur odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quantum exitii fuerit.

---

63. 1. **Post hominum memoriam,** *desde que há memória de homens, de todos os homens o que mais.*
2. **Mandare memoriæ,** *gravar na memória.*
3. **Hoc,** *isto* (que se segue).
4. **Privata atque vestra,** *que são vossa propriedade privada.*
5. **Odio inimicitiarum mearum,** *pelo ódio ao meu inimigo.*
6. **Libentius,** *mais pelo prazer* (de vingança).

79. Quin sic attendite, iudices. Nempe[7] haec est quaestio de interitu P. Clodii. Fingite animis (liberae enim sunt cogitationes[8] nostrae, et, quae volunt, sic intuentur[9], ut ea cernimus[10], quae videmus), fingite igitur cogitatione imaginem huius condicionis meae, si possim efficere, ut Milonem absolvatis, sed ita[11], si P. Clodius revixerit. Quid vultu extimuistis? quonam modo ille vos vivus afficeret, quos mortuus inani[12] cogitatione percussit? Quid? si ipse Cn. Pompeius, qui ea virtute ac fortuna est, ut ea potuerit semper, quae nemo praeter illum; si is, inquam, potuisset, aut quaestionem de morte P. Clodii ferre, aut ipsum ab inferis excitare, utrum putatis potius facturum fuisse? Etiamsi, propter amicitiam vellet illum ab inferis revocare, propter rempublicam non fecisset. Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis: et de eius nece lata quaestio est, qui si eadem lege reviviscere posset, lata lex nunquam esset. Huius ergo interfector[13] si esset, in confitendo ab iisne poenam timeret, quos liberavisset?

80. Graeci homines deorum honores tribuunt iis viris[14], qui tyrannos[15] necaverunt. Quae ego vidi Athenis! quae aliis in urbibus Graeciae! quas res[16] divinas talibus institutas viris! quos cantus[17], quae carmina[18]! prope ad immortalitatis et religionem et memoriam consecrantur[19]. Vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultorem non modo honoribus nullis afficietis, sed etiam ad supplicium[20] rapi patiemini? Confiteretur, confiteretur, inquam, si fecisset, et magno animo et libenter se fecisse, libertatis omnium causa: quod esset ei certe non confitendum modo, verum etiam praedicandum.

XXX. 81. Etenim, si id[21] non negat, ex quo nihil petit, nisi ut ignoscatur, dubitaret id[22] fateri, ex quo etiam praemia laudis essent petenda? Nisi vero gratius putat esse vobis sui se capitis, quam vestri, defensorem fuisse; cum praesertim in ea confessione, si grati[23] esse velletis, honores assequeretur amplissimos. Si factum vobis non probaretur[24] (quanquam qui poterat salus sua cuiquam non probari?), sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset, magno animo constantique cederet ex ingrata civitate. Nam quid esset ingratius, quam laetari ceteros, lugere eum solum, propter quem ceteri laetarentur?

82. Quanquam hoc animo semper omnes fuimus in patriae proditoribus opprimendis, ut, quoniam nostra futura esset gloria, periculum quoque et invidiam[25] nostram putaremus. Nam quae mihi ipsi tribuenda laus esset, cum tantum in consulatu meo pro vobis ac liberis vestris ausus essem, si id, quod conabar, sine maximis dimicationibus[26] meis me esse ausurum arbitrarer? Quae mulier sceleratum ac perniciosum civem occidere non auderet, si periculum non timeret? Proposita invidia[27], morte, poena, qui nihilo segnius[28] rempublicam defendit, is vir vere putandus est. Populi grati est, praemiis afficere bene meritos de republica cives; viri fortis, ne suppliciis quidem moveri, ut for-

7. **Nempe**, *evidentemente*.
8. **Cogitatio**, *imaginação*.
9. **Intueri**, *considerar*.
10. **Cernere**: percepção do espírito. — **videre**: percepção visual.
11. **Ita, si**, *só com a condição de que*.
12. **Inanis**, *vã*. — **Cogitatio**, *imaginação*.
13. **Interfector**, *assassino* (com premeditação do crime).
14. **Iis viris**: Harmódio e Aristogito, aos quais os Atenienses ergueram estátuas.
15. **Tyrannos**: Hiparco, filho de Pisístrato.
16. **Res divinas**, *honras divinas*: monumentos, estátuas, etc.
17. **Cantus**, *hinos religiosos*.
18. **Carmina**, *poemas*.
19. **Prope... consecrantur**, quase consagravam a sua memória com um culto próprio dos deuses imortais.

20. **Supplicium**, *desterro*.
21. **Id**: refere-se ao *assassinato* praticado em legítima defesa.
22. **Id**: refere-se ao *assassinato* cometido com premeditação, pelo interesse público.
23. **Grati**, *agradecidos*.
24. **Probare**, *aprovar*.
25. **Invidia**, *odiosidade*.
26. **Dimicatio**, *risco, perigo*.
27. **Proposita invidia**, *diante da odiosidade. perante a impopularidade*.
28. **Nihilo segnius**, *com não menos ardor*.

titer[29] fecisse paeniteat. Quamobrem uteretur eadem confessione T. Annius, qua Ahala, qua Nasica, qua Opimius, qua Marius, qua nosmet ipsi: et, si grata respublica esset, laetaretur; si ingrata, tamen in gravi fortuna, conscientia sua niteretur.

XXXIII. 88. Hic[30] dii immortales, ut supra dixi mentem dederunt illi perdito ac furioso, ut huic faceret insidias. Aliter perire pestis illa non potuit: nunquam illum respublica suo iure[31] esset ulta. Senatus, credo, praetorem eum circumscripsisset[32]. Ne cum solebat quidem id facere, in privato eodem hoc aliquid profecerat.

89. An consules in praetore coercendo fortes fuissent? Primum, Milone occiso, habuisset suos[33] consules; deinde quis in eo praetore consul fortis esset, per quem tribunum, virtutem consularem[34] crudelissime vexatam esse meminisset? Oppressisset omnia, possideret, teneret: lege nova, quae est inventa apud eum[35] cum reliquis legibus Clodianis, servos nostros, libertos[36] suos fecisset. Postremo, nisi eum dii immortales in eam mentem impulissent, ut homo effeminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie rempublicam nullam haberetis.

90. An ille praetor, ille vero consul, si modo haec[37] templa atque ipsa moenia stare eo vivo tandiu, et consulatum eius exspectare potuissent, ille denique vivus mali nihil fecisset, qui mortuus, uno ex suis satellitibus Sex. Clodio[38] duce, curiam incenderit? Quo

29. **Fortiter fecisse**, *de ter agido corajosamente.*
30. **Hic**, *assim é que.*
31. **Suo iure**, *por vias legais.*
32. **Circumscribo**, *pôr limites à volta, conter, coibir.*
33. **Suos**, *a seu gosto*: refere-se a Hipseu e Cipião, de cuja candidatura Clódio se fizera propagandista.
34. **Virtus consularis**, *o valor consular*: refere-se ao próprio Cícero que, tendo sido cônsul, foi por Clódio expulso para o exílio.
35. **Apud eum**, *em casa dele.*
36. **Libertus**, *liberto*: escravo a quem foi outorgada a liberdade.
37. **Hæc templa**: os que rodeavam o Foro.
38. **Sex. Clodio duce**, *sob a*

quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? templum sanctitatis, amplitudinis[39], mentis[40], consilii publici[41], caput urbis, aram sociorum[42], portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam uni ordini[43], inflammari, exscindi, funestari[44]? neque id fieri a multitudine imperita[45], quanquam esset miserum id ipsum, sed ab uno[46]? Qui cum tantum ausus sit ustor[47] pro mortuo[48], quid signifer[49] pro vivo non esset ausus? In curiam potissimum abiecit, ut eam mortuus[50] incenderet, quam vivus everterat.

91. Et sunt, qui de via Appia[51] querantur, taceant de curia? et qui ab eo spirante[52] forum putent potuisse defendi, cuius non restiterit cadaveri curia? Excitate, excitate ipsum, si potestis, a mortuis. Frangetis impetum vivi, cuius vix sustinetis furias insepulti[53]? Nisi vero sustinuistis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt[54]. Caedi vidistis populum romanum, contionem gladiis disturbari, cum audiretur silentio

direcção de Sexto Clódio: era dos principais partidários de P. Clódio, e pôs fogo ao senado: nele actuava o espírito de Clódio.
39. **Amplitudinis**, *da grandeza.*
40. **Mentis**, *da sabedoria.*
41. **Consilii publici**, *das deliberações oficiais, da política.*
42. **Aram sociorum**: os aliados (*socii*), dirigiam ao *senado* as suas preces e as suas queixas.
43. **Uni ordini**: só a classe senatória tinha lugar para as reuniões oficiais.
44. **Funestari**, *ser manchado, profanado* (pelo contacto com o cadáver de P. Clódio que fora abandonado junto do senado).
45. **Imperita**, *cega.*
46. **Ab uno**: Sexto Clódio.
47. **Ustor**: escravo encarregado da cremação. Por desprezo aplica esse munus a Sexto Clódio.
48. **Pro mortuo**, *em favor* (*ao serviço*) *do morto.*
49. **Signifer**, *porta-bandeira.*
50. **Mortuus**: refere-se a P. Clódio.
51. **De via Appia**: da tragédia ocorrida na Via Ápia, em que pereceu P. Clódio.
52. **Ab eo spirante**, *contra ele ainda com vida.*
53. **Furias insepulti**: como o cadáver de P. Clódio ficara por sepultar, julgava-se — segundo a crença dos antigos — que a alma andava errante a fazer mal.
54. **Toto foro volitarunt**: se precipitaram pelo foro dentro e se espalharam por todo ele.

M. Caelius [55], tribunus plebis, vir et in republica fortissimus, et in suscepta causa firmissimus, et bonorum voluntati, et auctoritati senatus deditus, et in hac Milonis sive invidia, sive fortuna, singulari, divina et incredibili fide.

64. Peroratio

XXXIV. 92. Sed iam satis multa de causa: extra causam etiam nimis fortasse multa. Quid restat, nisi ut orem obtesterque vos, iudices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat; ego, etiam repugnante hoc, et imploro et exposco? Nolite, si in nostro omnium fletu nullam lacrimam aspexisti Milonis, si vultum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem [1] ac non mutatam videtis, hoc minus ei parcere; haud scio, an [2] multo sit etiam adiuvandus magis. Etenim si in gladiatoriis pugnis, et in infimi generis hominum condicione atque fortuna, timidos atque supplices, et, ut vivere liceat, obsecrantes, etiam odisse solemus; fortes atque animosos, et se acriter ipsos morti offerentes, servare cupimus; eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant; quanto hoc magis in fortissimis [3] civibus facere debemus?

93. Me quidem, iudices, exanimant et interimunt hae voces Milonis, quas audio assidue, et quibus intersum cotidie. «Valeant, inquit, valeant cives mei; sint incolumes, sint florentes, sint beati; stet haec urbs praeclara, mihique patria carissima, quoquo modo erit merita de me; tranquilla republica mei cives, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed propter me tamen, perfruantur. Ego cedam atque abibo. Si mihi bona [4]

55. **M. Cælius**: amigo de Cícero.

64. 1. **Oratio stabilis,** *voz firme.*

2. **Haud scio an,** *talvez por isso mesmo.*

3. **In ...,** *tratando-se de...*

4. **Bona**: grata aos benefícios recebidos e livre de distúrbios dos desordeiros.

republica frui non licuerit, at carebo mala; et quam primum tetigero bene moratam [5] et liberam civitatem, in ea conquiescam.

94. O frustra, inquit, mihi suscepti labores! o spes fallaces et cogitationes inanes meae! Ego cum tribunus plebis, republica oppressa [6], me senatui dedissem, quem exstinctum [7] acceperam; equitibus [8] Romanis, quorum vires erant debiles, bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abiecerant; mihi unquam bonorum praesidium defuturum putarem [9]? Ego cum te (mecum enim saepissime loquitur) patriae reddidissem, mihi putarem in patria non futurum locum? Ubi nunc senatus est, quem secuti sumus? ubi equites Romani illi, illi, inquit, tui? ubi studia [10] municipiorum? ubi Italiae voces [11]? ubi denique tua illa, M. Tulli, quae plurimis fuit auxilio, vox atque defensio? Mihine ea soli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari?»

XXXV. 95. Nec vero haec, iudices, ut ego nunc, flens, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. Negat enim se, negat ingratis civibus fecisse, quae fecerit: timidis, et omnia circumspicientibus [12] pericula, non negat. Plebem et infimam multitudinem, quae, P. Clodio duce, fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vestra vita, se fecisse commemorat, ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis [13] patrimoniis deliniret; nec timet, ne, cum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rempublicam singularibus.

5. **Bene moratam,** *bem morigerada, de bons costumes, digna.*

6. **Oppressa,** *esmagada*: por Clódio e pelas cônsules Pisão e Gabínio, propensos a favoritismos.

7. **Exstinctum**: sem prestígio nem influência.

8. **Equitibus**: Cícero, que pertencia à classe equestre, pretendera formar um partido moderado e forte pela união dos cavaleiros com o partido senatorial. Os cavaleiros estavam enfraquecidos (*debiles*), por não se unirem com o senado.

9. **Putarem,** *será possível que eu pensasse?*

10. **Studia,** *entusiasmo.*

11. **Voces,** *aclamações.*

12. **Circumspicientibus pericula,** *cautelosos a respeito dos perigos.*

13. **Tribus suis patrimoniis**: o de seu avô, o de seu pai e o de sua mãe ou de sua esposa.

XXXVI. 99. Haec tu mecum saepe, his absentibus; sed iisdem audientibus, haec ego tecum, Milo. «Te quidem, cum isto animo es, satis laudare non possum; sed, quo est ista magis divina virtus, eo maiore a te dolore divellor. Nec vero, si mihi eriperis, reliqua est illa tamen ad consolandum querella, ut iis irasci possim, a quibus tantum vulnus accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi; non male aliquando de me meriti, sed semper optime». Nullum unquam, iudices, mihi tantum dolorem inuretis [14] (etsi quis potest esse tantus?), sed ne hunc quidem ipsum, ut obliviscar, quanti me semper feceretis. Quae si vos cepit oblivio, aut si in me aliquid offendistis [15], cur non id meo capite potius luitur, quam Milonis? Praeclare enim vixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro.

100. Nunc me una consolatio sustentat, quod tibi, T. Anni, nullum a me amoris, nullum studii, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetivi; ego meum saepe corpus et vitam obieci armis inimicorum tuorum; ego me plurimis pro te supplicem abieci; bona, fortunas meas ac liberorum meorum in communionem [16] tuorum temporum contuli; hoc denique ipso die, si quae vis est parata, si quae dimicatio capitis [17] futura, deposco. Quid iam restat? quid habeo, quod faciam pro tuis in me meritis, nisi ut eam fortunam, quaecumque erit tua, ducam meam? Non recuso, non abnuo; vosque obsecro, iudices, ut vestra beneficia, quae in me contulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdem exitio occasura esse videatis.

XXXVII. 101. His lacrimis non movetur Milo; est quodam incredibili robore animi: exsilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus; mortem naturae finem esse, non poenam. Sit hic ea mente, qua natus est.

14. **Inurere**, *marcar, queimar com ferro em brasa.* — **Inurere dolorem**, *causar dor.*
15. **Offendere in aliquo**, *receber alguma ofensa de alguém.*
16. **Communionem tuorum temporum**, *em partilhar da tua desgraça.*
17. **Dimicatio capitis**, *risco de vida.*

Quid? vos, iudices, quo tandem animo eritis? et erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, Quid? vos, iudices, quo tandem animo eritis? Memoriam Milonis retinebitis, ipsum eicietis? et erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quam hic, qui procreavit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro republica sanguinem effudistis; vos in viri et in civis invicti periculo, appello centuriones, vosque, milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, et huic iudicio praesidentibus, haec tanta virtus ex hac urbe expelletur? exterminabitur? proicietur?

102. O me miserum, o me infelicem! Revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos; ego te in patria per eosdem retinere non potero? Quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Quinte frater [18], qui nunc abes, consorti mecum temporum [19] illorum? mene non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset? At in qua causa non potuisse? quae est grata gentibus. A quibus non potuisse? ab iis, qui maxime P. Clodii morte acquierunt. Quo deprecante? me. Quodnam ego concepi [20] tantum scelus, aut quod in me tantum facinus admisi, iudices, cum illa indicia [21] communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exstinxi? Omnes in me meosque redundant [22] ex fonte illo dolores. Quid me reducem [23] esse voluistis? an ut inspectante me, expellerentur hi, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, acerbiorem mihi pati reditum esse, quam fuerit ille ipse discessus. Nam qui possum putare me restitutum esse, si distrahar ab his, per quos restitutus sum?

18. **Quinte frater**: educado na companhia de Cícero, era 4 anos mais novo do que ele. Em 52 foi lugar tenente de César na Gália. Tomou parte nas lutas contra Catilina e sofreu a odiosidade dos Clodianos.
19. **Temporum**, *desgraças*
20. **Concepi in me**, *que crime tão grande terei eu cometido?*
21. **Indicia**, *vestígios, provas* (da conjuração de Catilina).
22. **Redundo**, *manar, derivar.*
23. **Redux**, *que regressa.*

XXXVIII. Utinam di immortales fecissent (pace tua[24], patria, dixerim; metuo enim, ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie), utinam P. Clodius non modo viveret, sed etiam praetor, consul, dictator esset potius, quam hoc spectaculum viderem!

104. O di immortales, fortem et a vobis, iudices, conservandum virum! «Minime, minime», inquit; «immo vero poenas ille debitas luerit; nos subeamus, si ita necesse est, non debitas». Hicine vir, patriae natus, usquam nisi in patria morietur, aut, si forte, pro patria? huius vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia nullum sepulcrum[25] esse patiemini? hunc sua quisquam sententia ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulsum a vobis ad se vocabunt?

105. O terram illam beatam, quae hunc virum exceperit, hanc ingratam, si eiecerit, miseram, si amiserit! Sed finis sit, neque enim prae lacrimis iam loqui possum, et hic se lacrimis defendi vetat. Vos oro obtestorque, iudices, ut in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis. Vestram virtutem, iustitiam, fidem, mihi credite, is maxime probabit, qui in iudicibus legendis optimum et sapientissimum et fortissimum quemque legit.

---

65. ORATIONIS PRO LIGARIO ANALYSIS

ARGUMENTUM

Ligarius in Africa versabatur cum bellum civile exarsit Caesarem inter et Pompeium. Non ille quidem accepit munus, ut qui pro Pompeio starent eos duceret. Sed arma contra Caesarem tulit; itaque non mediocriter in eum succensebat Caesar. Postquam multis dictator ille ignovit, in id contenderunt Ligarii familiares ut illi quoque Caesar iniuriam condonaret. Repugnabat Tubero quod a Ligario non admissus esset in Africam. Defendit Cicero, et ita defendit, ut Caesar, qui statuisset non Ligario ignoscendum, de consilio deductus sit. Ligarius postea inter Caesaris interfectores est numeratus.

24. Pace tua dixerim, *permite-me que diga, que assim fale.*
25. Sepulcrum: o desterrado perdia todos os direitos civis e políticos e o direito de ser sepultado na pátria.

EXORDIUM

1. Fatetur Cicero factum, quod:
   a) Tubero detulit.
   b) Pansa confessus est.

2. Ad misericordiam Caesaris confugit, nam:
   a) Ignoratione Caesaris iam abuti non potest.
   b) Nota omnibus est Caesaris clementia.

3. Attamen de eodem facto confiteatur accusator oportet.

NARRATIO

1. In Ligario antea cum in Africam profectus est, non cernitur mens arma contra Caesarem ferendi.
   a) Quando profectus est?
   b) Cur profectus est?

2. Sive in pace sive in bello, Ligarius Provinciam administrans, non Caesarem oppugnavit. Nam:
   a) Cur Provinciam accepit?
   b) Quomodo in pace et in bello se gessit?
   c) Quomodo Varus arripuit Imperium?
   d) Repetitio et conclusio duorum priorum temporum.

3. Ergo si Ligarius postea tulit arma contra Caesarem, non iudicio ac voluntate tulit, sed quadam temporum necessitate. Ratio verisimilis deducitur ex concordia artissima quae inter tres fratres vigebat.

CONFIRMATIO

I. **Præparatio: a clementia Caesaris**

1. *Defensor* Cicero habet causam peiorem quam Ligarius. Quanta est ergo clementia Caesaris?

Ad maiorem — nam, suscepto bello, magnam partem gesto, nullo cogente, profectus est ad arma quae erant sumpta contra Caesarem.

Ad conseq. — Clementia manifestatur in Ciceroni ignoscendo: *a)* temporis celeritate; *b)* locorum longinquitate; *c)* parum honorum concessione; *d)* summa totius beneficii.

2. *Accusator* Tubero habet causam peiorem. Quanta est ergo Tuberonis imprudentia et crudelitas!

Ad maiorem — Accusator peiorem causam habet quam reus:

a) Commemorat Cicero suum in Tuberonem favorem ex causis tribus orientem: cognatione, ingenio et studiis, quorum gloria in se ipsum redundat.

b) Per hypotyposim culpam Tuberonis auget: «quid enim egit gladius tuus...»

c) Revocat se ab impetu dicendi; eandem enim culpam in se admisit.

Ad conseq.: 1. *De imprudentia Tuberonis:* Neque Q. Tubero, neque pater eius vidit talem accusationem esse turpem, inutilem, in ipsos recidentem.

2. *De crudelitate Tuberonis:* Quoniam iam Ligarius exsulat, eam vim habet accusatio aut ut necetur aut ut ei venia recusetur.

1. Aut *ut necetur* Ligarius:
   a) carpit accusatorem per dissimilitudinem et similitudinem.
   b) probat eam vim inesse accusationi.
   c) carpit per dissimilitudinem cum Sulla.
   d) admittit excusationem accusatoris.

2. Aut *ut venia recusetur:*
   a) accusatio fit, non domi, sed in foro.
   b) non a victoribus, sed a victo.
   c) non errorem tollendo, sed misericordiam.

II. **Defensio Pompeianorum**

In Pompeii partibus fuisse non est scelus:

1. *extrinsece* — *a)* ex verbis aliorum. *b)* ex verbis Ciceronis ipsius. *c)* ex sententia Caesaris et exercitus eius. (contumelia... ius suum...). *d)* ex sensu Caesaris (cum bonis viris secessio).

2. *intrinsece* — non admiserunt scelus, sed errorem: nam, cum principum dignitas esset paene aequalis, aliqui errare potuerunt, cum iudicarent causam Pompeii esse meliorem.

III. **Defensio Ligarii in bello Africano**

Quod ad bellum africanum attinet, minor fuit culpa Ligarii quam Tuberonis, si utriusque profectio, consilia, constantia considerantur:

a) Profectio — Ligarius non poterat non proficisci. Tubero poterat, *ob tempus, ob absentiam, ob morbum.*

b) Consilia:

1. Tubero volebat Africam obtinere. Ligarius nolebat eam servare.

2. Tubero eam volebat tradere Pompeio, quod probant tum decorum, tum eventus.

c) Constantia:

1. Tubero rediit ad partes quibus repellebatur cum crudelitate; summa iniuria.

2. Omni spe contendit ut victoria penes Pompeium esset.

Concludit Cicero: Tubero persequitur in Ligario iniurias illatas aut *Reipublicae* aut sibi:

Si priores, eas in se etiam persequi debet, quoniam in eadem causa fuit qua Ligarius.

Si alteras, fallitur cum existimat Caesarem esse puniturum inimicum alterius, cum suis inimicis ipse veniam dederit.

PERORATIO

1. Totam Ligarii causam Cicero refert ad Caesaris clementiam, non illius quidem iudicis, sed patris, cuius clementia cum tot iam testimonia dederit, postulant cives summa auctoritate praediti ut novum hodie detur.

2. Immo iustitia exigit veniam a Caesare, nam:
   a) Delictum Ligarii soli necessitati tribuendum est.
   b) Caesar debet animum gratum praebere Ligario, tam bene de dictatore merito.

3. Non privati tantum, sed et populus ipse Ligarii veniam a Caesaris misericordia flagitant.

66. Exordium

I. Novum crimen [1], C. Caesar, et ante hunc diem inauditum, propinquus [2] meus ad te, Q. Tubero detulit [3], Q. Ligarium in Africa fuisse: idque C. Pansa [4], praestanti vir ingenio [5], fretus fortasse ea familiaritate, quae est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque quo me vertam, nescio. Paratus enim veneram, cum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer; sed, quoniam

---

66. 1. **Crimen,** *acusação.* — **novum,** *duma nova espécie*: ironia.
2. **Propinquus,** *parente.*
3. **Detulit,** *(deferre), levou ao conhecimento, denunciou.*
4. **C. Pansa**: amigo íntimo de César; cônsul dois anos mais tarde com Hírcio. Após a morte de César, passou-se ao partido de Bruto, vindo a morrer na batalha de Módena.
5. **Ingenium,** *talento.*

diligentia inimici investigatum est, quod latebat, confitendum est, ut opinor: praesertim cum meus necessarius[6], C. Pansa, fecerit, ut id iam integrum[7] non esset: omissaque controversia[8], omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est[9], qua plurimi sunt conservati[10], cum a te non liberationem culpae[11], sed errati veniam impetravissent.

Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum, sed tamen hoc[12] confitentem, se in ea parte fuisse, qua te, Tubero, qua virum omni laude dignum, patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.

67. Narratio

Q. enim Ligarius, cum esset nulla belli[1] suspicio, legatus[2] in Africam[3] cum C. Considio profectus est; qua in legatione et civibus[4] et sociis ita se probavit, ut decedens[5] Considius provincia, satisfacere hominibus non posset, si quemquam alium provinciae praefecisset. Itaque Q. Ligarius, cum diu recusans nihil profecisset[6], provinciam accepit invitus[7]; cui sic praefuit in pace, ut et civibus, et sociis gratissima esset eius

6. **Necessarius**, *parente, amigo íntimo.*
7. **Integrum**, *intacto.*
8. **Controversia**, *discussão.*
9. **Conferenda est**, *se deve dirigir.*
10. **Conservati** : nos seus direitos civis e políticos.
11. **Culpæ**, *de culpa, do crime.* — **errati**, *do seu erro.*
12. **Hoc**, *sòmente isto.*
67. 1. **Belli**, *a guerra civil.*
2. **Legatus**, *lugar-tenente* : acompanhava o magistrado responsável pela província e estava às ordens dele.
3. **Africa** : província formada pelo antigo território de Cartago; abrangia aproximadamente a actual Tunísia.
4. **Civibus**, *aos cidadãos*, i. é, aos comerciantes romanos em África.
5. **Decedens**, *retirando-se* : expressão consagrada ao falar de um magistrado que deixa a província para se dirigir a Roma.
6. **Cum nihil profecisset**, *como nada aproveitasse, em vão.*
7. **Invitus**, *contra a sua vontade.*

integritas[8] et fides. Bellum[9] subito exarsit: quod, qui erant in Africa, ante audierunt geri[10], quam parari. Quo audito, partim[11] cupiditate[12] inconsiderata, partim caeco quodam[13] timore, primo salutis[14], post etiam studii[15] sui, quaerebant aliquem ducem: cum Ligarius domum spectans[16], et ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. Interim P. Attius Varus, qui praetor[17] Africam obtinuerat, Uticam venit. Ad eum statim concursum est. Atque ille non mediocri[18] cupiditate arripuit imperium, si illud imperium esse potuit, quod ad privatum[19] clamore multitudinis imperitae[20], nullo publico consilio[21], deferebatur. Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paulum adventu Vari conquievit[22].

68. Contentionum primum argumentum

Nullum igitur habes, Caesar, adhuc in Q. Ligario signum[1] alienae a te voluntatis; cuius ego causam, animadverte, quaeso, qua fide[2] defendam, cum prodo meam. O clementiam admirabilem, atque omni laude,

8. **Integritas**, *honestidade.* — **fides**, *lealdade.*
9. **Bellum** : a guerra civil. — **exarsit** (*exardesco*), *rebentou.*
10. **Geri** (*bellum*), *travar-se.*
11. **Partim . . . partim**, *uns . . . outros.*
12. **Cupiditate inconsiderata**, *por paixão irreflectida.*
13. **Cæco quodam timore**, *com uma espécie de receio infundado.*
14. **Salutis**, *de suas vidas.*
15. **Studii sui**, *para o seu gosto, para o seu partido.*
16. **Domum spectans**, *com os olhos na sua casa, ansiando por regressar a sua casa.*
17. **Prætor** : este termo parece inexacto, visto que o governo das províncias era confiado aos procônsules e aos propretores. Em vez de *praetor*, deveria ser *pro-praetor.*
18. **Mediocri**, *ordinária.* — **cupiditas**, *ambição, avidez.* — **imperium**, *comando.*
19. **Ad privatum**, *para as mãos dum particular.*
20. **Imperitae**, *irresponsável.*
21. **Nullo publico consilio**, *por nenhuma determinação oficial.*
22. **Conquievit**, *ficou descansado.*
68. 1. **Signum**, *indício.* — **alienae a te voluntatis**, *de aversão.*
2. **Qua fide**, *com que sinceridade.*

praedicatione [3], litteris monumentisque decorandam! M. Cicero apud te defendit [4], alium in ea voluntate [5] non fuisse, in qua se ipsum confitetur fuisse, nec tuas tacitas cogitationes [6] extimescit, nec, quid tibi de alio audienti, de se ipso occurrat, reformidat.

III. Vide, quam [7] non reformidem; vide, quanta lux liberalitatis [8] et sapientiae tuae mihi apud te dicenti oboriatur. Quantum potero, voce contendam, ut populus hoc romanus exaudiat. Suscepto [9] bello, Caesar, gesto etiam ex magna parte, nulla vi coactus, iudicio ac voluntate [10] ad ea arma profectus sum, quae erant sumpta contra te. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tamen me, antequam vidit, reipublicae reddidit [11]: quid ad me ex Ægypto [12] litteras, misit, ut essem idem, qui fuissem: qui, cum ipse imperator [13] in toto imperio populi romani unus esset, esse me alterum passus est [14], a quo, hoc ipso C. Pansa

3. **Praedicatione,** *de elogio, de publicidade.*
4. **Defendit,** *sustenta, afirma.*
5. **In ea voluntate,** *no mesmo partido.*
6. **Tacitas cogitationes,** *os teus receios interiores, as tuas suspeitas.*
7. **Vide quam,** *vêde como.*
8. **Liberalitas,** *grandeza de alma.* — **sapientia,** *prudência.* — **oboriatur,** *surge.*
9. **Suscepto bello,** *começada a guerra.*
10. **Iudicio ac voluntate,** *por minha livre vontade.*
11. **Me... reipublicæ reddidit,** *restituiu-me à vida pública*: depois do combate de Farsália, Cícero recusou-se a continuar a guerra e rejeitou até o comando dum exército que Catão lhe queria confiar. Isto e a intercessão de Dolabela, amigo e partidário de César e genro de Cícero, inclinaram César a perdoar-lhe.
12. **Ex Aegypto**: Cícero esperou César quase um ano em Bríndise, onde nada sofreu. Mais tarde, António atribuir-se-ia o ter-lhe poupado a vida (2.ª *Filip.* 5-7).
13. **Imperator,** *general.* Esta aclamação feita pelos soldados dava direito a solicitar o *triunfo.* César só recebeu oficialmente este título depois da batalha de Munda. A palavra «*imperator*» só mais tarde adquiriu o sentido actual de «*imperador*».
14. **Me alterum passus est,** *permitiu que eu ostentasse o mesmo título* (lit.: *que eu fosse o segundo*): Cícero que no seu proconsulado da Cilícia tinha alcançado uma vitória contra os Partos, foi aclamado «*imperator*» pelos soldados. Pensou logo em solicitar o *triunfo*. César consentiu-lhe essa vaidade ridícula; mas Cícero acabou por desistir e entrar em Roma como particular.

mihi nuntium perferente, concessos fasces laureatos [15] tenui, quoad tenendos putavi; qui mihi tum denique se salutem putavit dare, si eam nullis spoliatam ornamentis dedisset. Vide, quaeso, Tubero, ut, qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. Atque haec propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret; cuius ego industriae [16] gloriaeque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quod eius ingenio studiisque [17] delector, vel quod laudem adulescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare.

Sed hoc quaero, quis putet esse crimen, fuisse in Africa Ligarium? nempe is, qui et ipse in eadem Africa esse voluit, et prohibitum se a Ligario queritur et certe contra ipsum Caesarem est congressus [18] armatus. Quid enim, Tubero, districtus [19] ille tuus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro [20] petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quae tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo: commoveri videtur adulescens [21]: ad me revertar: iisdem in armis [22] fui.

IV. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi, ut, quod hic [23] potest, nos possemus? Quorum igitur impunitas, Caesar, tuae clementiae laus est, eorum ipsorum

15. **Fasces laureatos,** *os feixes coroados de loiro*: os lictores levavam diante do *imperator* os feixes coroados com loiro, até ao dia do *triunfo*.
16. **Industriae,** *actividade, coragem.* — **cognatio,** *parentesco.*
17. **Studiis,** *obras, profissão*: Túbero era, como Cícero, advogado.
18. **Est congressus,** *lutou corpo a corpo.*
19. **Districtus gladius,** *espada desembainhada.*
20. **Mucro,** *punhal.* — **sensus,** *intenção, direcção.* — **mens,** *intenção, pensamento.*
21. **Adulescens**: pessoa de 15 a 35 anos.
22. **Iisdem in armis**: Cícero, de facto, não chegou a pegar em armas, mas esteve entre os adversários de César.
23. **Hic,** *este* = César. — **potest** = evitar as carnificinas.

ad crudelitatem [24] te acuet oratio? Atque in hac causa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero [25]: quod homo cum ingenio, tum etiam doctrina [26] excellens, genus hoc causae [27] quo esset, non viderit. Nam, si vidisset, quovis [28] profecto, quam isto modo a te agi maluisset.

69. Contentionis secundum argumentum

Arguis fatentem. Non est satis. Accusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico, meliorem quam tu, aut, ut tu vis, parem. Haec non modo mirabilia sunt, sed prodigii [1] simile est, quod dicam. Non habet eam vim ista accusatio, ut Q. Ligarius condemnetur, sed ut necetur. Hoc egit civis romanus ante te nemo: externi isti sunt mores. Usque ad sanguinem incitari solet odium aut levium [2] graecorum, aut immanium [3] barbarorum. Nam quid aliud agis? ut Romae ne sit? ut domo careat? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Broccho, avunculo suo, ne cum eius filio, consobrino [4] suo, ne nobiscum vivat? ne sit in patria? Num est? num potest magis carere his omnibus, quam caret? Italia prohibetur, exsulat [5]. Non tu ergo hunc patria privare, qua caret, sed vita, vis. Atque istud, ne apud eum quidem dictatorem [6], qui omnes quos oderat, morte multabat, quisquam egit isto modo. Ipse iubebat occidi, nullo postulante [7]: praemiis etiam invitabat [8]. Quae

24. **Crudelitas,** *rigor cruel.* — **acuo,** *aguilhoar, acirrar, excitar.*
25. **Prudentiam desidero,** *lamento a falta de prudência (experiência).*
26. **Ingenium,** *talento*; **doctrina,** *cultura.*
27. **Genus hoc causae,** *o carácter desta causa.*
28. **Quovis... quam isto modo,** *de qualquer outro modo menos deste.*

69. 1. **Prodigii simile,** *uma monstruosidade.*
2. **Levium,** *levianos*: os Romanos do tempo de Cícero desprezavam os *«graeculi»*, a cuja leviandade opunham a sua *«gravitas»*.
3. **Immanis,** *cruel, desumano.*
4. **Consobrinus,** *primo.*
5. **Exsulare,** *estar no exílio.*
6. **Dictatorem**: Sila.
7. **Nullo postulante,** *sem ninguém o acusar.*
8. **Præmiis... invitabat,** *convidava até com recompensas*: no

tamen crudelitas ab eodem aliquot annis post, quem nunc crudelem esse vis, vindicata est [9].

V. Ego vero istud non postulo, inquies. Ita mehercle [10] existimo, Tubero. Novi enim te, novi patrem, novi domum nomenque vestrum, studia [11] denique generis ac familiae vestrae, virtutis, humanitatis [12], doctrinae plurimarum artium atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Itaque certo scio, vos non petere sanguinem; sed parum attenditis [13]. Res enim eo spectat [14], ut ea poena in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quae est igitur alia, praeter mortem? Si enim in exsilio est, sicuti est, quid amplius postulatis? An, ne ignoscatur? hoc vero multo acerbius, multoque est durius. Quod nos domi petimus, precibus et lacrimis, strati [15] ad pedes, non tam nostrae causae fidentes, quam huius humanitati, id ne impetremus, pugnabis? Et in nostrum fletum irrumpes [16]? et nos iacentes ad pedes, supplicum voce prohibebis [17]? Si, cum hoc domi [18] faceremus, quod et fecimus, et, ut spero, non frustra fecimus, tu derepente irrupisses, et clamare coepisses: Caesar, cave ignoscas, cave te fratrum, pro fratris salute obsecrantium, misereatur; nonne omnem humanitatem exuisses [19]? Quanto hoc durius, quod nos domi petimus, id a te in foro oppugnari? et in tali miseria multorum perfugium [20] misericordiae tollere?

tempo de Sila as acusações eram bem pagas.
9. **Vindicata est,** *foi punida.*
10. **Ita mehercle existimo,** *assim o creio sem dúvida.*
11. **Studia,** *afeições, gosto por.*
12. **Humanitas,** *cultura* (intelectual e moral). — **doctrina,** *ciência.* — **artes optimæ,** *belas-artes.*
13. **Parum attenditis,** *não reflectis suficientemente.*
14. **Res eo spectat,** *a coisa* (a acusação) *tende a.*
15. **Strati ad pedes,** *prostrados aos pés*: exagero oratório. César tratava Cícero como amigo.
16. **Irrumpo**: *irromper, interferir violentamente.*
17. **Supplicum voce prohibebis,** *tirar-nos-ás da boca as palavras de súplica.*
18. **Domi,** *em casa* (de César).
19. **Exuo,** *despojar-se de.*
20. **Perfugium,** *asilo.* — **misericordia,** *compaixão.*

Dicam plane, C. Caesar, quod sentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas [21] tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines (intellego quid loquar), acerbissimo luctu redundaret ista victoria. Quam multi enim essent de victoribus qui te crudelem esse vellent, cum etiam de victis reperiantur? quam multi, qui cum a te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cum etiam ii, quibus ipse ignovisti, nolint te in alios esse misericordem? Quod si probare Caesari possemus, in Africa Ligarium omnino non fuisse: si honesto et misericordi mendacio saluti civis calamitosi [22] esse vellemus, tamen hominis non esset in tanto discrimine [23] et periculo civis, refellere [24] et coarguere nostrum mendacium, et, si esset alicuius, eius certe non esset, qui in eadem causa et fortuna fuisset. Sed tamen aliud est errare Caesarem nolle, aliud nolle misereri. Tum diceres: Cave, Caesar, credas: fuit in Africa Ligarius; tulit arma contra te. Nunc quid dicis? cave ignoscas. Haec nec hominis nec ad hominem vox est: qua qui apud te, C. Caesar, utetur, suam citius abiciet humanitatem [25], quam extorquebit tuam.

VI. Ac primus aditus [26] et postulatio [27] Tuberonis haec, ut opinor, fuit: velle se de Q. Ligarii scelere dicere. Non dubito, quin admiratus sis, vel quod de nullo alio quisquam, vel quod is, qui in eadem causa fuisset, vel quidnam novi facinoris afferret. Scelus tu illud vocas, Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit. Alii errorem appellant, alii timorem; qui durius, spem, cupiditatem [28], odium, pertinaciam; qui

21. **Lenitas,** *brandura.* — **luctus, us,** *tristeza.*

22. **Calamitosus,** *infeliz.*

23. **In... discrimine et periculo,** *num momento tão crítico e tão perigoso.*

24. **Refellere,** *refutar.*—**coarguere,** *desmentir.*

25. **Humanitas,** *sentimentos de homem.* — **extorqueo,** *despojar, arrebatar, extorquir.*

26. **Aditus,** *entrada, passo*: o primeiro acto judiciário de Tuberão.

27. **Postulatio,** *pedido, intento*: pedir ao pretor autorização para acusar.

28. **Cupiditas,** *ambição.* — **pertinacia,** *obstinação.*

gravissime [29], temeritatem [30]; scelus, praeter [31] te, adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium et verum nomen nostri mali quaeratur, fatalis [32] quaedam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse; ut nemo mirari debeat, humana consilia divina necessitate [33] esse superata. Liceat esse miseros: quamquam hoc victore esse non possumus. Sed non loquor de nobis; de illis loquor, qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces; sceleris vero crimine, furoris [34], parricidii, liceat [35] Cn. Pompeio mortuo [36], liceat multis aliis carere. Quando hoc quisquam ex te, Caesar, audivit, aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi a te contumeliam [37] propulsare? quid egit tuus ille invictus exercitus, nisi ut suum ius tueretur [38], et dignitatem tuam? quid? tu, cum pacem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret [39]? Mihi vero, Caesar, tua in me maxima merita, tanta certe non viderentur, si me ut sceleratum, a te conservatum putarem. Quomodo autem tu de republica benemeritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionem [40] tu illam existimavisti, Caesar, initio, non bellum, non hostile odium, sed civile discidium [41]; utrisque cupientibus rempublicam salvam, sed partim consiliis, partim studiis [42]

29. **Qui gravissime,** *os que mais severamente.*

30. **Temeritas,** *irreflexão, leviandade.*

31. **Præter te,** *a não ser tu, à excepção de ti.*

32. **Fatalis,** *inevitável.* — **improvidus,** *que se não pode prever. fora de toda a previsão humana.*

33. **Necessitas,** *fatalidade.*

34. **Furor,** *loucura.* — **parricidium,** *alta traição, parricídio.*

35. **Liceat carere,** *que lhe seja ao menos poupado.*

36. **Mortuo,** *agora que está morto.*

37. **Contumelia,** *ofensa.* — **propulso,** *repelir.*

38. **Ius tueretur,** *defendes os teus direitos.*

39. **Ut conveniret,** *para te pores de acordo com, entenderes-te com.*

40. **Secessio,** *retirada*: era o termo empregado para as insurreições políticas, particularmente da plebe que se retirou para o Aventino.

41. **Discidium,** *desacordo.*

42. **Studium,** *facciosismo político.*

a communi utilitate aberrantibus [43]. Principum dignitas erat paene par: non par fortasse eorum, qui sequebantur; causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certe ea iudicanda est, quam etiam Dii adiuverunt. Cognita vero clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit [44] nemo, nisi armatus?

70. Peroratio

Itaque num tibi videor, Caesar, in causa Ligarii occupatus [1] esse? num de eius facto [2] dicere? Quidquid dixi, ad unam summam [3] referri volo vel humanitatis, vel clementiae, vel misericordiae tuae. Causas, Caesar, egi multas, et quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum [4] tuorum; certe nunquam hoc modo: *Ignoscite, iudices; erravit; lapsus est; non putavit; si unquam posthac* [5]... Ad parentem sic agi solet; ad iudices: *Non fecit, non cogitavit, falsi testes, fictum crimen.* Dic te, Caesar, de facto Ligarii iudicem esse; quibus in praesidiis fuerit, quaere. Taceo. Ne haec quidem colligo, quae fortasse valerent etiam apud iudicem. Legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello oppressus, in eo non acerbus, tum etiam totus animo et studio tuus. Ad iudicem sic agi solet, sed ego ad parentem loquor: Erravi, temere feci, poenitet; ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, ut ignoscas, oro. Si nemo impetravit, arroganter [6]; si plurimi, tu idem fer opem [7], qui spem dedisti. An sperandi Ligario causa non sit, cum mihi apud te sit locus etiam pro altero deprecandi?

43. **Aberrare,** *desviar-se.* — **principum,** *dos chefes* (de César e de Pompeu).
44. **Occiderit,** *morreu.*
70. 1. **In causa occupatus esse,** *estar obsessionado com a causa.*
2. **De eius facto,** *sobre a sua conduta.*
3. **Ad unam summam,** *a um ponto capital.*
4. **Ratio honorum,** *a tua carreira política.*
5. **Posthac,** *doravante.*
6. **Arroganter,** *por presunção.*
7. **Opem ferre,** *vir em auxílio.*

XI. Quamquam neque in hac oratione spes est posita causae, nec in eorum studiis, qui a te pro Ligario petunt, tui necessarii. Vidi enim et cognovi, quid maxime spectares, cum pro alicuius salute multi laborarent; causas apud te rogantius gratiosiores [8] esse, quam vultus; neque spectare te, quam tuus esset necessarius is, qui te oraret, sed quam illius, pro quo laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa, ut mihi beatiores illi esse videantur interdum, qui tua liberalitate fruuntur, quam tu ipse, qui illis tam multa concedis. Sed video tamen apud te causas, ut dixi, rogantium valere plus, quam preces; ab iisque te moveri maxime, quorum iustissimum dolorem videas in petendo.

In Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies necessariis tuis; sed hoc, quaeso, considera, quod soles. Possum fortissimos viros, Sabinos, tibi probatissimos [9]; totumque agrum Sabinum, florem Italiae ac robur reipublicae proponere. Nosti optime homines. Animadverte horum omnium maestitiam et dolorem; huis T. Brocchi, de quo non subito, quid existimes, lacrimas squaloremque [10] ipsius et filii vides. Quid de fratribus dicam? Noli, Caesar, putare, de unius capite [11] nos agere. Aut tres tibi Ligarii retinendi in civitate sunt; aut tres ex civitate exterminandi [12]. Quodvis exsilium his est optatius, quam patria, quam domus, quam Dii penates, uno illo exsulante. Si fraterne, si pie, si cum dolore faciunt, moveant te horum lacrimae, moveat pietas, moveat germanitas [13]: valeat tua vox illa, quae vicit. Te enim dicere audiebamus, nos, omnes adversarios putare nisi qui nobiscum essent; te omnes, qui contra te non essent, tuos. Videsne igitur hunc splen-

8. **Causas gratiosiores,** *causas mais recomendáveis.* — **vultus,** *traços fisionómicos.*
9. **Probatissimos,** *muito estimados.*
10. **Squalor,** *desalinho*: trajo de luto usado pelos acusados e pelos seus amigos durante o processo.
11. **De capite,** *da reintegração política.*
12. **Exterminare,** *desterrar.*
13. **Germanitas,** *amor fraterno.*

dorem [14], omnem hanc Brocchorum domum, hunc L. Marcium, C. Caesetium, L. Corfidium, hosce omnes equites romanos, qui adsunt veste mutata [15]; non solum notos tibi, verum etiam probatos viros, tecum fuisse? Atque his irascebamur, hos requirebamus, his nonnulli etiam minabamur. Conserva igitur tuis suos: ut quemadmodum cetera, quae dicta sunt a te, sic hoc verissimum reperiatur...

XII. Quod si penitus perspicere posses concordiam [16] Ligariorum, omnes fratres tecum iudicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus fuerit, in qua fratres fuerunt? Qui est, qui horum consensum conspirantem [17] et paene conflatum [18], in hac prope aequalitate [19] fraterna, non noverit? qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam, ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur? Voluntate igitur omnes tecum fuerunt: tempestate [20] abreptus est unus, qui, si consilio [21] id fecisset, esset eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti.

Sed ierit ad bellum: discesserit non a te solum, verum etiam a fratribus: hi te orant tui. Equidem, cum tuis omnibus negotiis interessem, memoria teneo, qualis T. Ligarius quaestor urbanus fuerit erga te et dignitatem tuam. Sed parum est, me hoc meminisse: spero etiam te, qui oblivisci nihil soles, nisi iniurias, quoniam

14 **Splendor,** *nobreza.*

15. **Veste mutata:** pode traduzir-se mais livremente por «*enlutados*», pois os amigos do acusado apresentavam-se vestidos de luto e com a barba por fazer. A veste dos cavaleiros era o «*angustus clavus*» — toga com duas franjas de púrpura, mais estreitas do que as dos senadores (*latus clavus*) que desciam por ambos os lados da toga.

16. **Concordia,** *união fraterna de corações.*

17. **Conspirare,** *estar de acordo.*

18. **Pæne conflatum,** *como que fundidos.*

19. **Aequalitas,** *igualdade:* refere-se à idade.

20. **Tempestate abreptus est,** *foi arrastado pelas circunstâncias*; outros dão a **tempestas** o sentido de «*tempestade*».

21. **Consilio,** *de propósito, de caso pensado.*

hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de huius illo quaestorio [22] officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam quaestoribus reminiscentem recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud (neque enim haec divinabat [23]), nisi ut tu eum studiosum [24] tui et bonum virum iudicares, nunc a te supplex fratris salutem petit. Quam huius admonitus officio, cum utrisque his dederis, tres fratres optimos et integerrimos [25], non solum sibi ipsos, neque his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam reipublicae condonaveris [26].

Fac igitur, quod de homine nobilissimo et clarissimo M. Marcello fecisti nuper in curia [27], nunc idem in foro de optimis et huic omni frequentiae [28] probatissimis fratribus. Ut concessisti illum senatui, sic da hunc populo, cuius voluntatem carissimam semper habuisti; et, si ille dies [29] tibi gloriosissimus, populo rom. gratissimus fuit, noli, obsecro, dubitare, C. Caesar, similem illi gloriae laudem quam saepissime quaerere. Nihil est enim tam populare, quam bonitas; nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior, nec gratior misericordia est. Homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando. Nihil habet nec fortuna [30] tua maius, quam ut possis; nec natura tua melius, quam ut velis servare quam plurimos.

Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certe natura breviorem. Quare, cum utilius esse arbi-

22. **De... quæstorio officio,** *dos serviços que ele te prestou quando questor.*

23. **Divinare,** *adivinhar, prever.*

24. **Studiosum tui,** *dedicado a ti, afeiçoado a ti.*

25. **Integerrimos,** *tão honrados.*

26. **Condonare,** *fazer presente de, perdoar, salvar.* — **reipublicae,** *para a república.*

27. **Curia,** *senado.*

28. **Huic omni frequentiae,** *a toda esta assembleia*: dos 3 irmãos e de seus amigos.

29. **Ille dies:** o dia do perdão de Marcelo, obtido por intercessão do senado e das lágrimas de seu irmão.

30. **Fortuna,** poder. — **natura,** *carácter.*

trer, te ipsum, quam aut me, aut quemquam, loqui tecum, finem iam faciam: tantum te ipsum admonebo, si illi[31] absenti salutem dederis, praesentibus his omnibus te daturum.

M. CICERONIS IN M. ANTONIUM PHILIPPICA SECUNDA

ARGUMENTUM

Priore, quam habuisset Cicero, oratione graviter offensus Antonius, iussit Senatum haberi XIII kal. oct. eique Ciceronem adesse. Ipse interea per 17 dies secessit, ut in Tiburtino Scipionis declamitaret. Ubi dies condicta venit, Senatum coegit in aedem Concordiae, ubi in Ciceronem absentem multa pronuntiavit, maxime vero quod Ciceronis fides in amicitia servanda non esset constans; quod Cicero male gratus in ipsum fuisset; quod crudelis esset, idque criminibus demonstrat, quae a coniuratis Catilinae, a morte Clodii et Caesaris, ab immani belli civilis casu, petit. Cicero autem non adfuerat, hortantibus amicis, qui scirent Antonium caedem adversariorum a Cicerone ortum sumpturum. Sed finxit se adesse, et hanc orationem contra pronuntiare, qua et crimina diluit, quae sibi Antonius obiecerat, et vitia Antonii eiusque male facta recenset.

EXORDIUM

Ex abrupto et breve. — De suis adversariis.

1. — Nemo sibi fuit inimicus, quin fuerit improbus. Poenas subierunt, quas dicit, maiores fuisse, quam optaret.

2. — Antonius sibi est inimicus: Cur? Quod despiceret Ciceronem? Quod cum illo vellet contendere eloquentia? Ut se probare posset hostibus patriae.

REFUTATIO

Tria sibi obiciebantur: quod violaret leges amicitiae; quod consulatum crudeliter gessisset; quod auctor fuisset multarum caedium.

---

31. **Illi,** *a ele*: Ligário.

a) **De violata amicitia:**

1. — Cum aliquem defendisset Cicero, sibi familiarem, contra socerum Antonii.

Respondet id se fecisse ad defendendum amicum iniuste oppressum potentia male parta Antonio.

2. — In petendo auguratu, Antonius illud munus Ciceroni condonavit.

Resp. Quo ex collegio debebant candidatum proponere ut quis eligeretur?

Atqui hoc fecerunt Pompeius et Hortensius. Praeterea ut quis augur eligeretur debebat aere alieno esse solutus: id quod non erat Antonius — qui Curione absente, nullam sibi tribum devincire poterat.

3. — Quod immemor fuisset beneficii ab Antonio accepti, qui ex Pharsalica pugna redeuntem Ciceronem, Brudusii non interfecit:

Resp. Quod est beneficium? Vitaene? At Caesar vitam et gratiam concesserat. — Fac sit beneficium. — Nihil tamen aliud est, quam *beneficium latronum.*

4. — De litteris quas Antonius in medium profert. Hoc dicit Cicero contra humanitatem et sensum vitae communis factum fuisse. Eas tamen a se scriptas fuisse potest negare. Deinde, eas esse plenas officii, cum illas scripsisset ad Antonium, tanquam bonum civem.

b) **De consulatu crudeliter gesto:**

1. — Petit benevolentiam audientium, cum pro se sibi sit dicendum. Neque Antonium ut consulem tractabit, cum ille Ciceronem esse consularem obliviscatur.

2. — Ridet stultitiam hominis, quod apud eos incusat Ciceronis consulatum, qui illum semper laudaverunt. Non placet Antonio consulatus Ciceronis? At placuit, ex iis qui iam mortui sunt consularibus omnibus et consulibus, qui tunc erant designati, et Catoni, qui cum non esset consularis, mira fruebatur auctoritate. Maxime vero probatus est Pompeio qui dixit, cum rediret ex bello Mithridatico, se quod posset in patriam redire, acceptum Ciceroni referre. Ex iis qui supersunt, consulares duo sunt tantum, et iis placet consulatus Ciceronis: Cotta et L. Caesar, avunculus Antonii. — Digressio in Antonium, qui nunquam Caesari rettulit de republica, sed illis, quorum natalicia tanto strepitu in conviviis celebrantur, et hominum quidem ignobilium.

3. — At homines armatos collocavit in clivo Capitolino. *Resp.* Si quidem fuerunt armati cives; sed illi omnes cives boni erant, qui defendere rempublicam volebant in tanto discrimine, quo coniurati convicti sunt.

4. — At negavit sepulturam vitrici.

Resp. Hoc ne Clodius quidem dixit unquam. Illud est profecto: vult Antonius ut omnibus sit notum, se apud vitricum educatum fuisse.

5. — Laudari videtur Cicero, cum illos coniuratos in apertum venisse consilium de perdenda republica convicit; vituperare autem eos apud quos dicit, qui poenas in illos statuerant.

6. — *De carminibus:* Voluit Antonius esse facetus. «*Cedant arma togae*». Nonne cesserunt? Nunc vero, ad patriae ruinam toga cessit armis Antonii. — De consilio suo in scribendis carminibus.

7. — De militibus in clivo Capitolino.

c) De sceleribus, quorum auctor fuit Cicero:

1. — *De Clodio* — Quid cum Antonius eum voluit interficere, etiamne Ciceronem ad consilium adhibuit? De Milone Cicero ne suspicari quidem potuit, nec Milo indigebat auctoribus, ut reipublicae prodesset.

2. — *De Bello Civili* — Non Cicero auctor fuit, nam semper pacem proposuit. Non Pompeium contra Caesarem excitavit. Duo tempora fuerunt quibus Cicero Pompeio de Caesare consilium dedit. Primum, consule Bibulo, ut Pompeius a Caesaris societate sevocaret. Nihil egit. Secundum, cum Pompeium hortatus est ne Caesari quinquennium alterum prorogaretur. Postea, prudentis non erat illos inter se seiungere.

3. — *De Caesare interfecto* — Nemo unquam Ciceronem audivit in coniuratis, cum omnes sint notissimi; immo vero, cum non pauci qui non fuerint, post rem patratam, inter coniuratos se falso annumerent. Praeterea interfectores non erant excitandi alienis consiliis, cum domesticis excitarentur.

Obiectio: Sed Brutus pugionem cruentatum attollens, nomen Ciceronis pronuntiavit.

Resp. potuit appellare alia de causa: quod Cicero consul viam illam indicaret.

At Cicero laetatus est? Sicut omnes cives boni. Deinde ostendit Antonium pugnantia dicere, cum Brutum honoris causa, laudet, qui Caesarem interfecit, et Ciceronem vituperet, quod vir conscius coniurationis fuerit. Pugnantia facit, nam ornat auctores necis, et Ciceronem ob leves suspiciones condemnat.

4. — *De castris Pompeianis* — Illic Cicero odiosus fuit importunis iocis.

Resp. Quamquam consilia de republica dissentiebant, nunquam tamen voluntates. Nam Pompeius numquam fuit a Cicerone alienus. Quod si iocis usus est, id fecit moderate et ad animum relaxandum.

5. — *De haereditatibus* — Nullus haeredem Ciceronem instituit.

Resp. Utinam hoc esset verum! Plures viverent amici Ciceronis. Negat tamen, nam accepit haereditatibus HS. ducenties. Contra, Antonius invadit in fortunas hominum minime sibi familiarium, sed plane ignotorum.

CONFIRMATIO

Quid egerit Antonius in pueritia. Quid in magistratibus: 1. in tribunatu; 2. in equitum magisterio; 3. Quid in vita privata; 4. quid in consulatu.

1. **In Tribunatu** — Ab hoc scelere omnia mala sunt derivata.

a) Cum ex Senatus consulto Caesari a provincia decedendum esset, Antonius intercessit, et hostis reipublicae iudicatus, ad Caesarem fugit. Ex quo Caesar, cupiens omnia perturbare, causam arripuit ut bellum contra patriam inferret — «quod vellet ius tribunicium defendere». Ex consequentibus ostendit, Antonium omnium calamitatum causam fuisse, quae ex bello civili ortae sunt. Consules coacti sunt fugere — sicut alii magistratus. Tres exercitus deleti sunt — hos delevit Antonius. Clarissimi cives interfecti sunt. Interfecit Antonius.

b) In reliquo tribunatu similiter se gessit. Restituit enim multos calamitosos — non patruum, repetundarum damnatum (Antonium, Ciceronis in consulatu collegam) — sed Denticulum, collusorem suum, de alea condemnatum.

c) Profecto Caesare in Hispaniam, Antonius Italiam lustravit. At quomodo! Nam duxit mimam, quae inter lictores laureatos lectica portabatur, quam municipales advenientem salutabant, eamque mater Antonii sequebatur.

d) Alia in Bello Civili scelera recenset, ita tamen cautus ne alienet a se veteranos, et ita silentio omittit. De reditu Antonii in Italiam — De beneficio quod non Ciceronem ibi interfecerit.

2. **In Magisterio Equitum:** Illud obtinuit, inscio Caesare. De egestate Antonii, qua ductus tot rapinas et possessiones haereditatum sibi dabat.

a) De eius levitate in nuptiis Hipiae — Vinolentia.

b) De eius impudentia in emendis bonis Pompei — huius rei indignitatem amplificat, quia id solus ausus est, cum multi alii cives improbi ab hoc scelere abstinerent. Quam cito tot bona, domus adeo locupletis, brevissime sint dissipata. Exponit emptionem domus et hortorum Pompei ab ipsius domus sanctitate, a spoliis, a comparatione Pompei, viri sanctissimi, cum Antonio, viro perditissimo et impudentissimo.

71. Exordium

1. Quonam meo fato[1], Patres conscripti[2], fieri dicam[3], ut nemo his annis viginti[4] rei publicae fuerit hostis[5], qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? Nec vero necesse est quemquam a me nominari: vobiscum ipsi recordamini. Mihi poenarum illi[6] plus quam optaram dederunt[7]: te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus[8] non perhorrescere. Atque hoc[9] in aliis minus mirabar; nemo enim illorum inimicus mihi fuit voluntarius: omnes a me rei publicae causa lacessiti[10]. Tu ne verbo quidem violatus[11], ut[12] audacior quam Catilina, furiosior quam Clodius viderere, ultro[13] me maledictis[14] lacessisti, tuamque a me alienationem[15] commendationem tibi ad impios cives fore putavisti.

2. Quid putem? Contemptumne me? Non video nec in vita[16], nec in gratia[17], nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate[18] ingenii, quid despicere possit

---

71. 1. **Quonam meo fato,** *por que fatalidade minha.*
2. **Patres conscripti,** *senadores.*
3. **Dicam,** *hei-de dizer*: conj. deliberativo.
4. **His annis viginti:** passaram-se pouco mais de 19 anos desde o consulado de Cícero e a conjuração de Catilina.
5. **Hostis,** *inimigo* (público); *inimicus*, inimigo (pessoal).
6. **Illi:** os conjurados de Catilina de 63 e Clódio em 52.
7. **Pœnas dare,** *sofrer o castigo.*
8. **Exitus, us,** *morte natural*; *interitus* ou *exitium* = morte violenta. — **perhorrescere,** *ter horror, temer.*
9. **Hoc:** a hostilidade contra mim.
10. **Lacessere,** *ferir, molestar, atacar.*
11. **Violare,** *ultrajar, ofender* (com violência); *laedere* = ferir fìsicamente; *offendere* = ferir os sentimentos.
12. **Ut** (consecutivo), *de tal maneira que.*
13. **Ultro,** *sem seres provocado* (lit.: *de livre vontade*).
14. **Maledictum,** *injúria, maledicência*; *probrum* = palavra ofensiva; *convicium* = invectiva, palavra violenta, ultraje.
15. **Alienatio,** *ruptura.*—**commendatio,** *recomendação.*
16. **In vita,** *na vida particular.*
17. **In gratia,** *na minha influência política, na minha popularidade.*
18. **In... mediocritate ingenii,** *nos meus modestos talentos.*

Antonius. An in senatu facillime de me detrahi[19] posse credidit? qui ordo[20] clarissimis civibus *bene gestae* rei publicae testimonium multis, mihi uni *conservatae*[21] dedit. An decertare[22] mecum voluit contentione[23] dicendi? Hoc quidem est beneficium. Quid enim plenius, quid uberius mihi quam et pro me et contra Antonium dicere? Illud profecto: non existimavit sui similibus probari posse se esse hostem patriae, nisi mihi esset inimicus!

72. Ciceronis consulatus

10. Cum mihi, Patres conscripti, et pro me aliquid et in M. Antonium multa dicenda sint, alterum peto a vobis ut me pro me dicentem benigne[1], alterum ipse efficiam ut, contra illum cum dicam, attente audiatis. Simul illud oro, si meam *cum* in omni vita[2] *tum* in dicendo moderationem[3] modestiamque cognostis, ne me hodie, cum isti, ut provocavit, respondero, oblitum[4] esse putetis mei. Non tractabo[5] ut consulem: ne ille quidem me[6] ut consularem[7]. Etsi[8] ille nullo modo consul, vel quod ita vivit[9], vel quod ita rem publicam gerit, vel quod ita factus est; ego sine ulla controversia consularis.

---

19. **Detrahere,** *rebaixar*: *porventura julgou que as suas detracções seriam fàcilmente aceites pelo senado?*
20. **Ordo,** *classe.*
21. **Conservatae,** depois da conjuração de Catilina, Catão fizera com que fosse decretado para Cícero o título de *«pai da Pátria»*.
22. **Decertare,** *rivalizar.*
23. **Contentio,** *rivalidade, torneio.*

72. 1. **Benigne,** (*audiatis*).
2. **In vita:** em toda a minha actividade. — **in dicendo,** *nos meus discursos.*
3. **Moderatio,** *moderação.* — **modestia,** *sentido das proporções.*
4. **Oblitum esse mei,** *que me esqueci de mim, que perdi as estribeiras*: Cícero procura justificar-se de algumas partes violentas do seu discurso: sabe o que faz.
5. **Tractabo** (*Antonium*).
6. **Me** (*tractavit*).
7. **Consularem,** *como dignidade consular, como cônsul que fui.*
8. **Etsi,** *aliás.*

11. Ut igitur intellegeretis qualem ipse se consulem profiteretur, obiecit [10] mihi consulatum meum. Qui consulatus *verbo* [11] meus, Patres conscripti, *re* vester fuit. Quid enim ego constitui, quid gessi, quid egi nisi ex huius ordinis consilio, auctoritate, sententia? Haec tu homo sapiens, non solum eloquens, apud eos, quorum consilio sapientiaque [12] gesta sunt, ausus es vituperare? Quis autem meum consulatum, praeter te Publiumque Clodium [13], qui vituperaret, inventus est? Cuius quidem tibi fatum, sicut C. Curioni [14], manet [15], quoniam id [16] domus tuae est [17], quod fuit illorum utrique fatale [18].

12. Non placet M. Antonio consulatus meus. At placuit P. Servilio [19], ut eum primum nominem ex illius temporis consularibus, qui proxime [20] est mortuus; placuit Q. Catulo [21], cuius semper in hac re publica vivet auctoritas; placuit duobus Lucullis [22], M. Crasso [23],

9. **Quod ita vivit:** a sua vida; **quod ita rem publicam gerit:** a sua administração; **quod ita factus est:** a sua eleição: de facto, António não fora eleito pelos comícios, mas nomeado por César.

10. **Obiecit mihi,** *lançou-me em rosto.*

11. **Verbo,** *nominalmente.* — **re,** *na realidade, de facto.*

12. **Consilio sapientiaque,** (hendíadis), *esclarecido parecer.*

13. **P. Clodius:** o tribuno que exilou Cícero e foi assassinado por Milão.

14. **C. Curio:** era um libertino e foi a alma danada de António. Morreu na África em 49 lutando contra Varo e Juba.

15. **Manet** (*tibi*) *aguarda-te, espera-te.*

16. **Id:** pronome, com sentido depreciativo: Fúlvia mulher de António, que fora casada com Clódio e com Cúrio.

17. **Domus tuae est,** *pertence à tua casa.*

18. **Fatalis,** *funesto.*

19. **P. Servilius:** cônsul em 79, morto em 44.

20. **Proxime,** *há muito pouco tempo.*

21. **Catulus:** cônsul em 78, morto em 60. Era o *leader* dos *optimates.* Foi ele quem, juntamente com Catão, propôs que Cícero fosse proclamado «pai da Pátria».

22. **Luculli:** Lúcio, cônsul em 74, lutou contra Mitridates e morreu em 56; Marco, seu irmão, foi cônsul em 73, distinguiu-se na Macedónia e morreu em 56.

23. **M. Crassus:** cônsul em 70, triúnviro com Pompeu e César; morreu na guerra contra os Partos em 53.

Q. Hortensio [24], C. Curioni [25], C. Pisoni [26], M. Glabrioni [27], M. Lepido [28], L. Volcatio [29], C. Figulo [30], D. Silano [31], L. Murenae, qui tum erant consules designati; placuit idem quod consularibus M. Catoni [32], qui cum multa vita excedens [33] providit, tum quod te consulem non vidit. Maxime vero consulatum meum Cn. Pompeius probavit, qui ut me primum decedens ex Syria vidit, complexus et gratulans meo beneficio patriam se visurum esse dixit. Sed quid singulos commemoro? Frequentissimo [34] senatui sic placuit, ut esset nemo qui mihi non ut parenti gratias ageret, qui mihi non vitam suam, fortunas, liberos, rem publicam referret [35] acceptam.

13. Sed quoniam illis, quos nominavit, tot et talibus viris res publica orbata est, veniamus ad vivos, qui duo de consularium numero reliqui sunt. L. Cotta [36], vir summo ingenio summaque prudentia, rebus iis gestis, quas tu reprehendis, supplicationem [37] decrevit verbis amplissimis, eique illi ipsi, quos modo nominavi, consulares senatusque cunctus assensus est; qui honos post conditam hanc Urbem habitus est togato [38] ante me nemini.

24. **Q. Hortensius:** famoso orador e rival de Cícero; cônsul em 69.

25. **C. Curio:** acima mencionado; cônsul em 76.

26. **C. Piso:** cônsul em 67.

27. **M. Glabrio:** cônsul em 67 e um dos últimos generais que combateram contra Mitridates. Apoiou muito César contra Catilina.

28. **M. Lepidus:** futuro triúnviro, cônsul em 66.

29. **L. Volcatius:** cônsul em 66.

30. **C. Figulus:** cônsul em 64.

31. **D. Silanus** e **L. Murena:** deviam tomar posse dos seus cargos em 62; como cônsules designados, o seu parecer tinha muita importância, pois a sua aprovação mostrava já a política que iam seguir.

32. **M. Cato:** morreu em Útica, sem ter passado por pretor; na repressão da conjuração de Catilina teve grande papel.

33. **Vita excedens,** *ao morrer.* — **providit,** *tomou providências.*

34. **Frequentissimo senatui,** *ao senado em peso.*

35. **Referret,** *atribuísse.*

36. **L. Cotta:** cônsul em 65.

37. **Supplicatio,** *solene acção de graças* aos deuses.

38. **Togatus,** *vestido de toga, civil* (por oposição a militar).

14. L. Caesar [39], avunculus tuus, qua oratione, qua constantia [40], qua gravitate sententiam dixit in [41] sororis suae virum, vitricum tuum! Hunc tu cum auctorem [42] et praeceptorem omnium consiliorum totiusque vitae debuisses habere, vitrici te similem quam avunculi maluisti. Huius ego alienus [43] consiliis consul usus sum: tu, sororis filius, ecquid ad eum unquam de re publica rettulisti [44]? At ad quos refert? di immortales! ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt [45].

15. Hodie non descendit [46] Antonius. Cur? Dat nataliciam [47] in hortis. Cui? Neminem nominabo: putate tum Phormioni [48] alicui, tum Gnathoni, tum etiam Ballioni. O foeditatem [49] hominis flagitiosam! O impudentiam [50], nequitiam, libidinem non ferendam! Tu cum principem [51] senatorem, civem singularem tam propinquum habeas, ad eum de re publica nihil referas, referas ad eos, qui *suam* rem nullam habent, *tuam* exhauriunt? Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus. Adeone pudorem cum pudicitia perdidisti, ut hoc in eo templo [52] dicere ausus sis, in quo ego senatum illum, qui quondam florens orbi terrarum praesidebat,

---

39. **L. Caesar:** primo de Júlio César e cônsul em 65.
40. **Constantia,** *firmeza de carácter.* — **gravitas,** *seriedade.*
41. **In virum,** *contra o marido.* — **vitricus,** *padrasto* (Lêntulo).
42. **Auctor,** *conselheiro.* — **praeceptor,** *mestre.* — **consilium,** *resolução.*
43. **Huius ego alienus,** *eu que não lhe era nada, que não era seu parente.*
44. **Ecquid ad eum... rettulisti,** *porventura deste-lhe conta?*
45. **Quorum... audiendi sunt,** *de cujos aniversários natalícios temos de tomar conhecimento* (pelo barulho das festas que António dava nos jardins de Pompeu).
46. **Non descendit** (subent. *in forum*).
47. **Nataliciam** (subent. *cenam*).
48. **Phormioni...** Fórmio, Gnato e Bálio eram três parasitas das comédias de Terêncio e Plauto.
49. **Fœditas,** *fealdade, ignomínia.* — **flagitiosus,** *vergonhoso, desonroso.*
50. **Impudentia,** *desaforo.* — **nequitia,** *malvadez.* — **libido,** *paixão desenfreada.* — **non ferendam,** *insuportável.*
51. **Princeps,** *principal, de primeira categoria.*
52. **In eo templo:** no templo

consulebam, tu homines perditissimos cum gladiis collocavisti?

16. At etiam ausus es (quid autem est quod tu non audeas?) Clivum Capitolinum [53] dicere, me consule, plenum servorum [54] armatorum fuisse: ut illa, credo [55], nefaria senatus consulta fierent, vim afferebam senatui. O miser, sive illa tibi nota non sunt (nihil enim boni nosti), sive sunt, qui [56] apud tales viros tam impudenter loquare! Quis enim eques Romanus, quis praeter te adulescens nobilis, quis ullius ordinis, quis se civem esse meminisset, cum senatus in hoc templo esset, in Clivo Capitolino non fuit? quis nomen non dedit [57]? Quamquam, nec scribae sufficere nec tabulae [58] nomina illorum capere potuerunt.

17. Etenim cum homines nefarii de patriae parricidio confiterentur, consciorum [59] indiciis, sua manu, voce paene litterarum coacti, se urbem inflammare, cives trucidare, vastare Italiam, delere rem publicam consensisse, quis esset qui ad salutem communem defendendam non excitaretur? praesertim cum senatus populusque Romanus haberet ducem [60], qualis si qui nunc esset, tibi idem, quod illis accidit, contigisset.

Ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum [61]. Hoc vero ne P. quidem Clodius dixit unquam: quem, quia iure [62] ei inimicus fui, doleo a te omnibus vitiis esse superatum.

---

da Concórdia, no qual Cícero pronunciara a 4.ª Catilinária. António pronunciou ali o seu ataque contra Cícero (1 de Set. 44).
53. **Clivus Capitolinus,** *Ladeira do Capitólio.*
54. **Servorum:** era uma calúnia de António; os escravos não podiam andar armados. Tratava-se de cavaleiros romanos.
55. **Credo** (por ironia), *sem dúvida.*
56. **Qui** (causæ).
57. **Nomen non dedit,** *não se alistou* (como voluntário na luta contra Catilina).
58. **Tabulae,** *tabuletas, registos.*
59. **Conscius,** *cúmplice.*
60. **Ducem:** o próprio Cícero.
61. **Ad sepulturam dare,** *sepultar.*
62. **Iure inimicus,** *justamente inimigo:* Clódio foi primeiro amigo de Cícero; mas desde que este num famoso processo depôs

18. Qui[63] autem tibi venit in mentem redigere in memoriam nostram[64] te domi P. Lentuli esse educatum? An verebare ne non putaremus natura[65] te potuisse tam improbum evadere, nisi accessisset etiam disciplina?

Tam autem eras excors[66], ut tota in oratione tua[67] tecum ipse pugnares[68], non modo non cohaerentia inter se diceres, sed maxime disiuncta atque contraria, ut non tanta mecum, quanta tibi tecum esset contentio. Vitricum tuum fuisse in tanto scelere[69] fatebare, poena affectum querebare. Ita, quod proprie meum est, laudasti; quod totum est senatus, reprehendisti: nam comprehensio[70] sontium *mea*, animadversio *senatus* fuit. Homo disertus non intellegit eum, quem contra[71] dicit, laudari a se; eos, apud quos dicit, vituperari!

19. Iam illud[72] cuius est, non dico audaciae (cupit enim se audacem), sed, quod minime vult, stultitiae, qua vincit omnes, Clivi Capitolini mentionem facere, cum inter subsellia[73] nostra versentur armati? cum in hac cella[74] Concordiae, di immortales, in qua, me consule, salutares sententiae dictae sunt, quibus ad hanc diem viximus, cum gladiis homines collocati stent? Accusa senatum; accusa equestrem ordinem, qui tum

contra ele, ganhou-lhe um ódio entranhável; e mais tarde, como tribuno, propôs o decreto que havia de expulsar Cícero para o exílio. Não contente com isto, mandou arrasar a casa que o orador tinha no Palatino.

63. **Qui,** *como.*

64. **Redigere in memoriam,** *trazer à memória.*

65. **Natura,** *por natureza.* — **disciplina,** *educação.*

66. **Excors,** *extravagante, tolo.*

67. **In oratione tua:** no discurso que António fizera no dia 19 de Setembro.

68. **Tecum pugnares,** *te contradizias.* — **non cohaerentia inter se,** *sem nexo e sem lógica.*

69. **In tanto scelere:** na conjuração de Catilina.

70. **Comprehensio,** *prisão.* — **sons, sontis,** *culpável.* — **animadversio,** *castigo.*

71. **Quem contra** = *contra quem:* expressão jurídica.

72. **Iam illud,** *além disso o facto de...* liga-se a «*mentionem facere*» que vem logo abaixo.

73. **Subsellia,** *bancos:* António colocara soldados no recinto do senado.

74. **Cella,** *templo:* parte pelo todo.

cum senatu copulatus fuit[75], accusa omnes ordines, omnes cives, dum confiteare hunc ordinem hoc ipso tempore ab Ityraeis[76] circumsederi. Haec tu non propter audaciam dicis tam impudenter, sed, qui[77] tantam rerum repugnantiam[78] non videas, nihil profecto sapis. Quid est enim dementius quam, cum rei publicae perniciosa arma ipse ceperis, obicere alteri salutaria?

20. At etiam quodam loco facetus esse voluisti. Quam id te, di boni, non decebat! in quo est tua culpa nonnulla; aliquid enim salis a mima[79] uxore trahere potuisti. «*Cedant arma togae*»[80]. Quid? tum nonne cesserunt? At postea tuis armis cessit toga. Quaeramus igitur utrum melius fuerit libertati populi Romani sceleratorum arma, an libertatem nostram armis tuis cedere.

Nec vero tibi de versibus plura respondebo: tantum dicam breviter te neque illos neque ullas omnino litteras nosse, me nec rei publicae nec amicis unquam defuisse, et tamen omni genere monumentorum[81] meorum perfecisse ut meae vigiliae meaeque litterae *et* iuventuti utilitatis *et* nomini Romano laudis aliquid afferrent.

73. Infâmias de António (*Antonii flagitia*)

85. Sedebat in rostris[1] collega tuus[2], amictus

75. **Copulare,** *unir.*

76. **Ityraeis:** os itureus eram um povo belicoso ao norte da Palestina. António escolheu-os, em número de 600, para seus guarda-costas.

77. **Qui:** causal.

78. **Repugnantia,** *oposição, contradição.*

79. **Mima,** *comediante: alusão* mordaz à união de António com a actriz Citéria antes de César com Fúlvia.

80. **Togae:** António tinha zombado deste verso do poema de Cícero intitulado: «*De meis temporibus*».

81. **Monumentorum,** *memórias, obras literárias.*

73. 1. **Rostra, orum:** tribuna dos oradores ornada com os esporões (*rostra*) dos navios inimigos tomados na batalha de Âncio. César instalou-a onde se encontra hoje, a oeste do Forum, entre a *Curia Iulia* e a Basílica Emília.

2. **Collega tuus:** Júlio César. — **amictus,** *vestido.*

toga purpurea[3], in sella aurea, coronatus. Escendis[4], accedis ad sellam (ita eras Lupercus[5], ut te consulem esse meminisse deberes), diadema[6] ostendis. Gemitus toto foro. Unde diadema? Non enim abiectum[7] sustuleras, sed attuleras domo, meditatum et cogitatum scelus. Tu diadema imponebas cum plangore[8] populi; ille cum plausu reiciebat. Tu ergo unus, scelerate, inventus es qui, cum auctor regni esses, eum, quem collegam habebas, dominum habere velles, idem[9] tentares quid populus Romanus ferre et pati posset.

86. At etiam misericordiam captabas: supplex te ad pedes abiciebas. Quid petens? ut servires[10]? Tibi uni peteres, qui ita a puero vixeras, ut omnia paterere, ut facile servires; a nobis populoque Romano mandatum id certe non habebas. O praeclaram illam eloquentiam tuam, cum es nudus[11] contionatus! Quid hoc turpius? quid foedius? quid suppliciis omnibus dignius? Num exspectas dum te stimulis fodiamus[12]? Haec te, si ullam partem habes sensus[13], lacerat, haec cruentat oratio. Vereor ne imminuam summorum virorum[14] gloriam; dicam tamen dolore commotus: quid indignius

3. **Toga purpurea:** a toga de púrpura do *imperator* durante o triunfo. O senado autorizara César a andar assim vestido habitualmente, bem como a sentar-se no seu *trono de oiro* **(sella aurea)** e a trazer uma coroa de louro que lhe ocultava a calvície.
4. **Escendis, accedis...,** *deixas o cortejo e sobes à tribuna.*
5. **Lupercus:** Luperco ou sacerdote de Pã; **ita ut,** tem sentido restritivo; *mas (devias lembrar-te...), com a condição de.*
6. **Diadema,** *coroa real, diadema.*
7. **Abiectum,** *aviltada:* encontrada por acaso na rua.
8. **Plangor,** *lamentação.*
9. **Idem,** *tu mesmo:* pode traduzir-se por: *além disso, ainda, ao mesmo tempo.*
10. **Servire,** *ser escravo.*
11. **Nudus:** os lupercos cobriam-se simplesmente com uma pele de cabra. — **contionari,** *falar ao povo.*
12. **Stimulis fodere,** *picar com o aguilhão* (como aos bois), ou *chicotear, açoitar* (como aos escravos).
13. **Sensus,** *sensibilidade.* — **lacerare,** *dilacerar.* — **cruentare,** *pôr a escorrer sangue.*
14. **Summorum virorum:** os assassinos de César que pouparam António.

quam vivere eum, qui imposuerit diadema, cum omnes fateantur iure interfectum esse qui abiecerit[15]!

87. At etiam adscribi[16] iussit in fastis[17] ad Lupercalia: *C. Caesari, dictatori perpetuo, M. Antonium consulem populi iussu regnum detulisse*[18]; *Caesarem uti noluisse.* Iam iam[19] minime miror te otium[20] perturbare; non modo urbem odisse, sed etiam lucem; cum perditissimis latronibus non solum de die[21], sed etiam in diem bibere. Ubi enim tu in pace consistes? Qui locus[22] tibi in legibus et iudiciis esse potest, quae tu, quantum in te fuit, dominatu regio sustulisti? Ideone L. Tarquinius[23] exactus est, Sp. Cassius, Sp. Maelius, M. Manlius necati, ut multis post saeculis a M. Antonio rex Romae constitueretur?

74. Peroratio

115. Recordare igitur illum, M. Antoni, diem, quo dictaturam sustulisti[1]; pone ante oculos laetitiam senatus populique Romani; confer[2] cum hac immani nundinatione[3] tua tuorumque: tum intelleges quantum inter lucrum et laudem[4] intersit[5]. Sed nimirum, ut quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt, sic libidinosi, avari, facinorosi[6] verae

15. **Abicere,** *abandonar.*
16. **Adscribere,** *acrescentar.*
17. **In fastis,** *no calendário oficial:* os *fastos* eram a história oficial onde eram consignados os acontecimentos mais importantes do ano.
18. **Detulisse** *(defero), oferecer.*
19. **Iam iam,** *ah! doravante...*
20. **Otium,** *a ordem, a paz.*
21. **De die,** *desde o começo do dia, de dia.* — **in diem,** *até ao dia seguinte,* i. é, *de noite.*
22. **Locus,** *lugar de confiança, refúgio.*
23. **L. Tarquinius:** último rei de Roma. — **Sp. Cassius,** vencedor dos Sabinos; morto em 486. — **M. Manlius:** apesar de ter salvado Roma, na invasão dos Gauleses (390), foi acusado do crime de alta traição e precipitado do alto da Rocha Tarpeia.

74. 1. **Sustulisti** *(tollo), aboliste:* logo após a morte de César, António aboliu a ditadura.
2. **Confer,** *compara.*
3. **Nundinatio,** *tráfico.*
4. **Laudem,** *a verdadeira glória.*
5. **Quantum intersit,** *quão grande é a diferença.*
6. **Facinorosus,** *criminoso.*

laudis gustatum non habent. Sed si te laus allicere ad recte faciendum non potest, ne metus quidem a foedissimis factis potest avocare? Iudicia[7] non metuis: si propter innocentiam, laudo; sin propter vim, non intellegis, qui isto modo iudicia non timeat, et quid timendum sit?

116. Quod si non metuis viros fortes egregiosque cives, quod a corpore tuo prohibentur armis, tui[8] te, mihi crede, diutius non ferent. Quae est autem vita dies et noctes timere a suis? nisi vero *aut* maioribus habes beneficiis obligatos quam ille[9] quosdam habuit ex iis, a quibus est interfectus, *aut* tu es ulla re cum eo comparandus. Fuit in illo ingenium, ratio[10], memoria, litterae, cura[11], cogitatio, diligentia; res bello gesserat, quamvis rei publicae calamitosas, at tamen magnas; multos annos regnare meditatus, magno labore, multis periculis quod cogitarat effecerat; muneribus[12], monumentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam delenierat[13]; suos praemiis, adversarios clementiae specie[14] devinxerat. Quid multa[15]? attulerat iam liberae civitati, partim metu, partim sapientia, consuetudinem serviendi.

117. Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, ceteris vero rebus nullo modo comparandus es. Sed ex plurimis malis, quae ab illo rei publicae sunt inusta[16], hoc tamen boni exstitit, quod didicit iam populus Romanus quantum cuique crederet, quibus se committeret, a quibus caveret. Haec non cogitas? nec intellegis satis esse viris fortibus didicisse

7. **Iudicia,** *tribunais, a justiça.*
8. **Tui,** *os teus guarda-costas.*
9. **Ille:** César.
10. **Ratio,** *espírito metódico.*
11. **Cura,** *curiosidade intelectual.* — **cogitatio,** *bom senso.* — **diligentia,** *actividade infatigável.*
12. **Muneribus,** *com jogos.* — **monumentis,** *com construções magníficas.* — **congiarium,** *distribuição ao povo.* — **epulae,** *festins, banquetes.*
13. **Delenire,** *domar, acalmar.*
14. **Clementiae specie,** *com aparente clemência.* — **devincere,** *dominar.*
15. **Quid multa?** *enfim, numa palavra.*
16. **Inurere,** *marcar com ferro em brasa, infligir.*

quam sit re pulchrum, beneficio gratum[17], fama gloriosum, tyrannum occidere? An, cum illum[18] homines non tulerint, te ferent? Certatim[19] posthac, mihi crede, ad hoc opus[20] curretur neque occasionis tarditas[21] exspectabitur.

118. Respice, quaeso, aliquando rem publicam, M. Antoni; quibus ortus sis, non quibuscum vivas, considera; mecum[22], ut voles: redi cum re publica in gratiam[23]. Sed de te tu videris[24], ego de me ipso profitebor. Defendi rem publicam adulescens, non deseram senex; contempsi Catilinae gladios, non pertimescam tuos. Quin etiam[25] corpus libenter obtulerim, si repraesentari[26] morte mea libertas civitatis potest, ut aliquando dolor[27] populi Romani pariat, quod iam diu parturit!

119. Etenim si abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam[28] esse consulari, quanto verius nunc negabo seni! Mihi vero, Patres conscripti, iam etiam optanda mors est, perfuncto rebus iis, quas adeptus sum quasque gessi. Duo modo haec opto: *unum,* ut moriens populum Romanum liberum relinquam (hoc mihi maius ab dis immortalibus dari nihil potest), *alterum,* ut ita cuique eveniat, ut de re publica quisque mereatur.

17. **Beneficio gratum,** *digno de gratidão por causa do benefício.*
18. **Illum:** César.
19. **Certatim,** *à porfia.*
20. **Ad hoc opus:** sc. *tyrannum occidere.*
21. **Tarditas,** *lentidão.*
22. **Mecum** (subent. *age*), *trata comigo.*
23. **Redire in gratiam cum,** *reconciliar-se com.*
24. **Tu videris,** *é lá contigo.*
25. **Quin etiam,** *mais ainda.*
26. **Repraesentare** (= *fieri praesens*), *apressar.*
27. **Dolor populi:** o pesar que se seguiria à morte de Cícero. — **parere,** *produzir.*
28. **Immaturus,** *prematuro.*

75. CAESAR

Vita. — C. Iulius Caesar Romae anno 100 a.Ch.n. ex nobilissima stirpe genitus est. Anno aetatis 16, cum civilibus discordiis obortis Marii partes secutus esset, a Sulla dictatore ad mortem est quaesitus. Ea de causa ab Urbe intempesta nocte ac mutata veste aufugit. Romam deinde reversus, ut magni oratoris nomen nancisceretur, in foro versari coepit. Causas aliquot egit, quae potius sibi magnam potentissimorum invidiam peperere. Quamobrem Rhodum secessit ut Apolonium Molonem tunc clarissimum dicendi magistrum audiret.

In captanda plebis gratia, in ambiendis quoque honoribus patrimonium profudit. Opportune tamen cecidit, quod quaestor creatus et in Hispaniam ulteriorem profectus, satis ibi pecuniarum collegit, ut creditoribus ingens aes alienum persolveret. In coniuratione Catilinae, cum senatus universus coniuratos morte plectendos esse censeret, ipse solus conscriptorum patrum sententiae ausus est refragari; non quod coniurationi ipse adhaereret aut Catilinae sociis faveret, sed quia plebis gratiae studiosissimus, populo indulgere cupiebat.

Consulatum post alios deinceps magistratus est adeptus. Quo functus, Galliam provinciam per quinquennium sortitus est. Cum autem quinquennio exacto, per alterum quinquennium imperium ei prorogatum esset, novem annos in Gallia commoratus est eamque pro viribus administravit ac totam pacatam populi romani imperio subegit. Huic Pompeius gloriae maxime invidit; et cum Caesar, decennio in Gallia expleto, postularet ut per senatum sibi absenti liceret consulatum secundum petere, copia ab illo minime facta est. Hoc senatui suaserat Pompeius qui illum etiam eo impulit, ut a Caesare duas ex quattuor, quas retinebat, legionibus abstraheret. Quare Caesar vehementer iratus, in Italiam cum exercitu rediit, ut armis iniuriam propulsaret, causatus tamen velle se tribuniciam potestatem defendere. Rubiconem flumen transivit, ubi notam illam sententiam iactasse fertur: «*Alea iacta est*». Pompeium ex Italia pulsum pharsalico proelio fudit; deinde Pompeianos apud Mundam devicit. Clementer tamen usus est victoria, siquidem omnibus pepercit qui cum eo voluerunt in gratiam redire.

Dictator in perpetuum creatus, tribus et viginti vulneribus confossus est dum in senatu sedebat. Haec moriens Bruto, quem adoptaverat, irruenti dixisse traditur: «*Tu quoque, fili mi!*» Anno 44 a.Ch.n., quarto postquam Pompeium superaverat, apud ipsius Pompeii statuam occubuit.

Opera.— Duo integra exstant: *Commentarii de Bello Gallico* (libri VII); liber VIII scriptus est ab Hirtio qui Caesarem comitatus est in Galliam eumque in scribendo imitari studuit, nec perperam omnino.

Commentarii de Bello Civili (libri III), quibus non valuit ultimam adhibere manum.

Ad opera amissa *orationes* amandandae sunt, quae ceteroquin ab antiquis auctoribus tanti fiebant, ut dignae putarentur quae cum Ciceronis orationibus conferri possent.

Iudicium:

1. *Rerum scriptor:* In suis evulgandis Commentariis, quamquam plenam expletamque rerum a se gestarum historiam conscribere sibi minime proposuit, ea tamen quae narrat, incorrupta fere historiae fide ab eo traduntur. Fuerunt sane qui cum Pollione Asinio eius historicam fidem in dubium revocarent; at nostris temporibus nemo fere non doctus commentariis fidem adhibendam esse censet. Quod si aliqua erroris vestigia deteguntur, aut si quando res ultra veritatem augentur, non ea tanti momenti sunt vitia, quae Caesaris veracitatem labefactare videantur. Ceterum eo facilius admittas Caesarem veritatis studiosum et amantem fuisse, quod belli offensiones numquam suas praetermittit aut de illis tacet; quin contra propria crudelitatis documenta et hostium virtutem silentio nequaquam omittit. In Commentariis vero *de Bello Civili,* quos maxime sui purgandi causa composuit, cum ultimam iis non potuerit admovere manum, minus accurate veritati obsecutus est.

2. *Litterarum scriptor:* ad puritatem sermonis scribendique elegantiam quod attinet, tanta Caesaris est laus ut recte ac merito cum Cicerone comparari possit. Facta porro sic ordine disponuntur, ut nihil addere, rescindere nihil valeas. Quamquam ab opimo et quasi adipato dictionis genere abhorret, narratio nihilominus ita viva atque iucunda continenter fluit, ut animos numquam tenere intermittat. Cicerone enim teste, «nihil est in historia pura et illustri brevitate dulcius».

75. Batalha de Farsália *

Exercitum cum Caesar, militari more, ad pugnam cohortaretur, suaque in eum perpetui temporis officia

* Assim chamada por se ter travado nos arredores de Farsalo, cidade da Tessália (Grécia). Aqui alcançou César vitória decisiva sobre o seu rival Pompeu, no ano 48 antes de Cristo. Pompeu

praedicaret [1], in primis commemoravit, «testibus se militibus uti posse, quanto studio [2] pacem petiisset, quae per Vatinium in colloquiis, quae per A. Clodium cum Scipione egisset, quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset [3]: neque se umquam abuti militum sanguine, neque rempublicam alterutro exercitu privare voluisse». Hac habita oratione, exposcentibus militibus, et studio pugnae ardentibus, tuba signum dedit.

Erat Crastinus evocatus [4] in exercitu Caesaris, qui superiore anno apud eum primum pilum in legione decima duxerat, vir singulari virtute. Hic, signo dato, «Sequimini me, inquit, manipulares mei [5] qui fuistis, et vestro imperatori, quam constituistis [6], operam date. Unum hoc proelium superest, quo confecto, et ille suam dignitatem, et nos nostram libertatem recuperabimus». Simul respiciens Caesarem, «Faciam, inquit, hodie, imperator, ut aut vivo mihi aut mortuo gratias agas». Haec cum dixisset, primus ex dextro cornu [7] procucurrit, atque eum electi milites circiter centum et viginti voluntarii eiusdem centuriae sunt prosecuti.

---

tinha consigo a radiosa juventude de Roma, César as velhas legiões das Gálias.

No *De bello civili* não aparece a palavra Farsalo, mas a expressão: o combate travado na Tessália.

75. 1. **Perpetui temporis officia praedicaret,** *proclamasse (exaltasse) os seus benefícios para com ele em (de) todo o tempo.*

2. **Quanto studio,** *com que afã, ânsia.* — **quae... in colloquiis...,** *que coisas havia tratado por meio de V. nas conversações, na entrevista.*

3. **Quibus modis... contendisset,** *quanto se esforçara em Órico com Libão sobre enviar...* — **alterutro exercitu,** *de um dos dois exércitos.* — **tuba** (no *abl.*), *com a trombeta.*

4. **Evocatus,** *reintegrado* (veterano chamado ao serviço). — **pilus, i,** *manípulo, companhia de soldados.* — **primum pilum duxerat,** *fora primipilo, comandara a primeira centúria.*

5. **Manipulares mei,** *soldados do meu manípulo, do meu pelotão.*

6. **Quam constituistis...,** *a ajuda que haveis estabelecido; como tendes por costume.* — **mihi,** junta-se a **gratias agas.**

7. **Ex dextro cornu...,** *avançou desde a ala (flanco) direito.* — **electi,** *escolhidos, excelentes*

Inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum [8] utriusque exercitus; sed Pompeius suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent, neve se loco moverent, aciemque eius distrahi paterentur: idque admonitu [9] C. Triarii fecisse dicebatur, ut primus excursus visque militum infringeretur, aciesque distenderetur, atque in suis ordinibus dispositi dispersos adorirentur: leniusque casura pila [10] sperabat, in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrissent [11]; simul fore ut, duplicato cursu, Caesaris milites exanimarentur et lassitudine conficerentur...

Sed nostri milites, dato signo, cum infestis pilis [12] procucurrissent, atque animadvertissent non concurri a Pompeianis, usu periti [13] ac superioribus pugnis exercitati, sua sponte cursum represserunt [14], et ad medium fere spatium constiterunt, ne consumptis viribus appropinquarent; parvoque intermisso temporis spatio, ac rursus renovato cursu, pila miserunt celeriterque, ut erat praeceptum a Caesare, gladios strinxerunt [15].

Neque vero Pompeiani huic rei defuerunt [16]. Nam

---

8. **Concursus, us,** *choque, embate.* — **exciperent,** *sustivessem (recebessem), resistissem parados.* — **distraho,** *rasgar, desgregar, dispersar.*

9. **Admonitu,** *por conselho, instância.* — **excursus, us,** *incursão, ataque.* — **ordo,** *fila, linha: e para que a frente inimiga se estendesse, e os seus soldados, colocados nos seus postos (linhas), atacassem os inimigos disseminados.*

10. **Leniusque casura pila,** *que os dardos cairiam (feririam) mais levemente.* — **retentis,** *retidos, conservando-se.*

11. **Immissis telis...,** *fossem ao encontro dos dardos lançados.* — **simul (sperabat) fore ut...,** *igualmente esperava que os..., ao percorrerem dupla distância, se esfalfariam e esgotariam de cansaço.*

12. **Infestus,** *dirigido contra: com os dardos preparados.* — **non concurri...,** *não se avançava por parte dos...*

13. **Usu periti,** *adestrados pelo uso, ensinados pela experiência.*

14. **Cursum represserunt,** *suspenderam a marcha.* — **ad medium fere... constiterunt** (de consistere), *detiveram-se quase a meio caminho.*

15. **Gladios strinxerunt,** *empunharam, lançaram mão das espadas.*

16. **Neque... huic rei defuerunt,** *não foram inferiores nesta (a esta) acção.* — **missis,** *postos de lado, renunciando.*

et tela missa exceperunt, et impetum legionum tulerunt et ordines conservaverunt, pilisque missis, ad gladios redierunt. Eodem tempore equites ab sinistro Pompeii cornu, ut erat imperatum, universi procucurrerunt omnisque multitudo sagittariorum [17] se profudit; quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulum loco motus cessit; equitesque Pompeiani hoc acrius instare et se turmatim explicare, aciemque nostram a latere aperto circuire coeperunt [18]. Quod ubi Caesar animadvertit, quartae aciei, quam instituerat sex cohortium numero [19], signum dedit. Illi celeriter procucurrerunt, infestisque signis tanta vi in Pompeii equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret, omnesque conversi, non solum loco excederent, sed protinus incitati fuga montes altissimos peterent.

Quibus submotis, omnes sagittarii funditoresque destituti [20], inermes, sine praesidio, interfecti sunt. Eodem impetu cohortes sinistrum cornu, pugnantibus etiam tum ac resistentibus in acie Pompeianis, circumierunt eosque a tergo sunt adorti [21].

Eodem tempore tertiam aciem [22] Caesar, quae quieta fuerat et se ad id tempus loco tenuerat, procurrere iussit. Ita, cum recentes atque integri defessis successissent, alii autem a tergo adorirentur, sustinere Pompeani non potuerunt, atque universi terga verterunt.

Neque vero Caesarem fefellit, quin ab iis cohortibus, quae contra equitatum in quarta acie collocatae

17. **Sagittarius, ii,** *sagitário, frecheiro.* — **paulum loco motus cessit,** *cedeu (recuou) um pouco movida do seu posto.*
18. **Hoc acrius instare...,** *começaram por isso a estreitar mais fortemente, a estender-se em esquadrões (turmas) e a rodear a nossa formação pelo flanco direito (lado aberto).*
19. **Numero,** *ao todo.* — **infestis signis,** *com bandeiras hostis (dirigidas contra).*
20. **Quibus submotis,** *repelida a cavalaria.* — **funditores,** *fundibulários (que combatem com a funda).* — **destituti,** *sem defesa (sem recursos).*
21. **Eosque a tergo...,** *e atacaram-nos pelas costas.*
22. **Tertiam aciem,** *terceira linha (de batalha).* — **recentes atque integri,** *tropas frescas, de reserva.*

essent, initium victoriae oriretur [23], ut ipse in cohortandis militibus pronuntiaverat. Ab his enim primum equitatus est pulsus; ab iisdem factae caedes sagittariorum atque funditorum; ab iisdem acies Pompeiana a sinistra parte erat circumita, atque initium fugae factum.

Sed Pompeius, ut [24] equitatum suum pulsum vidit, atque eam partem, cui maxime confidebat, perterritam animadvertit, aliis diffisus acie excessit, protinusque se in castra equo contulit [25], et iis centurionibus, quos in statione ad praetoriam portam [26] posuerat, clare, ut milites exaudirent, «Tuemini, inquit, castra et defendite diligenter, si quid durius acciderit: ego reliquas portas circumeo et castrorum praesidia confirmo [27]». Haec cum dixisset, se in praetorium contulit, summae rei diffidens et tamen eventum exspectans [28].

Caesar, Pompeianis ex fuga intra vallum [29] compulsis, nullum spatium perterritis dare oportere existimans, milites cohortatus est, ut beneficio fortunae uterentur castraque oppugnarent: qui, etsi magno aestu fatigati (nam ad meridiem res erat perducta), tamen, ad omnem laborem animo parati, imperio paruerunt.

Castra a cohortibus, quae ibi praesidio erant relictae, industrie [30] defendebantur, multo etiam acrius a Thracibus barbarisque auxiliis. Nam qui acie refugerant [31] milites, et animo perterriti et lassitudine con-

23. **Neque vero... fefellit...** *não se enganou ao pensar que, por estas coortes, que haviam sido..., começaria a vitória.*
24. **Ut,** *assim que, logo que, quando.*
25. **Se in castra equo contulit,** *retirou-se, dirigiu-se a cavalo para o acampamento.*
26. **In statione ad prætoriam portam,** *de sentinela, de guarda à porta do (comandante) general.* — **prætorium, ii,** *tenda do general.*
27. **Ego reliquas portas...,** *eu vou percorrer as restantes portas e animar a guarnição do acampamento.*
28. **Summæ rei diffidens...,** *desconfiando da vitória (suma empresa) e contudo esperando o resultado, os acontecimentos.*
29. **Intra vallum,** *para dentro da sua trincheira (paliçada).* — **spatium,** *tempo.*
30. **Industrie,** *com afã, hàbilmente.*
31. **Qui acie refugerant,** *que haviam fugido do combate.*

fecti [32], missis plerique armis signisque militaribus, magis de reliqua fuga, quam de castrorum defensione cogitabant. Neque vero diutius, qui in vallo constiterant, multitudinem telorum sustinere potuerunt; sed confecti vulneribus locum reliquerunt, protinusque omnes, ducibus usi [32] centurionibus tribunisque militum, in altissimos montes, qui ad castra pertinebant, confugerunt...

Pompeius, iam cum intra vallum nostri versarentur, equum nactus, detractis insignibus imperatoriis, decumana porta [33] se ex castris eiecit, protinusque equo citato Larissam contendit. Neque ibi constitit, sed eadem celeritate, paucos suos ex fuga nactus, nocturno itinere non intermisso, comitatu equitum triginta ad mare pervenit navemque frumentariam [34] conscendit; saepe, ut dicebatur, querens tantum se opinionem fefellisse, ut, a quo genere hominum victoriam sperasset, ab eo, initio fugae facto, paene proditus [35] videretur.

Caesar, castris potitus, a militibus contendit [36], ne, in praeda occupati, reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent. Qua re impetrata, montem opere circumvenire instituit [37]. Pompeiani, quod is mons erat sine aqua, diffisi ei loco, relicto monte, universi iugis eius [38] Larissam versus se recipere coeperunt. Qua re animadversa, Caesar copias suas divisit, partemque legionum in castris Pompeii remanere iussit, partem in sua castra remisit; quatuor secum legiones duxit commodioreque itinere Pompeianis occurrere [39] coepit et, progressus milia passuum sex, aciem instruxit.

32. **Confecti,** *consumidos, esgotados.* — **ducibus usi,** *tomando como guias.* — **qui ad castra pertinebant,** *que estavam junto do acampamento.*
33. **Detractis insignibus...,** *arrancadas as insígnias de general.* — **decumana,** *da 10.ª legião:* porta decumana (ou décima) era a porta principal dum acampamento romano.
34. **Navis frumentaria,** *navio de transporte de trigo.* — **sæpe querens tantum...,** *queixando-se frequentemente de que a sua opinião o tinha enganado tanto que parecia...*
35. **Pæne** (ou **pene**) **proditus...,** *quase atraiçoado por ter sido iniciada a fuga por aquela classe de homens da qual esperara a vitória.*
36. **A militibus contendit ne...,** *pediu com instância aos soldados que não perdessem a ocasião (possibilidade) de completar a vitória.*
37. **Opere,** *com uma fortificação.* — **instituit...,** *decidiu rodear.*

Qua re animadversa Pompeiani in quodam monte constiterunt. Hunc montem flumen subluebat [40]. Caesar milites cohortatus, etsi totius diei continenti [41] labore erant confecti, noxque iam suberat, tamen munitione flumen a monte seclusit, ne noctu aquari Pompeiani possent. Quo iam perfecto opere, illi de deditione, missis legatis, agere coeperunt. Pauci ordinis senatorii, qui se cum iis coniunxerant, nocte fuga salutem petierunt.

Caesar prima luce [42] omnes eos, qui in monte consederant, ex superioribus locis in planitiem descendere atque arma proicere iussit. Quod ubi sine recusatione fecerunt, passisque palmis [43], proiecti ad terram, flentes ab eo salutem petierunt; consolatus consurgere iussit, et pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conservavit; militibusque suis commendavit, ne qui eorum violarentur, neu quid sui desiderarent [44]. Hac adhibita diligentia, ex castris sibi legiones alias occurrere et eas, quas secum duxerat, in vicem [45] requiescere atque in castra reverti iussit; eodemque die Larissam pervenit.

38. **Diffisi** (com *dat.*), *desconfiados; descontentes.* — **iugis eius,** *pelos seus cumes.*
39. **Occurrere** (com *dat.*), *ir ao encontro de, atacar.*
40. **Subluere,** *correr pelo sopé de, banhar.*
41. **Continens,** *contínuo.* — **nox suberat,** *aproximava-se a noite, anoitecia.* — **secludere,** *isolar, separar.* — **aquari,** *fazer aguada, abastecer-se de água.*
42. **Prima luce,** *ao romper do dia.* — **arma proicere,** *depor as armas.*
43. **Passus** (de **pando, is, ere, pandi, pansum** ou **passum**), *estendido, solto: estendidas as mãos.*
44. **Qui = aliqui.** — **neu quid sui...,** *e não achassem falta de qualquer coisa sua.*
45. **In vicem** (per **vices, in vices, vicibus**), *por sua vez, alternativamente.*

In eo proelio non amplius ducentos milites desideravit [46]; sed centuriones, fortes viros, circiter triginta amisit. Interfectus est etiam fortissime pugnans Crastinus, cuius mentionem supra fecimus, gladio in os adversum coniecto. Neque id fuit falsum, quod ille in pugnam proficiscens dixerat: sic enim Caesar existimabat, eo proelio excellentissimam virtutem Crastini fuisse, optimeque eum de se meritum iudicabat [47].

Ex Pompeiano exercitu circiter milia quindecim cecidisse videbantur; sed in deditionem venerunt [48] amplius milia quatuor et viginti; multi praeterea in finitimas civitates refugerunt, signaque militaria ex proelio ad Caesarem sunt relata CLXXX et aquilae [48] novem.

(De Bello Civili, lib. III, 90-99)

---

46. **Desideravit,** perdeu. — **gladio in os...** *cravada (arremessada) de frente uma espada no rosto.*

47. **Optimeque eum de se meritum...,** *e tinha para si que lhe havia feito um grande serviço.*

48. **In deditionem venerunt,** *renderam-se, entregaram-se.* — **aquila,** *águia:* insígnia da legião romana. Era de prata e oiro. Durante a marcha ia à frente, e no combate ficava atrás.

76. SALLUSTIUS

Vita.—C. Crispus Sallustius Amiterni in Sabinis ex gente plebeia anno 86 a.Ch.n. in vitam venit. Adulescens Romam se contulit ibique omnis disciplinae studiosum se praebuit, quae ad discendam aut scribendam rerum memoriam pertineret. Sed honores capessendi cupiditate abreptus, animam ad reipublicae munia convertit. Vix annum vigesimum septimum iniens, quaestor renuntiatus ac subinde tribunus plebis designatus est; quo tempore, Clodio, cui favebat, a Milone interfecto, vehemens acerque fuit in Milonem et etiam in Ciceronem, qui Milonis esset patronus. Bello civili inde exorto, Sallustius Caesaris partes amplexus est. Itaque, cum ob infamiam morum senatu pulsus esset, eo iterum Caesare favente patuit illi reditus. Quin etiam paulo postea praetor creatus, militibus in Africa a Caesare est praefectus; quos tamen rebellantes coercere non valuit. Ex Africa rediit in qua «hoc tantum reliquit, quod secum auferre non potuit». Quibus communitus divitiis, splendidissimos in Aventino hortos exstruxit, ubi post Caesaris mortem, civilis vitae pertaesus, otio et quieti de moribus scribendo per decem etiam annos se permisit. Diem obiit anno 35 a.Ch.n. cum unum et quinquagesimum aetatis annum nondum excessisset.

Opera.—Sallustii duo supersunt opera: *De coniuratione Catilinae,* et *Bellum Iugurthinum,* hoc quidem priore praestantius, at minus fortasse notum.

Iudicium:

1. *Rerum scriptor:* Solet quidem Sallustius historiae apud Romanos parens appellari, nec immerito omnino. Nam praecipuorum quorundam romanae historiae eventuum conspectum ipse primus historico modo, hoc est rerum causas explorando et facta interpretando, aggressus est. Non ideo tamen propositum omni ex parte assecutus est. Nam ob neglegentiam in fontibus

adeundis, quos consulere optime poterat, ob partium studium quo vetitur pluries ne in neutram inclinet partem, haud parum minuitur Sallustii historica fides.

2. *Morum scriptor:* At in moribus depingendis, ut nemo alius, si Tacitum excipias, inter romanos rerum scriptores, excellit Sallustius. Ubi de causis agit, satius ducit de moribus quam de rebus ipsis investigare. Cum perditissimus et ipse esset moribus, hominum vitia studiose perspicueque in apertum eruit neque idem acriter non profligavit. Huic duplici causae maximam incommodorum partem adscribendam censet: quod mores essent corruptissimi, et effrenatae civium cupiditates. Hac ductus persuasione, omnem arripit occasionem ut suos cuiusque mores accuratissime describat, sive is est princeps, sive privatus, et administer. Itaque per ethopoeiam illustrantur Caesar, Cato, Catilina, Marius, Sulla, Metellus, Iugurtha, ceteri.

3. *Stilus:* Sallustianum scribendi genus clarum, pressum, strictum abruptumque est. Sententias similiter cadentes, ut Thucydides, aut numerosam orationem, ut Cicero, minime insectatur. Res tamen sic vivida splendidaque ratione sub legentium aspectum subicit, ut te illis adfuisse credas.

Sunt qui eum vituperent, quod verba antiquitatem nimis redolentia in deliciis habere videatur. Attamen eiusmodi scribendi rationes magis specie quam re obsoletae dicendae sunt, cum id aetatis ab omnibus adhiberentur. Servatae idcirco apud Sallustium sunt, cum ab omnibus ceteris scriptoribus expungerentur, quod magis consentaneae Sallustianae orationi convenire viderentur.

Commenticias *orationes* in suas historias induxit, quas ut plurimum diserte eleganterque composuit. Poterat ille quidem ipsas orationes quas Caesar, aut Cato in senatu habuerant adducere. Satis erat *Acta* consulere. Noluit tamen; primum ut ratio scribendi perpetuo eiusdem coloris flueret; deinde ut suae eloquentiae exemplum iactaret.

Sallustium Quintilianus Thucydidi opponit; Tacitus «primum Romanorum florentissimum auctorem» eum proclamat; a Martiale vero «primus romana Crispus in historia» appellatur.

77. Lúcio Sérgio Catilina

Lucius Catilina [1] nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque [2]. Huic ab adulescentia bella intestina [3], caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere; ibique [4] iuventutem suam exercuit. Corpus patiens [5] inediae, algoris, vigiliae supra quam cuiquam credibile est. Animus audax, subdolus, varius [6], cuius rei libet [7] simulator ac dissimulator [8] alieni appetens, sui profusus, ardens [9] in cupiditatibus; satis loquentiae [10], sapientiae parum. Vastus [11] animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc, post [12] dominationem Lucii Sullae, lubido maxuma [13] invaserat reipublicae capiundae [14]; neque id qui-

---

77. 1. **Catilina**: nascido em 108 antes de Cristo, pertencia à nobre família *Sérgia*, mas já naquele tempo decadente.

2. **Ingenio malo...**, *de carácter ruim e enviesado.*

3. **Intestina,** *civis.* — **cædes, is,** *assassínio, matança.* Assassinara até pessoas de família, tais como: um irmão, a primeira esposa com um filho dela, e um cunhado. — **rapinæ, arum,** *roubo pilhagem,* Entrou como carrasco ao serviço de Sila para se apoderar dos bens dos proscritos. Quando pretor em África praticou grandes rapinas, donde, ao que parece, lhe vieram a chamar *Catilina,* i. é, *ladrão* (de *catillare: lamber os pratos).*

4. **Ibique = in his artibus,** *aí, nesses crimes.*

5. **Patiens, entis** (part. de *patior*), *que sofre, atura, sofredor de.*

6. **Animus... subdolus, varius,** *espírito... astuto, volúvel.*

7. **Cuius rei libet = cuiuslibet rei.**

8. **Simulator ac dissimulator,** *capaz de tudo simular e dissimular: de fingir falsas qualidades e ocultar defeitos verdadeiros.*

9. **Appetens..., sui profusus, ardens,** *cobiçoso..., pródigo do seu, fogoso.*

10. **Loquentia, ae,** *facilidade de falar.*

11. **Vastus,** *(devastado), imenso, desmesurado, insaciável.*

12. **Post,** indica o *início* da ditadura de Sila.

13. **Lubido, maxuma, capiundæ,** formas arcaicas do gosto de Salústio, por **libido, maxima, capiendæ.**

14. **Reipublicæ capiundæ,** *de conquistar o poder.* Como adiante: **regnum parare.**

bus modi assequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat [15]. Agitabatur magis magisque in dies [16] animus ferox inopia rei familiaris [17], et conscientia scelerum: quae utraque his artibus [18] auxerat, quas supra memoravi. Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac divorsa inter se mala luxuria atque avaritia vexabant [19]...

In tanta tamque corrupta civitate, Catilina, id quod factu facillumum erat, omnium flagitiorum atque facinorum [20] circum se, tamquam stipatorum [21], catervas habebat. Nam quicumque bona patria laceraverat [22] quique alienum aes grande conflaverat [23], quo flagitium aut facinus redimeret [24]; praeterea, omnes undique parricidae, sacrilegi, convicti iudiciis [25], aut pro factis [26] iudicium timentes; ad hoc [27], quos manus atque lingua periurio aut sanguine civili [28] alebat; postremo, omnes

15. **Neque quidquam pensi** (de *pendere, pesar*) **habebat,** *não se importava nada, não tinha nenhuns escrúpulos.*
16. **Magis magisque in dies,** *cada vez mais.*
17. **Animus ferox...,** *o seu espírito fogoso (soberbo) era atormentado pela pobreza (falta) de património (de bens recebidos por herança).*
18. **His artibus,** *com as artes, desordens, crimes.*
19. **Divorsa = diversa...,** *dois vícios entre si opostos: a prodigalidade (o luxo) e a avareza, eram causa da corrupção dos costumes* **(vexabant mores quos).** Também se podia admitir uma *silepse,* referindo **quos** a **cives,** implícito em **civitatis.**
20. **Flagitiorum atque...** *depravações e crimes;* ou pelo concreto: *infames e criminosos.*
21. **Stipatores,** *os que acompanham, satélites.* Grupo de homens que acompanham um grande senhor.
22. **Bona patria,** *património.* — **lacerare,** *dissipar, esbanjar.*
23. **Aes alienum conflare,** *contrair dívidas, endividar-se.*
24. **Quo... redimeret,** *para se resgatar duma baixeza ou dum crime,* i. é, para escapar ao castigo, corrompendo com dinheiro os juízes.
25. **Convicti iudiciis,** *condenados nos tribunais.*
26. **Pro factis,** *pelas suas (más) acções.*
27. **Ad hoc,** *além disso.* Expressão frequente em Salústio.
28. **Manus,** junta-se a **civili sanguine** (com o sangue dos cidadãos, com os assassinatos). — **periurium, ii,** *perjúrio, juramento falso.*

quos flagitium, egestas, conscius animus [29] exagitabat, ii Catilinae proxumi familiaresque [30] erant. Quod si quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat, cotidiano usu atque illecebris [31] facile par similisque ceteris efficiebatur...

Sed iuventutem quam illexerat [32], multis modis mala facinora edocebat. Ex illis testes signatoresque falsos [33] commodare [34]; fidem, fortunas, pericula vilia habere [35]; post, ubi eorum famam attriverat, maiora alia [36] imperabat. Si causa peccandi in praesens minus suppetebat nihilominus insontes [37], sicut sontes, circumvenire, iugulare [38]; scilicet [39], ne per otium torpescerent [40] manus aut animus, gratuito [41] potius malus atque crudelis erat.

(De coniurat. Catil. V, XIV, XVI)

78. Caio Júlio César e Marco Pórcio Catão

Memoria mea [1] ingenti virtute, divorsis moribus, fuere viri duo, M. Cato et C. Caesar; quos, quoniam

29. **Conscius animus,** *a consciência culpada (má), o remorso.*
30. **Proxumi familiaresque,** *amigos íntimos.*
31. **Illecebrae, arum,** *sedução, engodo.*
32. **Sed,** simples fórmula de transição equivalente a **autem.** — **illicio, exi, ectum,** *seduzir.*
33. **Ex illis,** refere-se a **iuventutem** por uma *silepse.* — **signator, oris,** *signatário:* **falsi signatores,** *falsificadores de assinaturas* nos testamentos.
34. **Commodare** (= **commodabat**), *emprestar.* É o infinito de narração.
35. **Fidem,** *honra.* — **vilia habere,** *sacrificar, desprezar:* infinito regido por **imperabat** que se subentende, e vem logo adiante.
36. **Ubi... attriverat,** *quando lhes tinha arruinado a fama, perdida toda a reputação.* — **maiora alia,** *crimes maiores.*
37. **Si causa peccandi...,** *se de momento não se apresentava pretexto de crime.* — **insons, tis,** *inocente:* não inimigos de Catilina.
38. **Circumvenire,** (*rodear, cair sobre*) e **iugulare** (*degolar, matar*) são infinitos históricos.
39. **Scilicet,** *e assim, evidentemente.*
40. **Torpescere, pui,** *entorpecer-se.*
41. **Gratuito potius...,** *preferia ser gratuitamente (sem motivo).*

78. 1. **Memoria mea,** *no meu tempo.*

res obtulerat [2], silentio praeterire non fuit consilium, quin utriusque naturam et mores, quantum ingenio possem, aperirem [3].

Igitur his genus, aetas, eloquentia prope aequalia fuere [4]; magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii [5]. Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur; integritate vitae, Cato. Ille mansuetudine et misericordia clarus factus; huic severitas dignitatem addiderat. Caesar dando, sublevando, ignoscundo [6]; Cato nihil largiundo [7] gloriam adeptus est. In altero miseris perfugium erat; in altero malis pernicies [8]. Illius facilitas, huius constantia [9] laudabatur. Postremo Caesar in animum induxerat laborare, vigilare; negotiis amicorum intentus, sua neglegere; nihil denegare quod dono dignum esset [10]; sibi magnum imperium [11], exercitum, bellum novum [12] exoptabat, ubi virtus enitescere [13] posset. At Catoni studium modestiae, decoris, sed maxume severitatis erat [14]; non divitiis cum divite, nec factione

2. **Res obtulerat...,** *o assunto proporcionou ocasião, não me pareceu conveniente passá-los em silêncio.*

3. **Quantum ingenio...,** *consoante as minhas forças.* — **Aperire,** *mostrar, dar a conhecer.*

4. **Genus,** *nascimento, nobreza.* — **prope,** *quase.* De facto César, mais velho 5 anos, era superior a Catão também na nobreza e na eloquência.

5. **Sed alia alii,** *cada qual no seu género (uma para um e outra para outro).*

6. **Sublevando, ignoscundo,** *auxiliando, perdoando.*

7. **Nihil largiundo,** *nada concedendo por favor.*

8. **Pernicies, iei,** f., *o flagelo, a ruína:* subent. **erat.**

9. **Facilitas,** *condescendência, indulgência.* — **constantia,** *firmeza, rigidez, intransigência.*

10. **In animum inducere,** *abraçar como norma de vida.* — **donum,** *dom, dádiva: digno de se dar.*

11. **Magnum imperium,** *um alto comando militar, um grande poder.*

12. **Bellum novum,** *novas campanhas militares, novas conquistas de terras para glória do povo Romano:* o que veio a conseguir pouco depois com a guerra da Gália e a expedição à Grã-Bretanha.

13. **Enitescere,** *brilhar, tornar-se célebre.*

14. **Studium modestiæ,** *o gosto pela moderação: amava a circunspecção.* — **Decus, oris,** *o decoro, a honra.* — **Severitas,** *a austeridade* (consigo mesmo), *a gravidade.*

cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat [15]; esse, quam videri, bonus malebat: ita, quo minus gloriam petebat, eo magis illum sequebatur [16].

(De coniurat. Catil., LIII, LIV)

79. O rei Jugurta

Iugurtha [1] ubi primum adolevit [2], pollens viribus [3], decora facie, sed multo maxume ingenio validus [4], non se luxu [5] neque inertiae corrumpendum dedit, sed, ut mos gentis illius est, equitare, iaculari [6], cursu cum aequalibus certare: et, cum omnes gloria anteiret [7], omnibus tamen carus esse; ad hoc, pleraque tempora in venando agere, leonem [8] atque alias feras primus aut in primis ferire; plurimum facere, minimum ipse de se loqui [9].

Quibus rebus Micipsa [10], tametsi initio laetus fuerat, existumans virtutem Iugurthae regno suo gloriae fore, tamen, postquam hominem adolescentem [11], exacta sua aetate et parvis liberis, magis magisque crescere

15. **Non divitiis cum divite... certabat,** *não porfiava sobre a opulência com o rico.* — **factio,** *facção, intrigas de partido.* — **pudor,** *modéstia, moderação.* — **innocens,** *irrepreensível, desinteressado.* — **abstinentia,** *desinteresse.*

16. **Eo magis, (gloria eum) sequebatur,** *tanto mais...*

79. 1. **Iugurtha:** rei da Numídia, inimigo dos Romanos.

2. **Ubi primum adolevit,** *logo que se fez grande, desde a primeira juventude.*

3. **Polleo, es, ere,** (sem perf. nem sup.), *ser forte, sobressair: insigne pela sua força.*

4. **Decora facie... validus,** *notável pela beleza do rosto, mas sobretudo pelas qualidades de espírito, pela energia de carácter.* (**Validus:** significa pròpriamente: *forte, vigoroso).*

5. **Luxus, us** (está aqui no dativo arc.), *luxo, vida efeminada.*

6. **Iaculari,** *arremessar, manejar o dardo.*

7. **Cursu... certare,** *disputar o prémio na corrida.* — **anteire,** *ultrapassar.* — **Ad hoc,** *além disso.*

8. **Pleraque tempora,** *a maior parte do tempo.* — **leonem=leones.** É o singular colectivo.

9. **Plurimum facere...,** *fazia muito* (mais que os outros) e *falava de si o menos possível.*

10. **Micipsa:** filho de Masinissa e rei da Numídia, reinou de 149 a 118 antes de Cristo.

11. **Hominem adolescentem:** Jugurta.

intellegit [12], vehementer eo negotio permotus, multa cum animo suo volvebat... His difficultatibus circumventus, ubi videt neque per vim neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum popularibus [13], quod erat Iugurtha manu promptus [14] et appetens gloriae militaris, statuit eum obiectare periculis, et eo modo fortunam tentare. Igitur, bello Numantino [15], Micipsa, cum populo Romano equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans, vel ostentando virtutem, vel hostium saevitia facile eum occasurum [16], praefecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat. Sed ea res, longe aliter ac ratus erat [17], evenit.

Nam Iugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio [18], ubi naturam [19] P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, et morem [20] hostium cognovit, multo labore multaque cura, praeterea modestissume parendo, et saepe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevi pervenerat [21], ut nostris vehementer carus, Numantinis maxumo terrori esset. Ac sane, quod difficillumum in primis [22] est, et praelio strenuus erat et bonus consilio; quorum alterum ex providentia [23] timorem, alterum ex

12. **Exacta** (de **exigo**) **sua ætate** (refere-se a Micipsa) *passada já a idade do vigor e com filhos ainda pequenos, veio a considerar no crédito e poder cada vez maior de Jugurta (...que Jugurta ganhava em crédito).*
13. **Circumventus,** *assediado, oprimido.* — **popularibus,** *aos seus compatriotas.*
14. **Quod erat:** explica o que se segue. — **manu promptus,** *valoroso.*
15. **Bello Numantino:** Numância, cidade de Espanha conquistada em 133 por Cipião Emiliano, o vencedor de Cartago.
16. **Sævitia,** *furor.* — **facile,** *sem dúvida.* — **occido, is, ere, idi, casum,** *cair, sucumbir, morrer.*
17. **Longe aliter...,** *de maneira muito diferente do que julgara.*
18. **Ut erat... = pro ingenio suo impigro...,** *de espírito pronto e penetrante.*
19. **Naturam,** *índole, carácter.*
20. **Romanis:** No *dativo,* depois de **imperator erat = imperabat.** — **morem,** *táctica.*
21. **Multo labore...** *pela sua actividade, vigilância, obediência modesta (dócil) e intrepidez, conquistou tal celebridade.*
22. **In primis** *(sobretudo)* reforça o superlativo **difficillumum,** *coisa difícil (de conciliar).*
23. **Quorum alterum,** refere-se à prudência no conselho. —

audacia temeritatem afferre plerumque solet. Igitur imperator omnes fere res asperas [24] per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum in dies amplecti [25], quippe cuius neque consilium neque inceptum ullum frustra erat. Huc accedebat munificentia animi et ingenii sollertia [26], quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat.

(De Bello Iugurthino, VI, VII)

80. Lúcio Cornélio Sila

Dum ea res geritur, L. Sulla [1], quaestor cum magno equitatu in castra venit; quos uti ex Latio et a sociis [2] cogeret, Romae relictus erat [3]. Sed, quoniam tanti viri res admonuit, idoneum [4] visum est de natura cultuque eius paucis [5] dicere. Neque enim alio loco de Sullae rebus dicturi sumus, et L. Sisenna [6] optume et diligentissume omnium, qui eas res dixere, persecutus, parum mihi libero ore [7] locutus videtur.

Sulla gentis patriciae nobilis [8] fuit, familia [9] iam

providentia, *previdência, prudência, providência.*
24. **Imperator:** Cipião. — **asperas,** *árduas, dificultosas.*
25. **Amplecti (studio)...,** *o amava cada dia mais.* — **inceptum, i,** *empresa.*
26. **Munificentia animi,** *generosidade de coração, um coração generoso.* — **sollertia,** *sagacidade.*
80. 1. **L. Sulla:** Lúcio Cornélio Sila (138 a 78 antes de Cristo) o futuro ditador, rival e vencedor de Mário.
2. **Quos = equites,** implícito em **equitatu.** — **sociis,** *aliados.*
3. **Romæ relictus est,** *fim por que havia sido deixado em Roma.*
4. **Res admonuit,** *o assunto me trouxe à lembrança.* — **idoneum,** *conveniente.*
5. **De natura cultuque,** *acerca do seu carácter e costumes.* — **paucis (verbis).**
6. **L. Sisenna:** L. Cornélio Sisena, orador e historiador, compôs uma história romana, que Cícero, no *Brutus,* considera de grande valor.
7. **Persecutus (res Sullæ),** *percorrendo, escrevendo.*—**libero ore,** *com imparcialidade.*
8. **Gentis,** *raça, família.* Sila pertencia ao ramo patrício dos *Cornelii.* — **nobilis,** no *genitivo* a concordar com **gentis.**
9. **Familia,** *ramo.* É um *ablativo* de qualidade, e não absoluto, que exige a forma verbal *fuit.*

prope exstincta maiorum ignavia [10]; litteris graecis et latinis iuxta, atque [11] doctissume eruditus; animo ingenti, cupidus voluptatum [12], sed gloriae cupidior; facundus [13], callidus et amicitia facilis; ad simulanda negotia altitudo ingenii [14] incredibilis; multarum rerum ac maxume pecuniae largitor. Atque illi, felicissumo omnium ante civilem victoriam [15], numquam super industriam fortuna fuit, multique dubitavere fortior an felicior esset.

Igitur Sulla, ut supra dictum est, postquam in Africam atque in castra Marii cum equitatu venit, rudis [16] antea et ignarus belli, sollertissumus omnium in paucis tempestatibus [17] factus est. Ad hoc milites benigne appellare, multis rogantibus, aliis per se ipse dare beneficia, invitus accipere, sed ea properantius quam aes mutuum [18] reddere, ipse ab nullo repetere; magis id laborare ut illi quam plurimi deberent [19]; ioca atque seria cum humillumis [20] agere; in operibus, in agmine atque ad vigilias multus adesse [21]; neque interim, quod prava ambitio solet [22], consulis aut cuisquam boni famam laedere; tantummodo neque consilio, neque manu prio-

10. **Extincta,** *decaída, caída no esquecimento.* — **ignavia = inertia,** *inacção, indolência.*
11. **Iuxta** (adv.), *igualmente.* — **atque = et quidem.**
12. **Cupidus voluptatum:** morreu miseràvelmente em consequência de suas libertinagens.
13. **Facundus,** *eloquente, facundo.* — **callidus,** *hábil, sagaz.* — **amicitia:** ablativo de parte: *de trato fácil.* — **negotia,** *coisas.*
14. **Altitudo ingenii,** *profundeza de espírito.*
15. **Civilem victoriam:** alusão à vitória decisiva de Sila sobre Mário. — **super industriam,** *superior à sua tenacidade, ao seu talento.*
16. **Rudis,** *inexperiente.* — **sollers, ertis,** *hábil, destro.*
17. **In paucis... = intra paucas tempestates,** *em pouco tempo.*
18. **Per se ipse = ultro:** oposto a **rogantibus.** — **sed,** *e ainda.* — **æs mutuum,** *dinheiro emprestado.*
19. **Reddere = reddi solet.** — **(ea) repetere.** — **illi = sibi.** — **(ea) deberent:** *preocupa-se ùnicamente com aumentar o número dos seus devedores.*
20. **Humillumis,** *com os últimos soldados.*
21. **In agmine,** *nas fileiras.* — **multus adesse,** *sabia multiplicar-se, não se poupava.*
22. **Quod prava...** *defeito próprio duma culpável ambição.*

rem alium pati [23]; plerosque antevenire [24]. Quibus rebus et artibus brevi Mario militibusque carissumus factus.

(De Bello Iugurthino, XCV, XCVI)

81. Adérbal perante o Senado Romano

Tum Adherbalem [1] hoc modo locutum accepimus:

«Patres conscripti [2]; Micipsa pater meus moriens mihi praecepit, uti regnum Numidiae tantummodo procuratione [3] existumarem meum, ceterum ius et imperium penes [4] vos esse; simul eniterer [5] domi militiaeque [6] quam maxumo usui esse populo Romano; vos mihi cognatorum, vos in affinium [7] locum ducerem: si ea fecissem, in vostra amicitia exercitum, divitias, munimenta regni me habiturum. Quae cum praecepta parentis mei agitarem [8], Iugurtha, homo omnium quos terra sustinet sceleratissumus, contempto imperio vostro, Masinissae me nepotem et iam ab stirpe socium

23. **Tantummodo neque...,** *sòmente não podia sofrer que alguém...* — **manu,** *na execução.*
24. **Plerosque antevenire,** *e era superior à maior parte, a muitos.*

81. 1. **Adherbal, alis,** *Adérbal,* filho de Micipsa, rei da Numídia, o qual vencido por Jugurta se refugia em Roma a pedir auxílio contra o usurpador.

Convém saber que Micipsa, perante os méritos de Jugurta, seu sobrinho, o adoptara e instituíra herdeiro juntamente com seus filhos, Adérbal e Hiêmpsal. Jugurta entretanto pretende o domínio exclusivo, e daí a guerra civil.

2. **Patres conscripti,** *senadores.* Chamavam-se **Patres** desde Rómulo. Depois, com a expulsão do rei Tarquínio, foram nomeados, para preencher as vagas, novos senadores, donde o nome **Conscripti** (*alistados, recrutados*).
3. **Procuratio,** *administração, intendência.*
4. **Ceterum = sed.** — **ius et imperium = iustum imperium,** *o poder soberano.* — **penes,** *em poder de, na mão de.*
5. **Eniti,** *esforçar-se.* Em geral com **ut** ou **ne**; muito raro com *infinito.*
6. **Domi militiæque,** *na paz e na guerra.*
7. **Cognati:** *parentes pelo sangue.* — **affines,** *parentes por afinidade, por aliança: como pais e como aliados.*
8. **Cum... agitarem,** *quando me dispunha a pôr em prática.* — **ab stirpe,** *por nascimento.*

atque amicum populi Romani, regno fortunisque omnibus expulit.

Atque ego, patres conscripti, quoniam eo miseriarum venturus eram [9], vellem [10] potius ob mea quam ob maiorum meorum beneficia, posse a vobis auxilium petere, ac maxume deberi mihi beneficia a populo Romano, quibus non egerem; secundum ea [11], si desideranda erant, uti debitis [12] uterer. Sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas est, neque mihi in manu fuit Iugurtha qualis foret [13], ad vos confugi, patres conscripti, quibus, quod mihi miserrumum est, cogor prius oneri quam usui esse.

Ceteri reges, aut bello victi in amicitiam a vobis recepti, aut in suis dubiis rebus [14] societatem vostram appetiverunt. Familia nostra cum populo Romano bello Carthaginiensi amicitiam instituit, quo tempore magis fides eius quam fortuna petenda erat. Quorum progeniem [15] vos, patres conscripti, nolite pati me nepotem Masinissae frustra a vobis auxilium petere. Si ad impetrandum nihil causae [16] haberem praeter miserandam fortunam, quod paulo ante rex, genere, fama atque copiis potens, nunc deformatus aerumnis, inops, alienas opes exspecto [17]; tamen erat maiestatis [18] populi Romani

9. **Quoniam eo... venturus eram,** *visto que estava decidido pela sorte que eu chegasse a tal ponto...*
10. **Vellem:** rege os verbos seguintes: **posse, deberi** e **uterer.**
11. **Secundum ea,** *em seguida, depois disto.*
12. **Uti debitis,** *como uma dívida.*
13. **Neque mihi in manu fuit...** *e que não dependeu de mim fazer de Jugurta outro homem.* — **foret = futurus esset.** — **prius** liga-se a **esse** e não a **cogor.**
14. **Dubiis rebus,** *perigos.* — **magis = potius.** — **fides,** *amizade.* — **petenda,** *desejável.*
15. **Quorum:** tem como antecedente **familia.** — **progenies, iei,** *progénie, descendente.*
16. **Si = etiamsi.** — **causæ,** *título.*
17. **Quod... exspecto:** explica a palavra **fortunam.** — **paulo ante rex,** *eu rei, há pouco...* — **copiis = opibus.** — **deformatus ærumnis,** *destroçado pela desgraça.*
18. **Tamen erat maiestatis,** *competia contudo à dignidade:* **erat** em vez de **esset** para sublinhar a obrigação.

prohibere iniuriam, neque pati cuiusquam regnum per scelus crescere. Verum ego his finibus eiectus sum quos maioribus meis populus Romanus dedit, unde pater et avus una vobiscum expulere Syphacem [19] et Carthaginienses. Vostra beneficia mihi erepta sunt, patres conscripti: vos in mea iniuria despecti estis [20].

Eheu me miserum! Huccine, Micipsa pater, beneficia tua evasere [21], ut quem tu parem cum liberis regnique participem fecisti, is potissumum [22] stirpis tuae extinctor sit? Numquamne ergo familia nostra quieta erit? Semperne in sanguine, ferro, fuga, versabimur? Dum Carthaginienses incolumes fuere, iure omnia saeva patiebamur: hostes ab latere, vos amici procul, spes omnis in armis [23] erat. Postquam illa pestis ex Africa eiecta est, laeti pacem agitabamus, quippe quis hostis nullus, nisi forte quem vos iussissetis [24]. Ecce autem ex improviso Iugurtha, intoleranda audacia, scelere atque superbia sese efferens, fratre meo atque eodem [25] propinquo suo interfecto, primum regnum eius sceleris sui praedam fecit: post, ubi me iisdem dolis nequit capere, nihil minus quam vim aut bellum exspectantem in imperio vostro [26], sicut videtis, extorrem patriae, domo, inopem et coopertum miseriis effecit, ut [27] ubivis tutius quam in meo regno essem.

19. **Syphax, acis,** *Siface,* rei da Numídia.
20. **In mea iniuria...,** *fostes ultrajados na injúria que me é feita.*
21. **Huccine... evasere = talemne exitum habuere,** *chegaram a este ponto...*
22. **Potissimum** (adv.), *de preferência (a tudo o mais), precisamente.* — **ferro = bello.**
23. **Incolumes fuere,** *subsistiram.* — **iure,** *naturalmente.* — **ab latere = proxime,** em oposição a **procul.** — **in armis (nostris).**
24. **Pacem agitare,** *passar (a vida), viver em paz.* — **nisi forte (is) quem vos iussissetis (nos pro hoste habere).**
25. **Atque eodem = atque etiam.** Refere-se a Hiêmpsal que Jugurta mandou matar.
26. **Nihil minus (quam),** *absolutamente nada: quando não tinha a recear nem violência nem guerra.* — **in imperio nostro = vobis regnantibus.**
27. **Extorris, e** *(ex, terra), expatriado, desterrado, banido.* — **ut = ita quidem ut.**

Ego sic existumabam [28], patres conscripti, uti praedicantem [29] audiveram patrem meum: qui vostram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem suscipere; ceterum ex omnibus maxume tutos esse [30]. Quod in familia nostra fuit, praestitit uti in omnibus bellis vostra est, patres conscripti. Pater nos duos fratres reliquit; tertium [32], Iugurtham, beneficiis suis ratus est nobis coniunctum fore. Alter eorum necatus, alterius ipse ego manus impias vix effugi. Quid agam? Quo potissumum infelix accedam? Generis praesidia omnia exstincta sunt; pater, uti necesse erat, naturae concessit [33]; fratri, quem minume decuit [34], propinquus per scelus vitam eripuit; affines, amicos, propinquos ceteros, alium alia clades oppressit [35]; capti ab Iugurtha, pars in crucem acti, pars bestiis obiecti; pauci, quibus relicta anima, clausi in tenebris cum maerore et luctu, morte graviorem vitam exigunt [36]. Si omnia quae aut amisi, aut ex necessariis [37] advorsa facta sunt, incolumia manerent; tamen, si quid ex improviso mali accidisset,

28. **Ego sic existumabam,** *tal era a minha convicção, sempre havia pensado*: **sic** não é correlativo de **uti (ut),** mas anuncia a proposição infinitiva que se segue.
29. **Praedicantem** = **sæpe et palam dicentem.**
30. **Ceterum ex omnibus...,** *mas que estavam ao abrigo de toda a espécie de perigos.*
31. **Quod in familia...,** *o que dependeu da nossa família.* — **præstare ut,** *fazer que.* — **adesse,** *proteger, servir.* — **per otium,** *em tempo de paz.*
32. **Tertium,** *como terceiro irmão.*
33. **Generis præsidia omnia,** *todo o apoio da família.* — **naturæ concessit,** *morreu, pagou o tributo à natureza.*
34. **Quem... decuit** = **is quem minime decuit id facere: Decet** (impes. com *acusativo*), *convém, fica bem.*
35. **Clades, is,** *ruina, flagelo: experimentou cada qual o seu tormento (uma desgraça atingiu a um, outra desgraça atingiu a outro).*
36. **In crucem acti,** *foram crucificados.* — **clausi in tenebris,** *sepultados em masmorras.* — **exigunt** = **agunt:** *arrastam (passam) a vida.*
37. **Quæ amisi:** parentes e amigos mortos.—**aut (quae) necessariis** (íntimos) no *neutro* em oposição **a adversa.** Pensava em Jugurta.

vos implorarem, patres conscripti, quibus pro magnitudine imperii, ius et iniurias omnes curae esse decet [38]. Nunc vero exul patria, domo, solus atque omnium honestarum rerum egens, quo accedam aut quos appellem? Nationesne an reges, qui omnes familiae nostrae ob vostram amicitiam infesti [39] sunt? an quoquam adire licet, ubi non maiorum meorum hostilia monumenta [40] plurima sint? aut quisquam nostri misereri potest, qui aliquando vobis hostis fuit?

Postremo Masinissa nos ita instituit, patres conscripti, ne quem coleremus nisi populum Romanum, ne societates neu foedera [41] nova acciperemus, abunde magna praesidia nobis in vostra amicitia fore: si huic imperio fortuna mutaretur, una nobis occidendum esse. Virtute ac dis volentibus magni estis et opulenti; omnia secunda et obedientia sunt [42]: quo facilius sociorum iniurias curare [43] licet. Tantum illud vereor, ne quos [44] privata amicitia Iugurthae, parum cognita, transvorsos agat; quos ego audio maxuma ope niti, ambire, fatigare vos singulos, nequid de absente, incognita causa [45], statuatis: fingere me verba, fugam simulare, cui licuerit [46] in regno manere. Quod utinam illum, cuius impio

38. **Ius (omne). — curae esse,** *ter a peito, tratar de: manter o direito e reprimir a injustiça.*
39. **Honestarum rerum,** *convenientes à minha dignidade.* — **infestus,** *inimigo, hostil.*
40. **Quoquam,** *para qualquer lugar.* — **monumenta,** *recordações* (que atestem lutas dos meus antepassados nesses lugares).
41. **Instituit (dicens, praecipiens):** *tal a política que M. nos ensinou.* — **societates,** *alianças.* — **fœdera,** *pactos.*
42. **Virtute ac dis (diis) volentibus:** coordenação dum abl. de causa e dum abl. absoluto.— **opulenti,** *poderosos.* — **omnia secunda...,** *tudo vos é favorável e submisso.*
43. **Sociorum** = **sociis illatas.** — **curare,** *olhar por, vingar.*
44. **Quos** = **aliquos.** — **Iugurthæ,** *por Jugurta.* — **transvorsum agere,** *desviar do caminho direito, desvairar.* — **ambire,** *rodear, solicitar.* — **fatigare,** *importunar.*
45. **Absente (Iugurta): — incognita causa:** expressão jurídica: *sem que a causa tenha sido instruída; sem o ter ouvido.*
46. **Fingere, simulare...:** infinitos regidos por **dicentes** implícito em **fatigare. Fingere verba** = **ficta loqui.** — **licuerit,** *teria podido.*

facinore in has miserias proiectus sum, eadem haec[47] simulantem videam, et aliquando aut apud vos, aut apud deos immortales, rerum humanarum cura oriatur! Nae[48] ille, qui nunc sceleribus suis ferox atque praeclarus est, omnibus malis excruciatus, impietatis in parentem nostrum, fratris mei necis, mearumque miseriarum graves poenas reddet.

Iam iam, frater animo meo carissume, quamquam tibi immaturo, et unde minume decuit vita erepta est, tamen laetandum[49] magis quam dolendum puto casum tuum. Non enim regnum, sed fugam, exilium, egestatem, et omnes has quae me premunt aerumnas, cum anima simul amisisti[50]. At ego infelix, in tanta mala praecipitatus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum praebeo, incertus quid agam, tuasne iniurias persequar, ipse auxilii egens[51], an regno consulam, cuius vitae necisque potestas ex opibus alienis pendet[52]. Utinam emori fortunis meis honestus exitus esset, neu vivere contemptus viderer, si defessus malis, iniuriae concessissem. Nunc neque vivere lubet, neque mori licet sine dedecore. Patres conscripti, per vos, per liberos atque parentes vostros, per maiestatem populi Romani, subvenite misero mihi, ite obviam iniuriae, nolite pati regnum Numidiae, quod vostrum est, per scelus et sanguinem familiae nostrae tabescere[53]».

(De Bello Iugurthino, XIV)

---

47. **Eadem haec...** irónico.
48. **Nae** (ou **ne**) *certamente, seguramente.* — **ferox,** *altivo.* — **pœnas reddat** (melhor: **det, persolvat**), *seja castigado, sofra o castigo.*
49. **Laetandum:** sentido passivo.
50. **Non regnum... amisisti,** *com a existência não perdeste um trono, mas foste livre dos horrores da fuga...*
51. **Rerum humanarum,** *das vicissitudes humanas.* — **tuasne iniurias...,** *vingarei as tuas injúrias (a ti feitas), quando eu mesmo preciso de auxílio?*
52. **An regno consulam...** *ou devo pensar em recuperar o meu reino perdido, quando a minha vida e a minha morte dependem duma protecção estrangeira (de Roma)?* — **cuius:** tem por antecedente **ego** (de **consulem**).
53. **Tabesco,** *derreter-se, perecer.*

82. VERGILIUS

Vita. — P. Vergilius Maro anno 70 a.Ch.n. Andibus apud Mantuam modicis parentibus est ortus. Primis aetatis annis ruri apud parentes vitam transegit; deinde Cremonae per tres annos litterarum studiis operam dedit; postea Mediolanum se contulit, ubi notus fuit Pollioni; tum Romam contendit, ubi prima carminum tentamina satis fuere ut cum poetis sui temporis familiariter viveret. Demum Neapolim petivit, quae graecis litteris et disciplinis maxime affluebat, eiusque caeli locique amoenitate aliquot annos fruitus est. Anno aetatis 26, cum in locum patrium rediisset et *Bucolicis* scribendis incumberet, praediis suis spoliatus est ex distributione illa agri Mantuani, qui Octaviani iussu in veteranos dispertitus est. Auctore Pollione, Romae domicilium posuit, ibique *Bucolica* in lucem edidit, quae tanto favore sunt excepta, ut saepe in theatro recitarentur. Octavius damnum ex patrio agro amisso poetam resarsit, cum eum Maecenate et Horatio maxime faventibus, fundo maiore et amoeniore apud Neapolim donavit. Hic ab anno 37 ad 30 *Georgica* composuit, quae per aestatem Augusto recitavit.

Reliquum aetatis suae tempus Vergilius, postulante Octavio et Maecenate, cuius quidam tutela magnopere fruebatur, carmini epico Aeneidi condendo attribuit. Quod ut ad unguem castigaret, ea loca suis oculis conspicienda curavit, quae Troiani, dum Italiam petebant, peragraverant. In Graeciam itaque profectus est, ubi totum triennium permanere cupiebat, quo limando operi incumberet, deinceps philosophis vacaret. Sed a sole in morbum incidit, cum Megara inviseret. Augustus, cui ab Oriente redeunti obvius fuit, illi persuasit ut in Italiam remearet, quo facilius vires fractas reficeret. Accidit autem ut perincommoda fortasse navis iactatione morbus ingravesceret; quare statim ac Brundisium appulit, de vita decessit die 21 Septembris anni

19 a.Ch.n., aetatis annum quinquagesimum primum agens.

Cum se Neapoli tumulari iusserit, eius in sepulcro hoc epitaphium insculptum est:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Opera:

1. *Bucolica:* a) *Analysis: Carmina Bucolica,* quae etiam *Eclogae* haud semel inscribuntur, decem sunt, quibus pastores aut suos agros, aut ignes celebrant; modeste quoque poeta gratum suum animum in benefactores, maxime vero in Augustum, significat. *Ecloga quarta,* quam Pollioni dedicat, novam temporum seriem canit. Non ea quidem ad Messiam venturum refertur directe, sed ad filium Pollionis; indirecte tamen ipsum Messiam tangit, cum fabulas quae per alias gentes super Messia sparsae perferebantur, in suum ipse carmen colligat easque de Pollionis filio praedicet.

b) *Iudicium:* In *Bucolicis Carminibus* Vergilius Theocritum imitatur, a quo res et versus non paucos mutuatur. Satis est nomina pastorum conferre, ut genus esse graecum iure profitearis. Nec tamen servilis est imitatio, nam loca Italiae vices gerunt Siculorum, res gestae a Romanis significantur. Porro miserabiles agrorum descriptiones, ut quae poetae sint qui spoliationes passus sit, et magna eclogae quartae pictura propriae omnino sunt Vergilii. Carminum vero numerus et iucunditas ea sunt, ut si nihil aliud aestimarentur quam pura putaque versio, singularem poetam protenderent. Forsan pastores sint doctiores et sollertiores; genus carminum sit facilius: quae quidem si vitia sunt, magnis compensantur virtutibus.

2) *Georgica:* a) *Analysis:* quattuor constant libris. Argumentum de agrorum cultura perpetuo est. Nec tamen varietate non gaudet; nam in primo libro *de agris est* sermo: episodium ibidem elucet quo prodigia in Caesaris morte narrantur. Liber alter *vites frugiferasque arbores* describit. In tertio libro *pecora* eorumque pestilentia depinguntur. Quartus denique liber *de apibus* agit.

b) *Iudicium:* Argumentum pertractat quod non modo expertus didicit, sed etiam ex Hesiodo, Lucretio et Varrone magnam partem hausit. Ab arte absolutissimum est inter Vergiliana opera. Nam praeterquam quod in eo concinnando septem consumpsit annos ac proinde opus edidit summo artificio limatum, carmina fudit cum delectationis plena, tum etiam venustate exornata.

3. *Aeneis:* a) *Analysis:* Iuno, Troianis infensa, tempestatem per Aeolum excitat, ex qua Troianorum naves partim disiciuntur, partim in Africam prope Carthaginem propelluntur *(L. I).* Hic Didoni reginae, quae comiter Troianos excepit, ultimum diem Troiae et excidium Aeneas narrat *(L. II).* Tum prosequitur narratio: episodium Poliphemi et Andromachae cum Aenea inexpectatus congressus *(L. III).* Interim tamen Dido in Aenean amore flagrare coepit; at ubi eum, iussu deorum, abeuntem prospicit, in rogo exstructo se pugione confodit *(L. IV).* Aeneas autem, ubi in Siciliam pervenit, ludos funebres instituit ad diem anniversarium celebrandum, quo pater Anchises mortem ibidem subierat *(L. V).* Deinde ad inferos descendit, ut Anchisem patrem viseret. Ex quo futurum Romae incrementum cognovit *(L. VI).* Cum in Italiam appulit, Iuno bellum excitat Troianos inter et Turnum, Rutulorum regem *(L. VII).* Aeneas in Palatium (ubi Roma futura erat) convenit; arma a Vulcano fabricata accepit; in scuto res romanae mirifice depinguntur *(L. VIII).* Turnus interea, absente Aenea, impetum in Troianos facit; Nisi et Euryali miranda describitur amicitia *(L. IX).* Caelitum fit dissidium: Iupiter fatis non repugnabit; Aeneas collectis auxiliis, ad suos redit; Pallas, Evandri filius, magnis rebus gestis, a Turno interficitur *(L. X).* Eius tamen corpus

a pastore excipitur magnoque luctu sepelitur. Pugna describitur in qua Camilla, Volscorum regina, interfecta cadit *(L. XI)*. Lis tandem singulari certamine inter Aeneam et Turnum dirimitur: Turnus ab Aenea occiditur *(L. XII)*.

b) *Poematis fons:* Post bella Punica fingebatur fabula quaedam, a Graecis inter Romanos sparsa, qua Aeneam in Italiam venisse canebant. Hoc iam Naevius poeta celebraverat, de hoc Cicero memoriam retinuerat. Res igitur erat cum fortuna patriae coniuncta, satisque remota ut mirabilis fingi posset. Praeterea non pauca ab Homero mutuatus est Vergilius: ex *Odyssea* multa deprompta sunt, quae sex prioribus Aeneidos libris materiam suppeditarunt, ut tempestas, itinerum narrationes (praesertim episodium Poliphemi) et ad inferos descensus; ex *Iliade* vero influxus in sex posteriores libros potius dimanat. Congressus Didus cum Aenea in cantu quarto descriptus iam Naevius antea finxerat.

c) *Iudicium: Ingenio proprio pollet,* et in aliis imitandis. Etsi Homeri vestigiis ingressus est Vergilius, haud pauca tamen ex proprio penu deprompsit; quin etiam dici profecto potest Vergilium, etiam ea quae ab Homero mutuatur, tanta concinnitate significare, tanta denique arte exornare atque perficere, ut sua ac propria iure efficere videatur.

Vehementem in patriam pietatem prae se fert: Ut nemo magis inter aequales, de romanis rebus, praecipua tamen ratione de Augusto Vergilius superbit:

Tu regere imperio populos, Romane, memento:
Hae tibi erunt artes, pacisque imponere morem,
Parcere subiectis et debellare superbos. (VI, 851).

d) *Poematis fama:* Magna erat apud Romanos huiusmodi carminis exspectatio. Sic enim Propertius antequam Vergilii poema in lucem est editum, canebat:

Cedite, Romani scriptores, cedite, Grai,
Nescio quid maius nascitur Iliade. (Eleg. II, 34).

Post editum autem poema, scribebat Ovidius:

Nullum Latio clarius exstat opus. (Ars Amat. III, 338).

Item Statius praedicabat:

Vive, precor, nec tu divinam Aeneida tenta
Sed longe sequere et vestigia semper adora.

83. Dido desabafa com Ana, sua irmã

At regina, gravi iamdudum saucia cura [1],
Vulnus alit venis, et caeco carpitur igni [2].
Multa [3] viri virtus animo multusque recursat
Gentis honos [4]; haerent infixi pectore vultus
Verbaque, nec placidam membris dat cura quietem. 5
Postera Phoebea [5] lustrabat lampade terras
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram,
Cum sic unanimam [6] alloquitur male sana sororem:
«Anna soror, quae me suspensam [7] insomnia terrent!
Quis novus [8] hic nostris successit sedibus hospes! 10
Quem sese ore ferens [9]! quam forti pectore et armis!
Credo equidem, nec vana fides [10], genus esse deorum.
Degeneres animos timor arguit [11]. Heu! quibus ille
Iactatus fatis! quae bella exhausta [12] canebat!
Si mihi non animo fixum immotumque sederet [13], 15

83. 1. **Cura,** *paixão (amorosa).* — **saucia,** *ferida.*
2. **Caeco igni,** *com um fogo secreto.* — **carpitur,** *consome-se.*
3. **Multa... multus,** *sem cessar.* — **recursat,** *vem-lhe sem cessar ao espírito.*
4. **Gentis honos,** *a nobreza da sua (dele) família.*
5. **Phœbea lampade,** *com o disco de Febo, com o sol.* — **lustrabat,** *iluminava.*
6. **Unanimam,** *intimamente unida, que tinha com ela um só coração e uma só alma.* — **male sana,** *desnorteada pela paixão.*
7. **Suspensam,** *inquieta, perplexa*: hesitante entre o cumprimento do dever e a paixão.
8. **Novus,** *extraordinário.*
9. **Quem sese ore ferens,** *que nobreza no seu aspecto!*
10. **Nec vana fides,** *é convicção bem fundada, tenho razões para o crer.*
11. **Degeneres... arguit,** o *temor denuncia (é sinal de) almas vulgares.*
12. **Exhausta,** *em que tomou parte.* — **canebat,** *contava*: em vez de *narrabat,* por causa do tom épico.
13. **Si mihi... sederet,** *se eu não tivesse tomado a resolução firme e inabalável.*

Ne cui me vinclo vellem sociare iugali [14],
Postquam primus amor deceptam morte [15] fefellit;
Si non pertaesum [16] thalami taedaeque fuisset,
Huic uni forsan potui [17] succumbere culpae.
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sychaei 20
Coniugis, et sparsos [18] fraterna caede Penates,
Solus hic inflexit sensus [19], animumque labantem
Impulit: agnosco veteris vestigia flammae.
Sed mihi vel tellus optem prius [20] ima dehiscat [21],
Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, 25
Pallentes umbra Erebi [22] noctemque profundam,
Ante, Pudor [23], quam te violo, aut tua iura resolvo.
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit; ille habeat secum servetque sepulcro».
Sic effata, sinum lacrimis implevit obortis. 30
Anna refert: «O luce magis dilecta sorori,
Solane [24] perpetua moerens carpere iuventa,
Nec dulces natos, Veneris nec praemia noris?
Id [25] cinerem aut Manes credis curare sepultos?

---

14. **Vinculo iugale,** *vínculo conjugal.*
15. **Deceptam fefellit,** *depois que a morte enganou e atraiçoou o meu primeiro amor:* a morte decepcionou-a nas esperanças que concebera a respeito da duração do amor conjugal com Siqueu.
16. **Si non pertæsum... fuisset,** *se eu não tivesse ganhado horror ao tálamo e às tochas nupciais* (taeda).
17. **Potui,** *teria podido.* — **culpa:** infidelidade de que receia tornar-se culpável para com a memória de Siqueu.
18. **Sparsos,** *manchado de sangue.* — **fraterna caede,** o *assassínio cometido por meu irmão:* Pigmalião tinha assassinado Siqueu, esposo de Dido. — **Penates,** *lar doméstico.*
19. **Inflexit sensus,** *abalou os meus sentidos.* — **labantem impulit,** *me fez vacilar.*
20. **Prius:** junte-se a **quam.**
21. **Ima dehiscat,** *me engula nos seus abismos.*
22. **Erebi,** *do inferno.*
23. **Pudor:** esta palavra indica o respeito por si mesma. — **ante quam te violo,** *antes que venha a violar-te.* — **iura resolvere,** *romper os juramentos.*
24. **Sola,** *na viuvez.* — **carpi,** *consumir-se.* — **perpetua iuventa,** *durante toda a primavera da vida.*
25. **Id,** *isso:* *que tu te cases ou não:* a tua fidelidade.

Tu modo posce deos veniam [26], sacrisque litatis, 50
Indulge hospitio [27], causasque inecte morandi,
Dum pelago desaevit [28] hiems et aquosus Orion,
Quassataeque rates, dum non tractabile caelum».
His dictis incensum animum inflammavit amore,
Spemque dedit dubiae menti, solvitque pudorem. 55

(Canto IV)

84. Eneias, por ordem de Júpiter, abandona Dido

At pius Æneas, quanquam lenire dolentem
Solando cupit et dictis avertere curas,
Multa gemens magnoque animum labefactus amore, 395
Iussa [1] tamen divum exsequitur, classemque revisit.
Tum vero Teucri incumbunt [2] et littore celsas
Deducunt [3] toto naves. Natat uncta [4] carina,
Frondentesque ferunt remos et robora silvis
Infabricata [5], fugae studio. 400
Migrantes cernas [6], totaque ex urbe ruentes.
Ac velut ingentem formicae farris acervum
Cum populant, hiemis memores, tectoque reponunt,
It nigrum campis agmen, praedamque per herbas
Convectant calle augusto; pars grandia trudunt 405
Obnixae [7] frumenta humeris; pars agmina cogunt [8]
Castigantque moras [9]: opere omnis semita fervet.

---

26. **Veniam,** *benevolência.* — **sacris litatis,** *oferecidos sacrifícios.*
27. **Indulge hospitio,** *entrega-te toda às alegrias da hospitalidade.* — **causas innecte,** *procura pretextos.*
28. **Desaevit,** *se enfurece.* — **hiems,** *a tempestade.* — **aquosus Orion,** *pluvioso Orionte* (constelação).
84. 1. **Iussa exsequitur,** *cumpre as ordens.*
2. **Incumbunt,** *deitam mãos à obra.*
3. **Deducunt,** *põem a flutuar* (os navios tirados da areia seca).
4. **Uncta,** *untada de alcatrão.*
5. **Infabricata,** *ainda não preparados.*
6. **Cernas,** *poder-se-iam ver, era vê-los.*
7. **Obnixae,** *fazendo esforços.*
8. **Agmina cogunt,** *fecham a rectaguarda.*
9. **Moras,** *a demora de algumas.*

Quis tibi tum, Dido, cernenti talia sensus [10]?
Quosve dabas gemitus, cum littora fervere [11] late
Prospiceres arce ex summa, totumque videres 410
Misceri ante oculos tantis clamoribus aequor?
Improbe [12] Amor, quid non mortalia pectora cogis!
Ire iterum in lacrimas, iterum tentare precando
Cogitur, et supplex animos [13] submittere amori,
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat [14]. 415
«Anna, vides toto properari littore? Circum [15]
Undique convenere; vocat iam carbasus [16] auras,
Puppibus et laeti nautae imposuere coronas [17].
Hunc ego si potui tantum sperare [18] dolorem,
Et perferre, soror, potero. Miserae hoc tamen unum 420
Exsequere [19], Anna, mihi; solam nam perfidus ille
Te colere [20], arcanos etiam tibi credere [21] sensus;
Sola viri molles aditus et tempora [22] noras.
I, soror, atque hostem supplex affare superbum.
Non ego, cum Danais [23] Troianam exscindere gentem 425
Aulide [24] iuravi, classemve ad Pergama misi,
Nec patris Anchisae cinerem Manesve revelli [25];

10. **Quis — sensus,** *que emoções experimentavas tu.* — **cernenti talia,** *ao veres tais coisas.*
11. **Fervere** (de *ferro* = *ferveo*).
12. **Improbe amor,** *amor insensato.* — **quid,** *a que.*
13. **Animos,** *o seu orgulho, a sua altivez.*
14. **Ne... relinquat,** querendo tudo tentar para não morrer inùtilmente.
15. **Circum,** *ao mesmo tempo.*
16. **Carbasus,** *vela.*
17. **Coronas:** à partida, os marinheiros gostavam de coroar os navios com flores.
18. **Si potui sperare,** *se pude pressentir.*
19. **Exsequere,** *faz-me, presta-me este serviço.*
20. **Colere** (subent. *solebat*), *respeitar, considerar.*
21. **Arcanos credere sensus,** *confiar-te os seus pensamentos secretos.*
22. **Molles aditus et tempora,** *os meios e a ocasião para lhe falar ao coração.*
23. **Cum Danais,** *com os gregos.*
24. **Aulide,** *em Áulide;* porto da Beócia, donde os Gregos partiram para destruir Tróia. Dido quer dizer que não teve culpa na destruição de Tróia.
25. **Revelli,** *violei:* alusão a uma lenda segundo a qual o túmulo de Anquises, pai de Eneias, fora violado por Diomedes.

Cur mea dicta negat duras demittere in aures?
Quo ruit [26]? Extremum hoc miserae det munus amanti:
Exspectet facilemque fugam ventosque ferentes. 430
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro,
Nec pulchro ut Latio careat regnumque relinquat;
Tempus inane [27] peto, requiem spatiumque furori [28],
Dum [29] mea me victam doceat fortùna dolere.
Extremam hanc oro veniam (miserere sororis!), 435
Quam mihi cum dederit, cumulatam morte remittam [30]».
Talibus orabat, talesque miserrima fletus
Fertque refertque [31] soror. Sed nullis ille movetur
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit [32].
Fata obstant, placidasque viri deus obstruit aures. 440
Æneas celsa in puppi, iam certus eundi [32],
Carpebat somnos, rebus iam rite [33] paratis. 555
Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursusque ita visa monere est,
Omnia [34] Mercurio similis, vocemque coloremque,
Et crines flavos et membra decora [35] iuventa:
«Nate dea [36], potes hoc sub casu [37] ducere somnos? 560
Nec, quae te circum stent deinde [38] pericula, cernis?
Demens! nec Zephyros audis spirare secundos [39]?

26. **Quo ruit?** *para onde corre ele?*
27. **Inane,** *de pouca importância, de pouca duração.*
28. **Furori,** *paixão.*
29. **Dum,** *até que.* — **victam,** *vencida* (pelo golpe que recebi). — **doceat... dolere,** *a minha sorte me ensine a sofrer* (a suportar resignadamente a minha dor).
30. **Cumulatam... remittam,** *pagarei* (esse benefício) *com usura:* Dido quer dizer que, se Eneias lhe conceder o favor (*venia*) de ficar mais algum tempo junto dela, o recompensará bem, pois que com a sua morte ele ficará livre dela.
31. **Fert refertque,** *conta e torna a contar, leva e torna a levar.*
32. **Voces... audit,** *não há palavras que o verguem.*
32. **Certus eundi,** *resolvido a partir.*
33. **Rite,** *devidamente.*
34. **Omnia similis,** *em tudo parecido:* omnia é um acus. de relação.
35. **Decora iuventa,** *beleza da juventude.*
36. **Nate dea,** *filho da deusa* (Vénus): Eneias.
37. **Hoc sub casu,** *sob a ameaça de um tal perigo.*
38. **Deinde,** *doravante.*
39. **Secundos,** *favoráveis.*

Illa[40] dolos dirumque nefas in pectore versat,
Certa[41] mori, varioque irarum fluctuat aestu.
Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare[42] potestas? 565
Iam[43] mare turbari trabibus[44] saevasque videbis
Collucere faces, iam fervere littora flammis,
Si te his attigerit terris Aurora morantem.
Eia age, rumpe moras. Varium et mutabile semper
Femina». Sic fatus nocti se immiscuit atrae. 570
Tum vero Æneas, subitis exterritus umbris[45],
Corripit[46] e somno corpus sociosque fatigat[47]:
«Praecipites[48] vigilate, viri, et considite transtris;
Solvite vela citi. Deus aethere missus ab alto
Festinare fugam tortosque[49] incidere funes 575
Ecce iterum stimulat. Sequimur te, sancte deorum[50],
Quisquis es, imperioque iterum paremus ovantes.
Adsis o, placidusque iuves, et sidera caelo
Dextra[51] feras!» Dixit, vaginaque eripit ensem
Fulmineum, strictoque ferit retinacula ferro. 580
Idem omnes simul ardor habet; rapiuntque[52], ruuntque.
Littora deseruere; latet sub classibus aequor:
Annixi[53] torquent spumas[54] et caerula verrunt.

(Canto IV)

---

40. **Illa,** *ela:* Dido. — **versat,** *revolve, medita.* — **dirum nefas,** *um crime abominável.*
41. **Certa mori,** *decidida a morrer.*
42. **Praecipitare,** *apressar-te.*
43. **Iam,** *bem depressa.*
44. **Turbari trabibus,** *ser agitado por navios* (que irão em perseguição dele).
45. **Umbris,** *trevas* (que se seguiram à aparição de Mercúrio).
46. **Corripit... corpus,** *levanta-se de um salto.*
47. **Fatigat,** *excita, estimula.*
48. **Præcipites vigilate,** *acordai depressa.*
49. **Tortos,** *retorcidas.*
50. **Sancte deorum,** *venerável entre os deuses.*
51. **Dextra** (*sidera*), *favoráveis, propícios.*
52. **Rapiunt:** pegam à pressa em todos os objectos necessários.
53. **Annixi,** *com todas as suas forças.*
54. **Torquent spumas,** *fazem saltar a espuma.*

85. Desespero de Dido

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni[1] croceum linquens Aurora cubile. 585
Regina e speculis[2] ut primum albescere lucem
Vidit et aequatis classem procedere velis[3],
Littoraque et vacuos sensit sine remige portus,
Terque quaterque manu pectus percussa decorum,
Flaventesque abscissa comas[4]: «Proh Iupiter[5]! ibit 590
Hic, ait, et nostris illuserit advena regnis?
Non arma expedient[6] totaque ex urbe sequentur,
Diripientque[7] rates alii navalibus? Ite,
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos!...
Quid loquor? aut ubi sum? quae mentem insania mutat? 595
Infelix Dido! nunc te facta impia[8] tangunt?
Tum decuit, cum sceptra dabas[9]. En dextra[10] fidesque,
Quem[11] secum patrios aiunt portare Penates,
Quem subiisse[12] humeris confectum aetate parentem?
Non potui abreptum divellere corpus et undis 600
Spargere? non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium, patriisque epulandum ponere mensis[13]?
Verum anceps pugnae fuerat[14] fortuna. Fuisset[15]!

---

85. 1. **Tithonus:** Titão, filho de Laomedonte, era esposo da Aurora.
2. **E speculis,** *do alto do seu paláçio.*
3. **Aequatis velis,** *com as velas iguais:* bem alinhadas.
4. **Abscissa comas,** *arrancando a sua cabeleira:* comas e pectus são acus. de relação.
5. **Proh Iupiter,** *ó Júpiter!*
6. **Arma expedient,** (os meus Tírios) *não pegarão em armas?*
7. **Diripient,** *retirarão.*
8. **Facta impia,** *a ímpia infidelidade* (de Eneias).
9. **Sceptra dabas,** *lhe oferecias o ceptro.*
10. **En dextra fidesque,** *eis os juramentos e a palavra de honra.*
11. **Quem:** tem por antecedente *eius: daquele que.*
12. **Subiisse humeris,** *carregou aos ombros com.*
13. **Mensis:** alusão ao festim de Atreu que serviu a Tiestes os membros de seus filhos degolados.
14. **Fuerat,** *teria sido.* — **anceps,** *duvidosa.*
15. **Fuisset,** *admitamos que o fosse.*

Quem metui moritura [16]? Faces in castra [17] tulissem,
Implessemque foros flammis, natumque patremque 605
Cum genere exstinxem [18] memet super ipsa dedissem [19].
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,
Tuque harum interpres curarum et conscia Iuno [20],
Nocturnisque Hecate triviis [21] ululata [22] per urbes,
Et Dirae [23] ultrices, et di morientis Elissae [24], 610
Accipite haec, meritumque [25] malis advertite numen,
Et nostras audite preces. Si tangere portus
Infandum caput [26] ac terris adnare [27] necesse est,
Et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret [28],
At bello audacis populi vexatus et armis, 615
Finibus extorris [29], complexu avulsus Iuli [30],
Auxilium imploret, videatque indigna suorum
Funera; nec, cum se sub leges pacis iniquae
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur;
Sed cadat ante diem [31], mediaque inhumatus [32] arena. 620
Haec precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo
Tum vos, o Tyrii, stirpem et genus [33] omne futurum
Exercete odiis, cinerique haec mittite nostro

16. **Moritura,** *decidida como estava a morrer.*
17. **In castra:** no acampamento de Eneias.
18. **Extinxem** = *extinxissem.*
19. **Memet dedissem,** *entregar-me-ia a mim mesma* (às chamas).
20. **Juno:** era testemunha da fé conjugal. — **interpres,** *medianeira.* — **conscia,** *testemunha.*
21. **Triviis,** *nas encruzilhadas:* nelas costumavam encontrar-se as estátuas de Hécata.
22. **Ululata,** *invocada com uivos.*
23. **Dirae,** *Fúrias.*
24. **Elissa:** outro nome de Dido.
25. **Meritum,** *que eu mereci.*
26. **Infandum caput,** *esse ser execrável:* Eneias.
27. **Adnare,** *abordar.* — **necesse est,** *é inevitável, não se pode impedir.*
28. **Hic terminus haeret,** *se é essa a determinação imutável dos destinos.*
29. **Finibus extorris,** *expulso das suas fronteiras.*
30. **Iuli,** *de Júlio* (filho de Eneias): segundo a lenda, Eneias reinou apenas três anos. Desapareceu num combate contra os Latinos e o seu corpo, sumido nas águas do Numício, nunca mais foi encontrado.
31. **Ante diem,** *prematuramente.*
32. **Inhumatus,** *sem ser sepultado.*
33. **Genus,** *raça:* dos Troianos. — **exercere,** *perseguir.*

Munera; nullus amor populis [34] nec foedera sunto.
Exoriare [35] aliquis nostris ex ossibus ultor [36], 625
Qui face Dardanios ferroque sequare colonos,
Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires [37].
Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor, arma armis; pugnent ipsique nepotesque».
Haec ait, et partes animum versabat in omnes, 630
Invisam quaerens quamprimum abrumpere lucem [38].

(Canto IV)

86. Caci eiusque latrocinii descriptio

Monstrum quondam semiferum fuit, cui Caco inditum nomen erat. Ab hominum consortio prorsus semotum, ex rapina vitam tolerabat. Tam dirum tamque inveteratum immanis illius latronis furorem reprimere audebat nemo. Ecce, autem, invictus Hercules miseris hominibus opem et salutem tulit: peropportune contigit quod taurorum suorum armentum per regionem illam pellebat. Tum Cacus, cuius crudeli animo nihil timoris inici posse videbatur, quattuor tauros eximio corpore ac totidem vaccas pulchriore specie furtim raptavit. Iam vero, ne boum vestigia ulla reperiri possent, hos cauda retractos in cavernam abduxit.

Accidit, autem, ut, Hercule e pastu discedente, boves in egressu boare coepissent. Quibus auditis clamoribus, una vaccarum, quae in spatiosa Caci spelunca ereptae detinebantur, mugitu reboavit. Iam Hercules, fraude detecta, ira exardescens, ex furacissimo illo abactore (ladrão de gado) poenas repetendas curat. Ter ingens saxum aggreditur; ter sedet lassus, dolore ardens. Deinde, connixus ab dextra parte, rupem commovit eamque ad sinistram partem, intimis erutam radicibus, abrupit.

Tremuit in antro Cacus; et, viso Hercule, metu exalbescit. Frustra ignes evomit aut fumidam sub spelunca

34. **Populis,** *entre os dois povos.*
35. **Exoriare,** *que apareça:* a 2.ª pessoa emprega-se também com *aliquis* quando a apóstrofe é dirigida a uma pessoa indeterminada.
36. **Ultor,** *vingador:* será *Aníbal.*
37. **Quocumque... vires,** *enquanto tiver forças para combater.*
38. **Lucem,** *a vida.*

colligit noctem. Nam Hercules, se praecipiti saltu per flammas immittens, eum apprehendit, in nodum contorquet, et incumbens stringit oculos extrusos.

(*Lib. VIII, 190-267*)

87. Hércules e Caco

Iam primum[1] saxis suspensam hanc aspice rupem, 190
Disiectae procul ut moles, desertaque montis
Stat domus[2], et scopuli ingentem traxere ruinam.
Hic spelunca fuit, vasto submota recessu,
Semihominis[3] Caci facies quam dira tenebat,
Solis inaccessam radiis; semperque recenti 195
Caede tepebat humus, foribusque affixa superbis[4]
Ora virum tristi pendebant pallida tabo[5].
Huic monstro Vulcanus erat pater; illius atros
Ore vomens ignes, magna se mole ferebat[6].
Attulit et nobis aliquando optantibus aetas[7] 200
Auxilium adventumque dei. Nam maximus ultor,
Tergemini nece Geryonae[8] spoliisque superbus,
Alcides[9] aderat, taurosque hac victor agebat
Ingentes, vallemque boves amnemque tenebant.
At furiis Caci mens effera, ne quid inausum 205
Aut intractatum scelerisve dolive fuisset,
Quatuor a stabulis[10] praestanti corpore tauros
Avertit, totidem[11] forma superante iuvencas;

87. 1. **Iam primum,** *em primeiro lugar.*
2. **Montis domus,** *a morada formada pela montanha.*
3. **Semihominis:** tem 4 sílabas.
4. **Superbis,** *ameaçadoras.*
5. **Ora tristi tabo,** *cabeças horrivelmente manchadas com sangue corrompido.*
6. **Magna se mole ferebat,** *arrastava a sua enorme corpulência.*
7. **Aetas,** *o tempo.*
8. **Geryonae:** Gerião era um monstro de três corpos. Hércules acabava de libertar a Espanha desse monstro; e o rebanho, que conduzia, fazia parte dos despojos conquistados nessa expedição.
9. **Alcides,** *Hércules.* — **tauros agere,** *conduzir os toiros.* — **hac,** *por aqui, pelo nosso país.*
10. **Stabulis,** *das pastagens* onde se detinham os bois.
11. **Totidem,** *outras tantas.* — **forma superante,** *de superior beleza.* — **avertit,** *desvia, rouba.*

Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Cauda in speluncam tractos, versisque[12] viarum 210
Indiciis raptos, saxo occultabat opaco.
Quaerenti[13] nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea, cum iam stabulis saturata moveret
Amphitryoniades[14] armenta abitumque pararet.
Discessu[15] mugires boves, atque omne querelis 215
Impleri nemus, et colles clamore relinqui.
Reddidit una boum vocem vastoque sub antro
Mugiit, et Caci spem custodita[16] fefellit.
Hic[17] vero Alcidae furiis exarserat atro
Felle[18] dolor; rapit arma manu nodisque gravatum 220
Robur[19] et aerii cursu petit ardua[20] montis.
Tum primum nostri Cacum videre timentem
Turbatumque oculis; fugit ilicet ocior Euro,
Speluncamque petit; pedibus timor addidit alas.
Ut sese inclusit, ruptisque immane catenis 225
Deiecit saxum, ferro quod et arte paterna
Pendebat, fultosque emuniit obice postes[21],
Ecce furens animis[22] aderat Tirynthius, omnemque
Accessum lustrans[23] huc ora ferebat et illuc,
Dentibus infrendens. Ter totum fervidus ira 230
Lustrat Aventini montem; ter saxea tentat[24]

12. **Versis viarum indiciis,** *com as pegadas em sentido inverso.*
13. **Quaerenti,** *para quem as procurasse:* dat. de interesse. — **ferebant,** *conduziam.*
14. **Amphitryoniades,** *o filho de Anfitrião, Hércules.*
15. **Discessu,** *à hora da partida.* — **mugire, impleri, relinqui,** são infinitos históricos.
16. **Custodita,** *apesar de guardada.*
17. **Hic,** *então.*
18. **Atro felle dolor,** *uma amarga dor:* os antigos colocavam no fígado a sede das paixões violentas, sobretudo da cólera. — **dolor,** *ressentimento.*
19. **Gravatum robur,** *a sua pesada maça (clava).*
20. **Ardua,** *o áspero cume.*
21. **Emuniit postes fultos obice,** *barricou a entrada da caverna fortificada por aquele obstáculo.*
22. **Animis,** *com sentimentos de cólera.* — **Tirynthius,** *Hércules.*
23. **Lustrans,** *percorrendo, sondando.*
24. **Tentat,** *assalta, ataca,* — **nequidquam,** *em vão.*

Limina nequidquam; ter fessus valle resedit.
Stabat [25] acuta silex, praecisis undique saxis [26],
Speluncae dorso insurgens [27], altissima visu,
Dirarum [28] nidis domus opportuna volucrum. 235
Hanc, ut prona iugo [29] laevum incumbebat ad amnem,
Dexter in adversum nitens [30] concussit, et imis
Avulsam solvit radicibus; inde repente
Impulit; impulsu quo maximus intonat aether,
Dissultant ripae, refluitque exterritus amnis. 240
At specus et Caci detecta apparuit ingens
Regia [31], et umbrosae penitus patuere cavernae.
Non secus ac si [32] qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes et regna recludat
Pallida, dis invisa, superque [33] immane barathrum 245
Cernatur, trepidentque immisso lumine Manes.
Ergo insperata [34] deprensum in luce repente
Inclusumque cavo saxo, atque insueta [35] rudentem,
Desuper Alcides telis premit, omniaque arma
Advocat, et ramis vastisque molaribus instat [36]. 250
Ille autem (neque enim fuga iam super ulla pericli),
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu!)
Evomit, involvitque domum caligine caeca,
Prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro
Fumiferam noctem, commixtis igne tenebris. 255
Non tulit Alcides animis [37], seque ipse per ignem

25. **Stabat,** *erguia-se.* — **silex,** *rocha.*
26. **Praecisis undique saxis,** *com rochedos cortados a pique por todos os lados.*
27. **Dorso insurgens,** *erguendo-se sobre o flanco (da caverna).*
28. **Dirae volucres,** *aves de rapina.*
29. **Prona iugo,** *inclinada pelo seu cume.* — **laevum,** *para a esquerda.*
30. **Dexter nitens,** *fazendo esforço do lado direito da rocha para o lado oposto.*
31. **Regia,** o *palácio de Caco* : ironia. — **penitus,** *até às suas profundezas.*
32. **Non secus ac si,** *foi como se.*
33. **Super,** *de cima, do alto.*
34. **Insperata,** *inesperada.*
35. **Insueta rudentem,** *soltando estranhos rugidos.*
36. **Molaribus instat,** *persegue-o com pedras enormes* (como as que se empregam para fazer as mós).
37. **Animis,** *na sua cólera.*

Praecipiti iecit saltu, qua plurimus undam
Fumus agit nebulaque ingens specus aestuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Corripit in nodum complexus [38], et angit inhaerens 260
Elisos oculos et siccum sanguine guttur [39].
Panditur extemplo foribus domus atra revulsis,
Abstractaeque boves abiurataeque [40] rapinae
Caelo ostenduntur, pedibusque informe cadaver
Protrahitur. Nequeunt expleri [41] corda tuendo 265
Terribiles oculos, vultum villosaque setis
Pectora semiferi, atque exstinctos faucibus ignes.

88. Nisi et Euryali episodium

Artissimo inter se amicitiae vinculo coniuncti erant Nisus et Euryalus. Cum, imminente nocte, circa oppidum Troiani excubias disponerent, Nisus portarum custodiam sortitus est. Prope eum erat Euryalus. Nisus gloriae cupiditate percitus, res praeclare gerendas animo concipit. Ac, remotis arbitris, suum consilium cum Euryalo communicat. Qui iisdem laudis stimulis concitatus, ut socius adscribatur postulat. Interim, Troiani de revocando per nuntios Aenea solliciti, dum inter se consultant, Nisum et Euryalum ad consilium adhibent, qui hanc provinciam ultro suscipiunt.

Deinde, per medios hostes iter arripiunt et Rutulorum caedem ingentem faciunt. Quorum spoliis induti ac laetitia gestientes, ire pergunt, cum repente in equites Latinos incidunt. Fuga salutem petunt ac sese in proximam abdunt silvam. Postquam diu per dumos vepresque errarunt, Nisus quidem effugit, Euryalus vero in hostium potestatem redactus, incassum conatur sese de eorum manibus eripere. Tunc Nisus, ut amicum liberet, sagittam contra hostes proicit quae, Sulmone prostrato, Rutulorum odium magis inflammat

38. **In nodum complexus,** *apertando-o de modo a formar um nó com os seus braços.*
39. **Elisos ... guttur:** Hércules aperta Caco com tanta força, que os olhos lhe saltam das órbitas e o sangue se retira da garganta seca.
40. **Abiuratae,** *negadas com juramento*: segundo a lenda, Caco interrogado por Hércules, jurara que não sabia do roubo (*rapinae*).
41. **Nequeunt,** *não podem* (sujeito: os habitantes da região), — **Corda,** *em seus corações* : acus. de relação.

et Euryali necem accelerat. Etenim Volscens, Rutulorum dux, cum libratorem teli nullum conspiciat, infelicem impetit Euryalum eiusque pectus gladio transfodit. Non tamen impune: nam Nisus accurrens, in Volscentem irruit eumque ferro traiecit, et mortem pro amico libenter oppetiit.

(*Lib. IX, 175-501*).

89. Niso e Euríalo

Nisus erat portae [1] custos, acerrimus armis, 175
Hyrtacides [2], comitem Æneae quem miserat Ida [3]
Venatrix, iaculo celerem levibusque sagittis;
Et iuxta [4] comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Æneadum [5] Troiana neque induit arma,
Ora puer prima signans intonsa iuventa [6]. 180
His amor unus [7] erat, pariterque [8] in bella ruebant;
Tum quoque [9] communi portam statione tenebant.
Nisus ait: «Dine hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido [10]?
Aut pugnam, aut aliquid iamdudum invadere magnum 185
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.
Cernis quae Rutulos habeat fiducia rerum [11].
Lumina [12] rara micant; somno vinoque soluti
Procubuere; silent late loca. Percipe porro [13]
Quid dubitem [14], et quae nunc animo sententia surgat. 190

86. 1. **Portae,** *de uma das portas* (do acampamento de Eneias).
2. **Hyrtacides,** *filho de Hirtaco.*
3. **Ida venatrix,** *Ida caçadora:* Mãe de Niso.
4. **Iuxta,** *perto dele.*
5. **Aeneadum,** *dos Troianos.*
6. **Prima iuventa,** *com a primeira penugem da adolescência.*
7. **Amor unus,** *um mesmo afecto, um afecto recíproco.*
8. **Pariter,** *juntamente.*
9. **Tum quoque,** *dessa vez ainda.*
10. **An... dira cupido,** *ou será que cada qual faz um deus dos seus ardentes desejos?*
11. **Fiducia rerum,** *confiança na sua situação.*
12. **Lumina,** *fogueiras.*
13. **Porro,** *pois bem, e agora.*
14. **Quid dubitem,** *em que projecto penso.*

Ænean acciri omnes, populusque patresque [15],
Exposcunt, mittique viros qui certa reportent [16].
Si tibi quae posco promittunt [17], nam mihi facti
Fama sat est, tumulo videor reperire [18] sub illo
Posse viam ad muros et moenia Pallantea [19]». 195
Obstupuit magno laudum percussus amore
Euryalus; simul his ardentem affatur amicum:
«Mene igitur [20] socium summis adiungere rebus,
Nise, fugis [21]? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor, bellis assuetus Opheltes, 200
Argolicum terrorem inter Troiaeque labores
Sublatum [22] erudiit, nec tecum talia gessi,
Magnanimum Ænean et fata extrema secutus [23].
Est hic, est animus [24] lucis contemptor, et istum
Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem». 205
Nisus ad haec: «Equidem de te nil tale verebar,
Nec fas; non: ita [25] me referat tibi magnus ovantem
Iupiter, aut quicumque oculis haec [26] adspicit aequis.
Sed, si quis (quae multa vides discrimine tali) [27],
Si quis in adversum rapiat casusve deusve, 210
Te superesse velim; tua vita dignior aetas.
Sit qui me raptum pugna [28] pretiove redemptum
Mandet humo, solita aut si qua id fortuna [29] vetabit,

15. **Populusque patresque,** *o exército e os chefes.*
16. **Reportent,** *dêem informações.*
17. **Si tibi... promittunt,** *se te prometem as honras que vou pedir para ti.*
18. **Videor reperire,** *creio poder encontrar.* — **tumulus,** *colina.*
19. **Pallantea,** *Palantea:* nome da cidade fundada por Evandro no monte Palatino; para lá se dirigira Eneias.
20. **Igitur,** *então?*
21. **Fugis,** *recusas.*
22. **Sublatum,** *educado.*
23. **Secutus,** *depois que segui.*
24. **Est hic animus,** *há aqui* (no meu peito) *um coração.* — **lucis,** *da luz do dia.*
25. **Ita,** *que assim* (tão certo como eu não punha em dúvida...). — **me referat,** *me reconduza.* — **tibi,** *para junto de ti.*
26. **Haec,** *os meus projectos.*
27. **Quae multa... tali,** *são muitos os riscos que se correm em semelhantes aventuras.*
28 **Raptum pugna,** *arrebatado do campo de batalha.* — **redemptum,** *resgatado.*
29. **Solita fortuna,** *(se) a sorte como de costume.* — **si qua,** *se de alguma maneira.*

Absenti ferat inferias [30], decoretque sepulcro.
Neu matri miserae tanti sim causa doloris, 215
Quae te sola, puer, multis e matribus ausa
Prosequitur [31] magni nec moenia curat Acestae [32]».
Ille autem: «Causas [33] nequidquam nectis inanes,
Nec mea iam mutata loco sententia [34] cedit.
Acceleremus», ait. Vigiles simul excitat. Illi 220
Succedunt [35] servantque vices; statione relicta,
Ipse comes Niso graditur, regemque [36] requirunt.
 Cetera per terras omnes animalia somno
Laxabant curas et corda oblita laborum;
Ductores Teucrum primi et delecta iuventus 225
Consilium summis regni de rebus [37] habebant,
Quid facerent, quisve Æneae iam nuntius esset.
Stant longis annixi hastis [38] et scuta tenentes
Castrorum et campi medio. Tum Nisus et una
Euryalus confestim alacres admittier [39] orant; 230
Rem magnam pretiumque morae fore [40]. Primus Iulus
Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tum sic Hyrtacides: «Audite o mentibus aequis,
Æneadae, neve haec nostris spectentur ab annis,
Quae ferimus. Rutuli somno vinoque soluti 235
Conticuere; locum insidiis conspeximus ipsi,
Qui patet in bivio portae [41] quae proxima ponto.
Interrupti ignes, aterque ad sidera fumus

30. **Ferat inferias,** *leve ofertas fúnebres.*
31. **Prosequitur:** a mãe de Euríalo foi a única entre as Troianas que teve a coragem de acompanhar o filho.
32. **Moenia Acestae:** a cidade de Acesta fundada por Eneias na Sicília onde tinham ficado os anciãos, as mulheres e as crianças.
33. **Causas,** *pretextos.*
34. **Sententia,** *resolução.* — **cedere loco,** *ser vencido, ceder.*
35. **Succedunt:** tomam o lugar de Niso e de Euríalo.
36. **Regem:** Ascânio (filho de Eneias) que na ausência do pai comanda os Troianos.
37. **Summis de rebus,** *de assuntos de capital importância.*
38. **Annixi hastis,** *apoiados sobre as lanças.*
39. **Admittier** (infin. arc.) = *admitti.*
40. **Rem magnam...: fore,** *declaram tratar-se de negócio importante e que valerá a pena retardar a deliberação para os ouvir.*
41. **In bivio portae:** *a porta onde se cruzam as duas estradas.*

Erigitur; si fortuna permittitis uti,
Quaesitum [42] Ænean et moenia Pallantea, 240
Mox hic cum spoliis, ingenti caede peracta,
Affore cernetis. Nec nos via fallet euntes;
Vidimus obscuris primam sub valibus urbem [43]
Venatu assiduo, et totum cognovimus amnem».
 Hic annis gravis atque animi [44] maturus Aletes: 245
«Di patrii, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Cum tales animos iuvenum et tam certa tulistis
Pectora!» Sic memorans, humeros dextrasque tenebat
Amborum, et vultum lacrimis atque ora [45] rigabat. 250
«Quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus istis
Praemia posse rear solvi? Pulcherrima primum
Di moresque dabunt vestri [46], tum cetera reddet
Actutum pius Æneas atque integer aevi [47]
Ascanius, meriti tanti non immemor unquam». 255
«Imo ego vos, cui sola salus genitore reducto [48],
Excipit [49] Ascanius, per magnos, Nise, Penates [50]
Assaracique Larem et canae [51] penetralia Vestae,
Obtestor; quaecumque mihi fortuna fidesque [52] est,
In vestris pono gremiis [53]: revocate parentem, 260
Reddite conspectum; nihil illo triste recepto.
Bina dabo argento perfecta atque aspera [54] signis
Pocula, devicta genitor quae cepit Arisba [55],

42. **Quaesitum,** *para irmos à procura.*
43. **Primam urbem,** *as primeiras casas.*
44. **Animi maturus,** *de grande experiência.* — **annis gravis,** *vergado ao peso dos anos.*
45. **Vultu atque ora,** *todo o seu rosto.*
46. **Mores vestri,** *as vossas virtudes.*
47. **Integer aevi,** *jovem.*
48. **Cui sola salus genitore reducto,** *cuja única esperança está no regresso de meu pai.*
49. **Excipit,** *responde.*
50. **Per Penates,** *pelos deuses* (de Tróia).
51. **Canae,** *de cabelos brancos.*
52. **Fides,** *confiança, esperança.*
53. **In vestris gremiis,** *no vosso seio.*
54. **Aspera signis,** *adornados com figuras em relevo.*
55. **Arisba:** cidade de Tróade, tomada por Eneias antes da guerra de Tróia.

Et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido [56]. 265
Si vero capere Italiam sceptrisque potiri
Contigerit victori [57], et praedae dicere sortem [58],
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus; ipsum illum [59], clipeum cristasque rubentes
Excipiam sorti [60], iam nunc tua praemia, Nise. 270
Te vero, mea quem spatiis propioribus [61] aetas
Insequitur, venerande puer, iam pectore toto 275
Accipio, et comitem casus [62] complector in omnes.
Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus;
Seu pacem, seu bella geram, tibi maxima rerum
Verborumque fides [63]». Contra quem talia fatur
Euryalus: «Me nulla dies tam fortibus ausis 280
Dissimilem arguerit; tantum fortuna secunda,
Haud adversa, cadat [64]. Sed te super omnia dona
Unum oro: genitrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem [65], non moenia regis Acestae. 285
Hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli est
Inque salutatam [66] linquo; Nox et tua testis [67]
Dextra, quod nequeam [68] lacrimas perferre parentis.

---

56. **Quem dat Dido** = *donum Didonis*: daí o verbo no presente.
57. **Victori,** *a mim vencedor.*
58. **Praedae dicere sortem,** *designar à sorte os despojos.*
59. **Ipsum illum** (subent. *equum*).
60. **Excipiam sorti,** *exceptuá-los-ei da sorte.*
61. **Spatiis propioribus,** *de mais perto*: Euríalo tinha só 17 anos.
62. **Casus,** *circunstâncias da minha vida.*
63. **Rerum verborumque fides,** *confiança nos teus actos e nas tuas palavras.*
64. **Me nulla dies... cadat,** *nunca o tempo me mostrará inferior a tão corajosa empresa: só desejo que a sorte que hoje me sorri (me é favorável) me não atraiçoe (não seja adversa).* Damos o texto e a tradução que nos parecem mais claros nesta passagem bastante controvertida.
65. **Mecum excedentem,** *resolvida a acompanhar-me.*
66. **Inque salutatam** (tmese por *insalutatamque*), *sem lhe dizer adeus.*
67. **Nox et tua testis dextra:** *juro pela Noite e pela tua mão direita.*
68. **Quod nequeam,** *que não poderia.*

At tu, oro, solare inopem, et succurre relictae.
Hanc sine me spem ferre tui [69]: audentior ibo 290
In casus omnes». Percussa mente dedere
Dardanidae lacrimas; ante omnes pulcher Iulus,
Atque animum patriae strinxit pietatis imago [70].
Tum sic effatur:
«Sponde [71] digna tuis ingentibus omnia coeptis. 295
Namque erit ista [72] mihi genitrix, nomenque Creusae
Solum defuerit, nec partum gratia talem
Parva manet [73]. Casus factum [74] quicumque sequentur,
Per caput hoc [75] iuro, per quod pater ante solebat,
Quae tibi polliceor reduci [76] rebusque secundis, 300
Haec eadem matrique tuae generique manebunt [77]».
Sic ait illacrimans; humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius [78], atque habilem [79] vagina aptarat eburna.
Dat Niso Mnestheus pellem horrentisque leonis 305
Exuvias; galeam fidus permutat Aletes.
Protinus armati incedunt; quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuvenumque senumque,
Prosequitur votis. Nec non et pulcher Iulus,
Ante annos animumque gerens curamque virilem, 310
Multa patri mandata [80] dabat portanda: sed aurae
Omnia discerpunt, et nubibus irrita [81] donant.
Egressi superant fossas, noctisque per umbram

---

69. **Sine... tui,** *deixa-me levar de ti esta esperança.*
70. **Patriae pietatis imago,** *este exemplo de piedade filial*: que lhe recorda a Ascânio o amor que ele mesmo tem a seu pai.
71. **Sponde,** *podes contar com.*
72. **Ista:** a tua mãe.
73. **Nec partum... manet,** *nem será pequena a recompensa que está reservada a quem tal filho gerou.*
74. **Factum,** *a vossa empresa.*
75. **Per caput hoc,** *pela minha cabeça.*
76. **Tibi reduci,** *a ti quando voltares.*
77. **Manebunt,** *ficarão asseguradas.*
78. **Gnosius,** *de Cnosso*: cidade de Creta.
79. **Habilem,** *bem ajustada.*
80. **Mandatum,** *recomendação.*
81. **Irrita,** *inúteis*: porque não haviam de chegar ao seu destino.

Castra inimica[82] petunt, multis tamen ante futuri
Exitio. Passim somno vinoque per herbam 315
Corpora fusa vident, arrectos[83] littore currus,
Inter lora rotasque viros, simul arma iacere,
Vina[84] simul. Prior Hyrtacides sic ore locutus:
«Euryale, audendum dextra; nunc ipsa vocat res.
Hac iter est. Tu, ne qua manus se attollere nobis 320
A tergo possit, custodi et consule longe.
Haec ego vasta dabo, et lato te limite ducam[85]».
Sic memorat, vocemque premit[86], simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur, qui forte, tapetibus altis
Exstructus, toto proflabat pectore somnum, 325
Rex idem, et regi Turno gratissimus augur;
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Tres iuxta famulos temere[87] inter tela iacentes
Armigerumque Remi[88] premit, aurigamque sub[89] ipsis
Nactus equis, ferroque secat pendentia[90] colla; 330
Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit
Sanguine singultantem[91]: atro tepefacta cruore
Terra torique madent.
  Nec minor Euryali caedes; incensus et ipse
Perfurit, ac multam in medio[92] sine nomine plebem,
Fadumque, Herbesumque subit, Rhoetumque, Abarimque
Ignaros; Rhoetum vigilantem et cuncta videntem;
Sed magnum metuens se post cratera tegebat; 345
Pectore in adverso totum cui cominus ensem
Condidit assurgenti, et multa morte recepit[93].

---

82. **Inimica,** *que lhes ia ser fatal.*
83. **Arrectos,** *com os varais no ar.*
84. **Vina:** *copos cheios de vinho.*
85. **Haec...: ducam,** *vou devastar-te este campo, e conduzir-te através duma larga passagem.*
86. **Vocem premit,** *cala-se.*
87. **Temere,** *ao acaso, aqui e ali.*
88. **Remus:** chefe rútulo.
89. **Sub,** *perto de.*
90. **Pendentia,** *inclinado sobre o peito.*
91. **Sanguine singultantem:** o sangue saía em jactos intermitentes com um ruído de estertor.
92. **In medio,** *no caminho,* **ou,** segundo outros, *ao acaso.*
93. **Multa morte recepit,** *arrancou* (a espada) *depois de o deixar bem morto:* outros vertem *mors* por *sangue,* e **seria:** *retirou a espada cheia de sangue.*

Purpuream vomit ille animam[94], et cum sanguine mixta
Vina refert[95] moriens; hic furto[96] fervidus instat.
Iamque ad Messapi socios tendebat; ibi ignem 350
Deficere extremum, et religatos rite[97] videbat
Carpere gramen equos, breviter cum talia Nisus
(Sensit enim nimia caede atque cupidine[98] ferri):
«Absistamus, ait; nam lux inimica[99] propinquat.
Poenarum exhaustum satis est; via facta per hostes». 355
Multa virum solido argento[100] perfecta relinquunt
Armaque, craterasque simul pulchrosque tapetas.
  Interea praemissi equites ex urbe Latina,
Cetera dum legio campis instructa moratur,
Ibant, et Turno regi responsa ferebant,
Ter centum, scutati omnes, Volscente magistro.
Iamque propinquabant castris[101], murosque subibant[102], 370
Cum procul[103] hos laevo flectentes limite cernunt,
Et galea Euryalum sublustri[104] noctis in umbra
Prodidit immemorem[105] radiisque adversa refulsit.
Haud temere[106] est visum. Conclamat ab agmine Vols-[cens:
«State, viri; quae causa viae? quive estis in armis? 375
Quove tenetis iter?» Nihil illi tendere contra[107],
Sed celerare fugam in silvis et fidere nocti.

---

94. **Purpuream animam:** *a sua vida escoa-se com o seu sangue.*
95. **Refert,** *vomita.*
96. **Furto,** *na sua mortandade furtiva* (i. é, escondida pela noite). — **hic,** Euríalo.
97. **Rite,** *segundo o costume.*
98. **Caede atque cupidine,** *pelo desejo de carnificina.*
99. **Inimica,** *que nos é contrária.*
100. **Solido argento,** *em prata massiça.* — **perfecta,** *trabalhadas.*
101. **Castris:** o acampamento dos Rútulos.
102. **Muros subibant,** *chegavam ao pé dos muros* (inimigos).
103. **Procul,** *a distância.* — **flectentes,** *desviando-se.*
104. **Sublustri,** *meio iluminada.*
105. **Immemorem,** *que não pensava* (que o brilho do capacete podia atraiçoá-lo). — **adversaque,** *que recebia de frente a luz da lua.*
106. **Temere,** *sem efeito, sem consequências.*
107. **Nihil tendere contra,** *não tentaram resistir,* ou melhor, *nada responderam.*

Obiciunt equites sese ad divortia [108] nota
Hinc atque hinc, omnemque abitum [109] custode coronant.
Silva fuit late dumis atque ilice nigra 380
Horrida, quam densi complerant undique sentes;
Rara per occultos lucebat semita calles [110].
Euryalum tenebrae ramorum onerosaque praeda
Impediunt, fallitque timor regione [111] viarum.
Nisus abit; iamque imprudens [112] evaserat hostes 385
Atque locos, qui post Albae de nomine dicti
Albani; tum rex stabula alta Latinus habebat.
Ut stetit, et frustra absentem respexit [113] amicum:
«Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Quave sequar, rursus perplexum iter omne revolvens 390
Fallacis silvae». Simul et vestigia retro [114]
Observata legit, dumisque silentibus errat.
Audit equos, audit strepitus et signa sequentum.
Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures
Pervenit, ac videt Euryalum, quem iam manus omnis, 395
Fraude loci et noctis [115], subito turbante tumultu,
Oppressum rapit et conantem plurima frustra.
Quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in hostes
Inferat, et pulchram properet per vulnera mortem? 400
Ocius adducto [116] torquens hastile lacerto,
Suspiciens altam Lunam, sic voce precatur:

---

108. **Ad divortia,** *na desembocadura dos caminhos.*
109. **Abitum,** *saída.* — **coronant,** *rodeiam.*
110. **Rara... calles,** *um caminho brilhava* (com o luar), *a intervalos através das passagens* (do gado) *encobertas* (pelos densos espinheiros). Demos a *rara* o sentido adverbial = *raro*; outros entendem *rara semita* por *raros* (poucos) *caminhos.*
111. **Fallit regione viarum,** *engana-o desviando-o da direcção dos caminhos.*
112. **Imprudens,** *sem se dar conta* (se Eurialo o seguia).
113. **Respicere** (*aliquem*), *procurar voltando-se para trás.*
114. **Vestigia retro observata,** *pegadas que ele observa ao voltar para trás.*
115. **Fraude loci et noctis,** *enganado pelo lugar e pela noite.*
116. **Adducto,** *trazido* (até ao peito).

«Tu, dea, tu praesens [117] nostro succurre labori,
Astrorum decus, et nemorum Latonia custos;
Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris 405
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendive tholo [118], aut sacra ad fastigia fixi;
Hunc sine me turbare globum [119] et rege tela per auras».
Dixerat, et toto connixus corpore ferrum
Conicit. Hasta volans noctis diverberat umbras, 410
Et venit aversi [120] in tergum Sulmonis, ibique
Frangitur, ac fisso [121] transit praecordia ligno.
Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus, et longis singultibus ilia pulsat.
Diversi circumspiciunt. Hoc acrior idem 415
Ecce aliud summa telum librabat ab aure [122].
Dum trepidant, iit hasta Tago per tempus [123] utrumque
Stridens, traiectoque haesit tepefacta cerebro.
Saevit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam
Auctorem, nec quo se ardens immittere possit. 420
«Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
Persolves amborum», inquit. Simul ense recluso
Ibat in Euryalum. Tum vero exterritus, amens,
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem: 425
«Me, me [124], adsum qui feci; in me convertite ferrum,
O Rutuli; mea fraus omnis; nihil iste nec ausus,
Nec potuit; caelum hoc et conscia sidera testor;
Tantum infelicem nimium dilexit amicum».
Talia dicta dabat; sed viribus ensis adactus 430
Transabiit costas et pectora candida rumpit.

---

117. **Praesens,** *propícia* — **labori,** *aflição.*
118. **Tholus,** *abóbada.*—**fastigium,** *frontão do templo.*
119. **Sine... turbare globum,** *permite-me lançar o pânico neste pelotão de homens.*
120. **Aversi,** *que voltava as costas.* Outras edições têm *adversi* (colocado *em frente dele*) em vez de *aversi.*
121. **Fisso** (de *findo*) **ligno,** *com os estilhaços do dardo.*
122. **Summa ab aure,** *elevando-o à altura da orelha.* — **librabat,** *brandia.*
123. **Tempus utrumque,** *ambos os temporais, a cabeça.*
124. **Me, me,** *a mim, a mim,* (subent. *matai*).

Volvitur Euryalus leto [125], pulchrosque per artus
It cruor, inque humeros cervix collapsa recumbit:
Pupureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens, lassove papavera collo 435
Demisere caput, pluvia cum forte gravantur.
At Nisus ruit in medios, solumque per omnes
Volscentem petit; in solo Volscente moratur [126].
Quem circum glomerati hostes hinc cominus atque hinc
Proturbant [127]; instat non secius, ac rotat ensem 440
Fulmineum, donec Rutuli [128] clamantis in ore
Condidit [129] adverso, et moriens animam abstulit hosti.
Tum super exanimum sese proiecit amicum
Confossus, placidaque ibi demum morte quievit.
  Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt, 445
Nulla dies unquam memori vos eximet aevo,
Dum domus Æneae [130] Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque pater Romanus [131] habebit.
  Victores praeda Rutuli spoliisque potiti
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant. 450
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exsangui, et primis una tot [132] caede peremptis,
Serranoque, Numaque. Ingens concursus ad ipsa
Corpora seminecesque viros, tepidaque recentem
Caede locum [133], et plenos spumanti sanguine rivos. 455
Agnoscunt spolia inter se, galeamque nitentem
Messapi, et multo phaleras [134] sudore receptas.
  Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile;

125. **Volvitur leto** (= *in letum*), *cai morto.*
126. **In solo Volscente moratur:** o seu olhar e a sua espada não procuram senão Volscente.
127. **Proturbant,** *tentam afastá-lo.*
128. **Rutuli:** Volscente.
129. **Condidit,** *enterrou.*
130. **Domus Aeneae,** *a raça de Eneias.*
131. **Pater romanus,** *o senado romano.* Outros interpretam *Rómulo, ou Augusto, ou Júpiter Capitolino.*
132. **Tot primis,** *tantos chefes.*
133. **Tepida recentem caede locum,** o *local ainda quente com o sangue recentemente derramado.*
134. **Phaleras,** *o colar.*

Iam sole infuso, iam rebus luce retectis, 460
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
Suscitat, aeratasque acies in proelia cogit
Quisque suas, variisque acuunt rumoribus [135] iras.
Quin ipsa arrectis (visu miserabile!) in hastis
Praefigunt capita et multo clamore sequuntur 465
Euryali et Nisi.
Æneadae duri [136] murorum in parte sinistra
Opposuere aciem (nam dextera cingitur amni) [137],
Ingentesque tenent fossas, et turribus altis [138]
Stant maesti; simul ora virum [139] praefixa movebant, 470
Nota nimis miseris atroque fluentia tabo.
  Interea pavidam volitans pennata per urbem [140]
Nuntia Fama ruit, matrisque allabitur aures [141]
Euryali. At subitus [142] miserae calor ossa reliquit,
Excussi manibus radii [143], revolutaque pensa [144]. 475
Evolat infelix, et femineo ululatu,
Scissa comam, muros amens atque agmina cursu
Prima petit, non illa virum, non illa pericli
Telorumque memor; caelum dehinc questibus implet:
«Hunc [145] ego te, Euryale, adspicio? tune, ille senectae 480
Sera [146] meae requies, potuisti linquere solam,
Crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,
Affari extremum miserae data copia [147] matri?
Heu! terra ignota, canibus data praeda Latinis
Alitibusque, iaces! nec te, tua funera [148], mater 485

135. **Rumoribus,** *com a narração dos acontecimentos, da noite.*
136. **Duri,** *infatigáveis.*
137. **Amni,** (ablat. arc.), *pelo rio.*
138. **Turribus altis,** *no alto das torres.*
139. **Ora virum,** (= *virorum*), *as cabeças dos dois heróis* (Niso e Eurialo).
140. **Per urbem:** designa o acampamento troiano.
141. **Allabitur aures,** *chega aos ouvidos.*
142. **Subitus,** *sùbitamente.*
143. **Radii,** *os fusos.*
144. **Revolutaque pensa,** *a sua lã desenrolou-se, a sua meada desfez-se.*
145. **Hunc,** *neste estado.*
146. **Sera,** *última.*
147. **Copia,** *possibilidade, permissão.*
148. **Te, tua funera produxi,** (*não*) *te acompanhei a ti ou antes o teu cadáver.*

Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi,
Veste tegens, tibi quam noctes festina diesque
Urgebam [149], et tela curas solabar aniles!
Quo sequar? aut quae nunc artus, avulsaque membra,
Et funus [150] lacerum tellus habet? Hoc mihi de te, 490
Nate, refers? hoc [151] sum terraque marique secuta?
Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Conicite, o Rutuli; me primam absumite ferro;
Aut tu, magne pater divum, miserere, tuoque
Invisum hoc detrude caput [152] sub Tartara telo [153], 495
Quando [154] aliter nequeo crudelem abrumpere vitam».
Hoc fletu concussi animi, maestusque per omnes
It gemitus; torpent infractae ad proelia vires
Illam incendentem luctus [155] Idaeus et Actor [156],
Ilionei monitu et multum lacrimantis Iuli, 500
Corripiunt [157], interque manus sub tecta reponunt.

(Canto IX)

---

149. **Urgebam festina,** *me apressava a terminar.*
150. **Funus,** o *teu cadáver.*
151. **Hoc:** isto que eu vejo, esta cabeça na ponta de um poste.
152. **Hoc caput:** a mim. — **invisum,** *que vos é odiosa* (já que tantos males lhe foram infligidos).
153. **Telo,** *com um raio.*
154. **Quando,** *visto que.*
155. **Incendentem luctus,** *que comunicava a tristeza a todos à sua volta.*
156. **Idæus et Actor:** dois guerreiros troianos.
157. **Corripiunt,** *pegam nela.*

90. HORATIUS

Vita. — Q. Horatius Flaccus, lyricorum romanorum princeps, Venusiae ortum habuit die 8 decembris a. 65 a.Ch.n., quo tempore Pompeius splendissimas in Asia de Mithridate reportabat victorias, Catilina res novas Romae moliebatur.

Pater, qui servus fuerat et postea manumissus vectigalia exercenda conduxerat, compendiis quae parsimonia multa collegerat, macrum ad Aufidi fluminis ripas agellum emerat, ac filii ingenium expertus, eum magistro tradendum curavit. Domi utriusque linguae (graeco enim et latino sermone utebantur incolae) elementis eruditus est. Deinde a patre missus est Romam, ut liberalibus disciplinis imbueretur. Opportune ibidem contigit quod mox in Vergilii Variique familiaritatem est acceptus. Tum per eos in Maecenatis amicitiam insinuatus est, deinceps Maecenatis auxilio Augusti sibi gratiam ac favorem mirum praeter modum conciliavit. Tantam enim cum Maecenate et Augusto amicitiam contraxerat, ut eum primus itineris sui ad Brundisium comitem habere voluerit eique villam in Sabinis donaverit, alter vero qui illum per iocum homuncionem lepidissimum appellare solebat et ab eo bonorum omnium heres factus est, mortuum poetam magnifica funeris pompa in Esquiliis iuxta Maecenatis tumulum humari iusserit. Supremum igitur diem explevit Horatius anno 8 a.Ch.n.

Opera. — Haec sunt temporis ordine in lucem edita:

1. *Epodon* liber unicus: ut sibi laudis viam sterneret, cum praesertim aemulator esset nemo et hoc sibi genus magis accommodaretur.

2. *Satirarum* libri duo: sermones sunt, versibus constricti, quibus in bella civilia, in homines improbos, in mulieres pravas, in obtrectatores, in captores testamentorum, acriter invehitur.

3. *Carminum* seu *Odarum* libri quattuor, quibus

argumentum est varium; liber porro quartus post *Carmen Saeculare* vulgatum est.

4. *Epistularum* libri duo: disceptationes sunt de philosophis, de litteris, maxime vero de moribus.

5. *Carmen Saeculare:* quod viginti septem pueris ac totidem puellis in Capitolio saecularibus ludis ac sacris canendum composuit.

6. *Ars Poetica* seu potius *Epistula ad Pisones:* ubi Horatius ostendere contendit, quam poesis non facilis sit ars.

Iudicium:

1. *Horatius litterarum iudex:* a) in primis, quid ipse de re litteraria sentiat, multus declarat: laborem esse nimirum necessarium, mediocritatis pudorem, in se severum esse, rationem adhibendam praescribit. Hanc autem tradit regulam auream:

«*Scribendi recte, sapere est principium et fons*» (*Ars Poet.,* 309).

b) Quoad poetas antiquos, de quibus magna exorta erat apud veteres controversia, Horatius quidem admittit, quamvis invitus, multa posse laudari apud Ennium et Lucilium; eos non superiores vult Vergilio, Vario, seipso. Plautum non videtur recte intellexisse, quandoquidem miratur quod prisci homines tantopere illo oblectarentur.

c) De poetis pessimis sui temporis, quos deridet, de versificandi libidine, de gustus corruptione, optime disserit.

2. *Horatius de moribus scriptor:* a) Ubi est sincerus, Horatius illud adimplet quod de se praedicabat: est nimirum «*Epicuri de grege porcus*» (Epist. I, 4, 16). Semel iterumque hortatur ut rebus fruaris: et quo magis frui possis, monet ut voluptatibus moderate perfruaris.

b) Ubi vero, Augusti rogatu, de moribus scribit, tunc veterum Romanorum austeram virtutem extollit, dilaudat, virtutemque et civium et militum praedicat.

3. *Horatius de natura scriptor:* Horatius naturam

in deliciis habebat, quod haud pauca ex suis carminibus demonstrant. Non ille tamen amore naturae afficitur, sicut Vergilius. Hic enim naturam diligit, ut illa est in se ipsa; Horatius vero naturam amat, quod commoda sibi ex ea pariantur.

4. *Horatii propria scribendi ratio:*

a) Est praeclarus in primis a verborum elegantia, veritate, perfectione. Nihil umquam apud Horatium reperias ad rem explendam.

b) Ut *poeta lyricus,* Catullo est inferior quoad animi ingenuitatem et concitationem; at animi impetu, concinnitate sermonis et diligentia in scribendo, longe illo praestantior est.

c) Ut *poeta satiricus,* quoniam hoc genus melius ad suum ingenium videbatur aptum, summum locum tenet apud Romanos.

d) In praeceptis tradendis, vix secundas fert, si cum Vergilio aut Lucretio conferatur.

e) Carpendus procul dubio est quod nimio aliquando artificio utitur, maxime in nominibus propriis adhibendis, ut cum «*Adrias*» pro «mare», «*pontica pinus*» pro «navis», «*carmen eolicum*» pro «carmen lyricum» et sexcentas alias hoc genus voces usurpat.

91. Dotes do poeta

Scribendi recte sapere[1] est et principium et fons.
Rem[2] tibi Socraticae poterunt ostendere chartae[3], 310
Verbaque provisam rem non invita sequentur.
Qui didicit patriae quid debeat, et quid amicis,
Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes,

91. 1. **Sapere... fons,** o *bom critério é o princípio e origem para bem escrever:* a diferença entre *sapere* e *scire* é a seguinte: *scire* refere-se a uma série de conhecimentos; *sapere* refere-se ao discernimento e critério: um homem erudito, *scit;* um homem de bom critério, *sapit.*

2. **Rem,** *as ideias, os conhecimentos.*

3. **Chartæ Socraticæ,** *os escritos de Sócrates.*

Quod sit conscripti [4], quod iudicis officium, quae
Partes in bellum missi ducis; ille profecto 315
Reddere personae scit convenientia [5] cuique.
Respicere exemplar [6] vitae morumque iubebo
Doctum imitatorem, et veras hinc ducere voces [7].
Interdum speciosa locis [8] morataque recte
Fabula [9], nullius veneris [10], sine pondere et arte, 320
Valdius oblectat populum, meliusque moratur [11],
Quam versus inopes rerum [12], nugaeque canorae.
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo [13]
Musa loqui, praeter laudem nullius avaris [14].
Romani pueri longis rationibus [15] assem 325
Discunt in partes centum diducere.
Aut prodesse [16] volunt, aut delectare poetae,
Aut simul et iucunda, et idonea dicere vitae.
Quidquid praecipies [17], esto brevis; ut cito dicta 335
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Omne supervacaneum [18] pleno de pectore manat [19].
Ficta voluptatis causa sint proxima veris [20];
Nec, quodcumque volet, poscat sibi fabula credi,

---

4. **Conscripti,** *de um senador.*
5. **Convenientia,** o (carácter) *que lhe convém.*
6. **Respicere exemplar vitæ,** *observar com cuidado o quadro da vida.*
7. **Veras voces,** *uma linguagem natural.*
8. **Locis,** *lugares comuns.* — **morata recte,** *onde os caracteres são bem delineados.*
9. **Speciosa fabula,** *uma comédia*
10. **Nullius veneris,** *sem graça nenhuma.* — **pondere,** *elevação.*—**arte,** *habilidade* (na intriga).
11. **Moratur,** *mantém entretido.*
12. **Inopes rerum,** *desprovidos de ideias.*
13. **Ore rotundo,** *com elegância.*
14. **Nullius avaris (Graiis),** *(aos Gregos) que nada ambicionavam.* — **præter laudem,** senão *a glória.*
15. **Longis rationibus,** *com prolixas operações.*
16. **Prodesse,** *ser útil:* com os poemas didácticos.
17. **Quidquid praecipies,** *em tudo o que se preceituar.*
18. **Omne supervacaneum,** *tudo o que se diz a mais.*
19. **Pleno de pectore manat,** *derrama-se do peito a transbordar, i. é., é coisa perdida.*
20. **Proxima veris,** *o mais próximas possível da verdade, o mais verosímeis possível.*

Neu pransae Lamiae [21] vivum puerum extrahat alvo. 340
Centuriae seniorum [22] agitant [23] expertia frugis:
Celsi [64] praetereunt austera poemata Rhamnes [25].
Omne tulit [26] punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando pariterque monendo.

(Ars Poet., 309-344)

92. O poeta deve fugir da mediocridade

Mediocribus esse poetis
Non homines, non Di, non concessere columnae [1].
Ut gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum unguentum [2], et Sardo [3] cum melle papaver, 375
Offendunt, poterat duci [4] quia cena sine istis;
Sic animis natum inventumque poema iuvandis,
Si paulum a summo [5] discessit, vergit ad imum.

---

21. **Lamiae,** *lâmias:* monstros fabulosos que tinham corpo de donzela e patas de burro e devoravam as crianças.
22. **Centuriae seniorum,** os espectadores de idade madura: Sérvio Túlio dividira o povo romano em 6 classes e cada classe num certo número de centúrias; as primeiras centúrias eram compostas de homens com mais de 40 anos, chamados por isso *seniores.*
23. **Agitant,** *repelem, rejeitam.* — **expertia frugis** (os dramas) *desprovidos de utilidade, que não oferecem ensinamentos sérios.*
24. **Celsi,** *soberbos.* — **praetereunt,** *desdenham.*
25. **Rhamnes,** *os cavaleiros, os jovens:* uma das primitivas tribos era constituída pelos *cavaleiros* que do seu fundador Rómulo tomou o nome de *Rhamnes.*
26. **Omne tulit punctum,** *obterá todos os votos.*

92. 1. **Columnæ,** *teatro* ou *livraria:* segundo uns, designaria as *colunas* do teatro; segundo outros, as colunas sobre as quais os livreiros punham os livros à venda; podia também traduzir-se por *montras.*
2. **Crassum unguentum,** *perfume de reles qualidade.*
3. **Sardo melle:** o mel da Sardenha e da Córsega era o menos apreciado de todos; Ovídio classificava-o de *mel infame.*
4. **Duci (poterat),** *podia-se muito bem passar.*
5. **A summo,** *da perfeição.* — **vergit ad imum,** *vai ao extremo oposto.*

Ludere[6] qui nescit, campestribus[7] abstinet armis,
Indoctusque pilae[8] discive, trochive, quiescit, 380
Ne spissae[9] risum tollant impune coronae.
Qui nescit, versus tamen audet fingere! — Quidni[10]?
Liber et ingenuus[11], praesertim census[12] equestrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni.
Tu nihil invita[13] dices faciesve Minerva: 385
Id tibi iudicium est[14], ea mens. Si quid tamen olim
Scripseris, in Metii[15] descendat iudicis aures,
Et patris, et nostras, nonnumquam prematur[16] in annum,
Membranis[17] intus positis. Delere licebit
Quod non edideris; nescit vox missa reverti. 390

(Ars Poet., 372-390)

93. Deve o poeta fugir dos aduladores e sujeitar os seus versos a censores severos

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quaesitum est. Ego nec studium sine divite vena[1],

6. **Ludere qui nescit,** o que *não está prático nos combates.*

7. **Campestribus armis,** *as armas que se utilizam no Campo de Marte.*

8. **Indoctus pilæ,** *o que não sabe jogar a pelota.*

9. **Spissæ coronæ,** *a numerosa assistência.*

10. **Quidni,** *e porque não?*

11. **Ingenuus,** *bem nascido.*

12. **Census... nummorum,** *recenseado com fortuna suficiente para aspirar à dignidade de cavaleiro:* para ser cavaleiro, era preciso possuir pelo menos 400.000 sestércios.

13. **Invita Minerva,** *se careces dos dotes necessários para isso* (lit.: *contra a vontade de Minerva*). Minerva era a deusa das ciências e das artes. Daí também a frase *homo crassa (pingui) Minerva,* um homem rude e pouco ilustrado.

14. **Id tibi iudicium est,** *assim o espero do teu bom senso.* O **tu** refere-se a Lúcio Pisão.

15. **In Metii descendat...,** *submete-o à censura de Mécio:* Espúrio Mécio Tarpa era um grande crítico literário de Roma, e um dos cinco juízes designados como censores das obras dramáticas; sem a sua aprovação, nenhuma podia representar-se.

16. **Prematur,** *seja fechado, seja guardado* (na sua gaveta). — **nonum in annum,** *durante nove anos.*

17. **Membranis,** *os manuscritos, o rascunho.* — **intus,** *dentro* (da gaveta).

93. 1. **Sine divite vena,** *sem uma veia rica, sem um génio fecundo.*

Nec rude quid possit video ingenium; alterius[2] sic 410
Altera poscit opem res, et coniurat amice.
Qui studet[3] optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer[4]; sudavit et alsit;
Abstinuit venere et vino. Qui Pythia[5] cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum. 415
Nunc[6] satis est dixisse: «Ego mira poemata pango;
«Occupet extremum scabies[7]; mihi turpe relinqui est[8],
«Et, quod non didici, sane nescire fateri».
Ut praeco[9] ad merces turbam qui cogit emendas,
Assentatores[10] iubet ad lucrum ire poeta 420
Dives agris, dives positis in faenore nummis[11].
Si vero est[12], unctum[13] qui recte ponere possit,
Et spondere[14] levi pro paupere, et eripere[15] atris
Litibus implicitum; mirabor[16], si sciet internoscere mendacem verumque beatus amicum. 425
Tu, seu donaris[17], seu quid donare voles cui,
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum

2. **Alterius altera... res,** *uma coisa precisa do auxílio da outra.*

3. **Qui studet,** *o que aspira, o que deseja.*

4. **Puer,** *quando era criança.*

5. **Qui Pythia... tibicen,** *o flautista que se apresenta a tocar nos jogos Píticos:* havia nos jogos Píticos um prémio para o flautista que melhor tocasse uma ária em que se celebrava o combate de Apolo contra a serpente Píton.

6. **Nunc...,** *hoje (para ser poeta), basta exclamar.* — **poemata pangere,** *fazer poemas.*

7. **Occupet extremum scabies,** *dê a lepra no que chegar em último lugar.*

8. **Relinqui,** *ficar para trás, ser ultrapassado.*

9. **Ut praeco,** *como o pregoeiro.* — **merces,** *mercadorias.* — **cogit,** *junta, convoca.*

10. **Assentatores,** *aduladores.* — **ire ad lucrum,** *a vir (a sua casa) com a mira no interesse).*

11. **Positis in fænore nummis,** *em dinheiro a render.*

12. **Si vero est,** *se além disso está em posição de.*

13. **Unctum ponere possit,** *pôr lauta mesa.*

14. **Spondere levi pro paupere,** *ser fiador de um caloteiro arruinado.*

15. **Eripere... implicitum,** *arrancar um que se encontra enredado em tenebrosos pleitos.*

16. **Mirabor, si sciet internoscere beatus,** *maravilha será se ele tiver a dita de saber discernir...*

17. **Seu donaris** (=*donaveris*), *quer tenhas feito alguma dádiva.*

Laetitiae; clamabit enim: «Pulchre [18], bene, recte!»
Pallescet [19] super his; etiam stillabit [20] amicis
Ex oculis rorem; saliet, tundet pede terram. 430
Ut, qui conducti [21] plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus [22] ex animo; sic
Derisor [23] vero plus laudatore movetur.
Reges [24] dicuntur multis urgere culullis [25],
Et torquere mero, quem perspexisse laborant 435
An sit amicitia dignus: si carmina condes [26],
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes [27].
Quintilio [28] si quid recitares, «Corrige, sodes,
Hoc, aiebat, et hoc». Melius te posse negares [29],
Bis terque expertum [30] frustra: delere iubebat, 440
Et male tornatos incudi [31] reddere versus.
Si defendere delictum, quam [32] vertere, malles
Nullum ultra verbum, aut operam sumebat inanem [33],
Quin [34] sine rivali teque et tua solus amares.
Vir bonus et prudens [35] versus reprehendet inertes, 445

18. **Pulchre, bene, recte,** *lindo! bravo! soberbo!*
19. **Pallescet super his,** *empalidecerá com isso:* ao ouvir ler tal passagem, tornar-se-á pálido de horror.
20. **Stillabit rorem,** *derramará lágrimas*
21. **Conducti,** *contratados.*
22. **Plura dolentibus,** *mais do que a família enlutada* (lit.: *mais do que os que sofrem).* — **ex animo,** *verdadeiramente, sinceramente.*
23. **Derisor,** *adulador.*
24. **Reges,** *os grandes, os ricos.*
25. **Multis urgere culullis,** *fazem beber muitos copos.*
26. **Carmina condere,** *fazer versos.*
27. **Animi sub vulpe latentes,** *sentimentos disfarçados com a astúcia de raposa.*
28. **Quintilius:** trata-se de Quintílio Varo, poeta exímio e censor sincero.
29. **Melius te posse negares,** *se lhe replicasses que era impossível fazer melhor.*
30. **Bis terque expertum frustra,** *visto já teres tentado duas e três vezes em vão.*
31. **Et male... versus,** *e que voltassem à bigorna* os *versos mal forjados.*
32. **Quam vertere,** *em vez de os corrigir* (os erros).
33. **Aut operam sumebat inanem,** *nem perdia mais tempo.*
34. **Quin,** *para te impedir de.*
35. **Vir prudens,** *uma pessoa de bom gosto.* — **inertes,** *inúteis, que nada dizem.*

Culpabit duros, incomptis allinet [36] atrum
Transverso calamo signum, ambitiosa recidet
ornamenta, parum claris lucem dare coget,
Arguet ambigue dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus [37]; nec dicet: «Cur ego amicum 450
Offendam in nugis [38]?» Hae nugae seria [39] ducent
In mala derisum [40] semel exceptumque sinistre.

36. **Incomptis allinet... signum,** *passará um traço com a pena voltada aos versos desalinhados* (i. é., não os deixará passar).
37. **Aristarchus,** *um Aristarco:* célebre gramático e crítico da escola de Alexandria.
38. **In nugis,** *por bagatelas.*
39. **Seria ducent in mala,** *terão consequências graves.*
40. **Derisum... sinistre,** o que *uma vez se expunha a mofas e escárnios:* **exceptum sinistre,** *acolhido* (pelo público) *desastradamente.*

94. TIBULLUS

Vita. — Albius Tibullus anno 54 a.Ch.n. equestri ac divite familia in Latio natus est. In illa agrorum distributione quae, Caesare Augusto iubente, veteranis militibus facta est, ex amplissimis suis possessionibus exturbatus ad paupertatem et inopiam fere redactus est. Mox tamen Valerii Messalae Corvini favore horum praediorum partem recuperavit, ut ab Horatio multis cumularetur laudibus quod divitiis abundaret iisque uti sciret. Messalam in Asiam comitatus in morbum Corcyrae incidit, unde Romam rediens, paulo post ex aegritudine mortuus est eodem anno quo Vergilius e vivis excessit.

Praestanti forma ingenioque facili praeditus, infirma tamen valetudine numquam non conflictatus est, ut virenti aetate, annum nempe 36 nondum ingressus, e vita migraverit.

Opera. — Tibulli nomine editi sunt elegiarum libri quattuor, quorum duo priores pro certo ipsi adsignandi sunt. Liber III Lygdamo cuidam dandus est totus. In libro IV Tibullo adscribendae videntur elegiae 2-6, 13 et 14.

Tibullus Deliam primum adamavit, quam in priore canit libro. Quae cum parum fida puella esset, saepe dolorem poetae attulit atque maestitiam. Deinde in Nemesim quandam deperire coepit, quam in altero libro celebravit. Hanc vero, quippe quae pecuniae magis quam amoris cupida esset, ac poetae versus flocci faceret, deserere Tibullus coactus est.

Iudicium. — Tibullus cum in sentiendo, tum in scribendo oppido est sincerus. Quod nimirum in se experitur candido ore profert.

Qua suavissima indole erat, iucundissimus omnibus fuit. Sensus amoris ac beatae vitae in agris transactae, ut nemo melius, expressit.

Versus sunt ad unguem perpoliti iidemque valde numerosi; quamquam ex nimia eiusdem continenter coloris copia fastidium nonnumquam gignit.

95. A vida simples dos campos

Divitias alius fulvo sibi congerat auro,
  Et teneat culti iugera [1] multa soli,
Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
  Martia cui somnos classica [2] pulsa fugent:
Me mea paupertas vita traducat inerti [3], 5
  Dum meus assiduo luceat igne focus;
Ipse seram teneras maturo tempore [4] vites
  Rusticus, et facili [5] grandia poma manu;
Nec Spes [6] destituat, sed frugum semper acervos
  Praebeat, et pleno pinguia musta lacu. 10
Nam veneror [7], seu stipes habet desertus in agris,
  Seu vetus in trivio florea serta [8] lapis:
Et quodcumque mihi pomum novus educat annus,
  Libatum agricolae ponitur ante [9] deo.
Flava Ceres, tibi sit nostro de rure corona 15
  Spicea, quae templi pendeat ante fores,
Pomosisque ruber custos [10] ponatur in hortis,
  Terreat ut saeva falce Priapus [11] aves.
Vos quoque, felicis quondam, nunc pauperis agri
  Custodes, fertis munera vestra, Lares. 20

---

95. 1. **Iugera culti soli,** *jeiras dum terreno bem cultivado.*
2. **Martia classica,** *as trombetas bélicas.*
3. **Vita traducat inerti,** *me faça passar uma vida descansada.*
4. **Maturo tempore,** *na estação própria.*
5. **Facili manu,** *com mão hábil.*
6. **Spes,** *a Esperança*: divindade que tinha um templo no *Forum olitorium* (mercado de hortaliça), e cuja festa caía no dia 1 de Agosto.
7. **Veneror,** *venero*: tem por complemento directo *stipes* e *lapis* que se seguem.
8. **Florea serta,** (adornada) *com uma coroa de flores.*
9. **Ante** (adv.) *como premícias.*
10. **Custos ponatur,** (quero) *pôr como guarda.*
11. **Ruber Priapus,** *um Priapo pintado de vermelho* (para servir de espantalho).

Tunc vitula innumeros lustrabat [12] caesa iuvencos:
Nunc agna exigui est hostia parva soli.
Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
Clamet: «Io, messes et bona vina date».
Iam mihi, iam possim contentus vivere parvo, 25
Nec semper longae deditus esse viae [13],
Sed canis [14] aestivos ortus vitare sub umbra
Arboris, ad rivos praetereuntis aquae.
Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem [15],
Aut stimulo tardos increpuisse boves. 30
Non agnamve sinu pigeat fetumve capellae
Desertum, oblita matre, referre domum.
At vos exiguo pecori, furesque lupique,
Parcite; de magno est praeda petenda grege.
Hic ego pastoremque meum lustrare [16] quotannis, 35
Et placidam soleo spargere lacte Palem [17].
Adsitis, divi, nec vos e paupere mensa
Dona, nec e puris spernite fictilibus [18].
Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula, de facili composuitque luto [19]. 40
Non ego divitias patrum [20] fructusque requiro,
Quos tulit antiquo condita messis avo.
Parva seges satis est; satis est requiescere lecto,
Si licet, et solito membra levare toro [21];
Et, gelidas hibernus aquas cum fuderit Auster, 45
Securum somnos, imbre iuvante, sequi!
Hoc mihi contingat: sit dives iure, furorem
Qui maris et tristes ferre potest pluvias.
O quantum est auri [22] potius pereatque smaragdi,

12. **Lustrabat**, *servia para purificar.*
13. **Longae deditus viae**, *entregue a longas caminhadas.*
14. **Canis**, *a canícula.*
15. **Bidens, tis**, *enxada.*
16. **Lustrare**, *purificar.*
17. **Palem**, *Pales*: deusa protectora dos rebanhos.
18. **Puris fictilibus**, (oferecidos) *em vasos de barro sem adornos.*
19. **Facili luto**, *com barro maleável.*
20. **Patrum**, *de meus antepassados* (que eram ricos).
21. **Solito toro**, *na minha cama habitual.*
22. **Quantum est auri**, todo o *oiro do mundo.* — **smaragdi**, *com todas as esmeraldas.*

Quam fleat ob nostras ulla puella vias [23]. 50
Te bellare decet terra, Messala [24], marique,
Ut domus hostiles praeferat exuvias.
Me retinent vinctum formosae vincla puellae.
Et sedeo duras ianitor [25] ante fores.
Non ego laudari curo, mea Delia: tecum 55
Dummodo sim, quaeso segnis inersque vocer [26].
Te spectem [27], suprema mihi cum venerit hora,
Te teneam moriens deficiente manu [28].
Flebis et arsuro [29] positum me, Delia, lecto,
Tristibus et lacrimis oscula mixta dabis. 60
Flebis; non tua sunt duro praecordia [30] ferro
Iuncta, nec in tenero stat tibi corde silex.
Illo non iuvenis poterit de funere quisquam
Lumina, non virgo [31], sicca referre domum.
Tum Manes ne laede meos; sed parce solutis 65
Crinibus [32], et teneris, Delia, parce genis.
Interea, dum fata sinunt, iungamus amores [33].
Iam veniet tenebris Mors adoperta caput [34].
Iam subrepet iners aetas [35], nec amare decebit,
Dicere nec cano blanditias capite [36]... 70

(Elegias I, I).

23. **Ob nostras vias**, *por causa das minhas viagens.*
24. **Messala**: amigo de Tibulo a quem havia convidado para uma expedição militar.
25. **Ianitor**, *porteiro*: era o escravo que guardava as chaves da porta e que costumava estar à entrada da casa, ordinàriamente algemado.
26. **Quæso... vocer**, *consinto que me chamem cobarde e preguiçoso.*
27. **Te spectem**, *que eu te contemple.*
28. **Deficiente manu**, *com a minha mão desfalecida.*
29. **Arsuro lecto**, *sobre o leito prestes a arder.*
30. **Præcordia**, *coração.*
31. **Virgo**, *donzela.*
32. **Parce solutis crinibus**, *poupa a tua cabeleira solta.*
33. **Jungamus amores**, *amemo-nos um ao outro.*
34. **Adoperta caput**, *com a cabeça coberta (de trevas)*: acus. de relação.
35. **Iam... aetas**, *depressa virá subrepticiamente a idade do entorpecimento.*
36. **Cano capite**, *quando nossas cabeças encanecerem.*

96. Elogio da paz

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus et vere ferreus ille fuit!
Tum caedes hominum generi, tum proelia nata,
Tum brevior dirae mortis aperta via est.
An [1] nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra 5
Vertimus, in saevas quod dedit ille feras?
Divitis [2] hoc vitium est auri nec bella fuerunt,
Faginus [3] adstabat cum scyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, somnumque petebat
Securus varias dux gregis [4] inter oves. 10
Tunc mihi vita foret [5] dulcis, nec tristia nossem
Arma nec audissem corde micante [6] tubam:
Nunc ad bella trahor, et iam quis [7] forsitan hostis
Haesura [8] in nostro tela gerit latere.
Sed patrii servate Lares: aluistis et idem [9], 15
Cursarem [10] vestros cum tener ante pedes.
Neu pudeat prisco vos esse e stipite [11] factos:
Sic veteris sedes [12] incoluistis avi.
Tum melius tenuere fidem [13], cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus aede [14] deus. 20
Hic placatus erat [15], seu quis libaverat uvam,
Seu dederat sanctae spicea serta comae [16]:

---

96. 1. **An... meruit,** ou *antes esse desgraçado não teve culpa nenhuma.*
2. **Divitis auri,** *do oiro que enriquece.*
3. **Faginus scyphus,** *uma taça de faia.* — **ante dapes,** *diante dos pratos, na mesa.*
4. **Dux gregis,** *o guarda do rebanho, o pastor.*
5. **Foret,** *teria sido.*
6. **Corde micante,** *com o coração palpitante.*
7. **Quis** (*aliquis*) **hostis,** *algum inimigo.*
8. **Hæsura,** *que hão-de ficar cravados.*
9. **Idem** (= *iidem*), *vós também.*
10. **Cum cursarem,** *quando eu corria.*
11. **Prisco stipite,** *de um velho tronco.*
12. **Sedes,** *morada.*
13. **Tenuere fidem,** *conservavam a sua fé.*
14. **In exigua æde,** *numa pequena capela.*
15. **Hic placatus erat,** *este deus estava satisfeito.*—**seu quis libaverat,** *quer lhe oferecessem.*
16. **Sanctæ comæ,** *à sua cabeleira sagrada.* — **spicea serta,** *uma coroa de espigas.*

Atque aliquis voti compos [17] liba ipse ferebat
Postque [18] comes purum filia parva favum.
At nobis aerata, Lares, depellite tela, 25
Hostia erit plena rustica porcus hara [19]!
Hanc pura cum veste sequar myrtoque canistra [20]
Vincta geram, myrto vinctus et ipse caput.
Sic placeam vobis: alius sit fortis in armis,
Sternat et adversos Marte favente [21] duces, 30
Ut mihi potanti [22] possit sua dicere facta
Miles et in mensa pingere castra mero [23].
Quis furor [24] est atram bellis arcessere mortem?
Imminet et tacito clam venit illa pede.
Non seges est infra [25], non vinea culta, sed audax 35
Cerberus et Stygiae navita turpis [26] aquae:
Illic percissisque genis ustoque [27] capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quam potius laudandus hic est, quem prole parata
Occupat in parva pigra senecta casa [28]! 40
Ipse suas sectatur oves, at filius agnos,
Et calidam fesso comparat uxor aquam.
Sic ego sim, liceatque caput candescere canis,
Temporis et prisci facta referre senem.
Interea Pax arva colat. Pax candida [29] primum 45
Duxit araturos sub iuga curva boves,

---

17. **Voti compos,** *em cumprimento de um voto.*
18. **Postque,** *e atrás dele.*
19. **Hostia... hara,** *tereis como vítima uma porca rústica do meu curral cheio.*
20. **Myrtoque canistra vincta,** *com uma cesta engrinaldada com murta.*
21. **Marte favente,** *com a ajuda de Marte.*
22. **Mihi potanti,** *enquanto eu bebo.*
23. **Et in mensa... mero,** *e pintar na mesa com vinho fino o seu acampamento.*
24. **Quis furor,** *que loucura.*
25. **Infra,** *lá em baixo: nos infernos.*
26. **Navita turpis,** *nojento barqueiro:* Caronte.
27. **Usto,** *queimado:* pelo fogo da pira.
28. **In parva casa,** *numa humilde cabana.* — **pigra senecta,** *uma velhice tardia.*
29. **Candida,** *feliz.* — **colat,** *fecunde.*

Pax aluit vites et succos condidit[30] uvae,
Funderet ut nato testa paterna[31] merum:
Pace bidens vomerque vigent; at[32] tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs[33]... 50

(*Elegias*, I, X)

30. **Condidit,** *meteu* (nas ânforas).
31. **Testa paterna,** *a bilha enchida pelo pai.*
32. **At,** *e entretanto.*
33. **In tenebris situs,** *um canto obscuro* — **duri militis,** *do rude soldado.*

97. PROPERTIUS

Vita.— Sextus Aurelius Propertius Asisii in Umbria, ut inter omnes fere convenit, anno a.Ch.n. 49 in vitam venit. Sicut Tibullus, quo minor erat natu, bonis suis privatus est in illa agrorum divisione veteranis facta, dum civium perturbatio viguit. Romam contendit, ubi eloquentiae primum operam navavit; sed postea, poeseos laude incitatus, in poeticam totum se contulit. Cum poetis sui temporis familiariter vixit, maxime vero cum Ovidio. Augusti quoque ac Maecenatis domos frequentavit. Amore in Cynthiam quandam flagravit, cui libros priores duos dedicat totos. Post illam mortuam res veteres Romanorum aggressus est, viam *Fastis* aperiens Ovidii; idemque in Elegia «*Arethusa ad Lycotan*» (IV, 2) falsissimum inchoavit carminum genus et apud Romanos induxit, frigidum videlicet et minime sincerum, quo heroes finguntur litteras ad «dominas» suas dedisse. Hoc postea genus Ovidius multus tractavit *(Heroides)*. Diem obiit Propertius anno 15 a.Ch.n., trigesimum quintum vitae annum agens.

Opera. — Propertius, quippe qui Alexandrinis studeret, amores carminibus persequebatur. At in postremis elegiis cum notitia fabularum absolutissima polleret, summo artificio, ut diximus, res romanas attigit.

Iudicium.— Propertius minus est sincerus et clarus quam Tibullus. Usque eo *artem* colebat, ut vel in mediis amoris fervoribus, etiam sincerissimis, legentes respicere videatur.

Sed magis quam Tibullus varietate, nervis et vigore, et caritatė in patriam commendari potest.

In eius autem elegiis percelebris est Corneliae mortuae prosopopoeia Paulum virum suum alloquentis, quae quidem «regina elegiarum» merito nuncupatur. Huius autem feminae sensus qui «christianos» dixerit, haud longe a veritate erraverit.

99. Súplica pela saúde de Cíntia

Iupiter, affectae [1] tandem miserere puellae;
  Tam formosa tuum mortua crimen erit.
Venit enim tempus, quo torridus aestuat aer,
  Incipit et sicco fervere terra Cane [2].
Sed non tam ardoris culpa est, neque crimina caeli, 5
  Quam toties sanctos non habuisse [3] deos.
Hoc perdit miseras, hoc perdidit ante puellas:
  Quidquid iurarunt, ventus et unda rapit.
Num sibi collatam [4] doluit Venus ipsa? peraeque
  Prae se formosis invidiosa dea est [5]. 10
An contempta tibi Iunonis templa Pelasgae [6]?
  Palladis aut oculos ausa negare bonos [7]?
Semper, formosae, non nostis parcere verbis.
  Hoc [8] tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.
Sed tibi, vexatae per multa periculo vitae, 15
  Extremo veniet mollior [9] hora die.
Io versa caput [10] primos mugiverat annos:
  Nunc dea, quae [11] Nili flumina vacca bibit.
Sed non unius [12], quaeso, miserere [13] duorum:
  Vivam, si vivet: si cadet illa, cadam.

---

98. 1. **Affectae puellae,** *da minha rapariga que está doente*: o poeta dá-lhe o nome de Cíntia.
2. **Cane,** *canícula.*
3. **Sanctos non habuisse,** *não ter respeitado*: foi o que fez Cíntia.
4. **Num... ipsa?** *não se desgostou Vénus de que ela quisesse comparar-se com ela?*
5. **Peraeque... dea est,** *Vénus é uma deusa que não suporta que haja outras igualmente (peraeque) belas a seu lado (prae se).*
6. **An contempta... Pelasgae,** *terás tu desprezado os templos da grega Juno?* Juno protegia os Gregos.
7. **Oculus bonus,** *a beleza dos seus olhos*: de Palas ou Minerva.
8. **Hoc... nocens,** *é isto* (a doença de Cíntia) *que tu deves à tua língua: é ela a culpada.* — **forma,** *formosura.*
9. **Mollior,** *mais doce, melhor.*
10. **Io versa caput,** *Io mudada de forma*: Io fora metamorfoseada em vaca.
11. **Quae,** *ela que.* — **vacca,** como *vaca.* — **bibit,** *bebeu (outrora as águas do Nilo).*
12. **Non unius,** *não é só por mim.*
13. **Miserere:** dirige-se a Júpiter.

Pro quibus optatis sacro me carmine damno [14]:
  Scribam ego, «per magnum salva puella Iovem»;
Ante tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit, 45
  Narrabitque sedens [15] longa pericla sua [16].
Haec tua, Persephone, maneat clementia; nec tu,
  Persephones coniux [17], saevior esse velis!
Sunt apud infernos tot millia formosarum:
  Pulchra sit in superis, si licet, una [18] locis... 50

(Elegias, II, XXVIII).

100. Cornélia

Desine [1], Paule, meum lacrimis urgere [2] sepulcrum:
  Panditur ad nullas ianua nigra preces.
Cum semel infernas intrarunt funera [3] leges,
  Non exorato stant adamante viae [4].
Te licet orantem fuscae deus audiat aulae, 5
  Nempe [5] tuas lacrimas littora surda bibent.
Vota movent Superos [6]. Ubi portitor aera [7] recepti,
  Obserat umbrosos lurida porta rogos [8].
Sic maestae cecinere tubae [9], cum subdita nostrum

---

14. **Pro quibus... damno,** *se a minha prece for ouvida faço votos de escrever um poema sagrado.*
15. **Sedens:** *em atitude de suplicante.*
16. **Pericla sua,** *os perigos que correu.*
17. **Persephones coniux,** *marido de Perséfona*: Plutão, rei dos infernos. — **saevior,** *mais cruel.*
18. **Pulchra una,** *que ao menos uma formosa.*

100. 1. **Desine,** *cessa de, deixa de.* — **Paule:** L. Emílio Paulo Lépido, irmão do triúnviro Lépido, e esposo de Cornélia, filha de P. Cornélio Cipião. Esta morreu jovem e Propércio apresenta-a aqui a falar depois de morta.
2. **Urgere,** *forçar.*
3. **Funera,** *os mortos.*
4. **Non exorato... viae,** *os caminhos infernais mantêm-se fechados por aço inexorável.*
5. **Nempe,** (serão) *sem dúvida.*
6. **Vota movent superos,** *os nossos votos movem apenas os deuses do céu.*
7. **Aera,** o *óbolo* (que se dava a Caronte). — **portitor,** *barqueiro.*
8 **Rogos,** *túmulos.*
9. **Sic... tubae,** *foi assim que tocaram (cantaram) as trombetas de luto.*

Detraheret lecto fax inimica [10] caput. 10
Quid mihi coniugium Pauli, quid currus avorum
Profuit, aut famae pignora tanta meae?
Num minus immites habuit Cornelia Parcas?
En sum, quod digitis quinque levatur, onus.
Damnatae noctes, et vos, vada lenta [11], paludes, 15
Et quaecumque meos implicat [12] unda pedes,
Immatura [13] licet, tamen huc non noxia [14] veni.
Det pater [15] hic umbrae mollia iura [16] meae.
Aut, si quis posita iudex sedet Æacus urna,
In mea sortita vindicet ossa pila [17]. 20
Assideant fratres [18]: iuxta et Minoida sellam
Eumenidum intento turba severa foro [19].
Sisyphe, mole vaces [20]; taceant Ixionis orbes [21];
Fallax, Tantaleo corripiare [22], liquor;
Cerberus et nullas hodie petat improbus umbras, 25
Et iaceat tacita lapsa catena sera.
Ipsa loquar pro me. Si fallo, poena sororum [23],
Infelix [24] humeros urgeat urna meos.

---

10. **Fax inimica,** *a odiosa tocha.* — **subdita... detraheret caput,** *pondo o fogo à minha cabeça* (lit. *posta debaixo*) *a arrancava ao leito.*
11. **Vada lenta,** *águas paradas.*
12. **Implicat,** *aprisiona.*
13. **Immatura,** *antes do tempo.*
14. **Non noxia,** *irrepreensível.*
15. **Pater:** o *deus dos infernos:* Plutão.
16. **Mollia iura,** *doces leis.*
17. **In mea... pila,** *sujeito-me à sorte do julgamento* (lit. *que com a bola tirada à sorte requeira contra os meus ossos*).
18. **Fratres:** os irmãos de Minos, que vêm a ser Éaco e Radamante.
19. **Intento foro,** *no meio da multidão atenta das almas* (sombras).
20. **Mole vaces,** *deixa* o *teu rochedo:* Sísifo fora condenado a transportar um penedo até ao alto dum monte: quando ia a atingir o cume, o rochedo rolava de novo até ao fundo, de modo que o suplício de Sísifo era eterno.
21. **Orbes,** *rodas:* Ixíon fora condenado a andar eternamente às voltas amarrado a uma roda.
22. **Fallax corripiare liquor,** *águas enganosas deixai-vos apanhar por Tântalo.* Tântalo, no inferno, sofria o suplício de ver a água escoar-se quando ia apanhá-la para beber.
23. **Poena sororum,** *que a punição das irmãs* (Danaides).
24. **Infelix urna,** *a urna funesta.*

Si cui fama fuit per avita tropaea decori [25],
Afra Numantinos regna loquuntur avos [26]. 30
Altera maternos exaequat turba Libones [27],
Et domus est titulis utraque fulta suis.
Mox, ubi iam facibus cessit praetexta [28] maritis,
Vinxit et adspersas altera vitta [29] comas,
Iungor, Paule, tuo, sic discessura, cubili. 35
In lapide hoc uni nupta fuisse legar.
Testor maiorum cineres tibi, Roma, verendos,
Sub quorum titulis Africa tonsa [30] iacet:
Et Persen [31], proavi simulantem pectus Achillis,
Quique tuas proavo fregit Achille domos [32]: 40
Me neque censurae legem mollisse [33], nec ulla
Labe mea vestros erubuisse focos.
Non fuit exuviis tantis Cornelia damnum:
Quin et erat magnae pars imitanda domus [34].
Nec mea mutata est aetas: sine crimine tota est: 45
Viximus insignes inter utramque facem [35].
Mi natura dedit leges a sanguine ductas,
Ne possim melior iudicis esse metu.
Quaelibet [36] austeras de me ferat urna tabellas,
Turpior assessu non erit ulla [37] meo, 50

---

25. **Si cui... decori,** *se alguma vez se pôde obter alguma glória dos troféus da família.*
26. **Avos Numantinos:** alusão ao segundo Africano, vencedor de Cartago e de Numância.
27. **Altera... Libones,** pelo lado materno uma multidão de antepassados iguala os Libões aos Cipiões.
28. **Praetexta,** o *meu vestido de solteira.*
29. **Altera vitta,** *a segunda fita:* a das esposas, que substitui a *vitta virginalis.*
30. **Tonsa,** *com a cabeça rapada:* os captivos usavam a cabeça rapada.
31. **Persen,** *juro por Perses:* Perses foi vencido por Paulo Emílio. Dizia-se descendente de Aquiles.
32. **Quique... domos,** o *que* (Paulo Emílio) *arruinou a tua casa* (de Perses) *tinha por antepassado Aquiles.*
33. **Mollisse,** ter feito *afrouxar.* — **censura,** *bons costumes.*
34. **Quin... domus,** *antes pelo contrário foi mais um modelo digno de ser imitado nessa opulenta casa.*
35. **Utramque facem,** *os dois fachos:* o do matrimónio e o da morte.
36. **Quaelibet... tabellas,** *por severa que seja a urna e o parecer que formular sobre a minha conduta.*
37. **Turpior... ulla,** *nenhuma*

Vel tu, quae tardam movisti fune Cybelen,
Claudia [38], turritae rara [39] ministra deae;
Vel cui [40], iam exstinctos cum Vesta reposceret ignes,
Exhibuit vivos carbasus alba focos.
Nec te, dulce caput, mater Scribonia [41], laesi. 55
In me mutatum quid, nisi fata, velis?
Maternis laudor lacrimis urbisque querelis,
Defensa et gemitu Caesaris ossa mea [42].
Ille, sua nata dignam, vixisse sororem [43]
Increpat [44]; et lacrimas vidimus ire deo [45]. 60
Et tamen emeruit generosos vestis [46] honores,
Nec mea de sterili facta rapina domo [47].
Tu, Lepide, et tu, Paule [48], meum post fata levamen,
Condita sunt vestro lumina nostra sinu.
Vidimus et fratrem [49] sellam geminasse curulem, 65
Consule quo facto tempore rapta soror.
Filia, tu specimen [50] censurae nata paternae,
Fac teneas unum, nos imitata, virum:

---

mulher se sentirá desonrada se eu me sentar a seu lado.

38. **Claudia:** esta vestal, com as suas preces, fez deslizar pelo Tibre acima o barco que levava a pesada (*tardam*) estátua de Cibela, provando assim estar inocente da suspeita contra ela levantada de ter violado a sua castidade.

39. **Rara ministra,** *serva sem igual.* — **turritae,** *coroada de torres.*

40. **Cui:** trata-se da vestal Emília a qual, desesperada por ter deixado apagar o fogo sagrado de Vesta, arrojou o seu véu ao fogo que milagrosamente se reacendeu.

41. **Scribonia:** era a mãe de Cornélia.

42. **Defensa... mea,** *por defesa, os gemidos de César sobre os meus restos.*

43. **Sororem:** Cornélia era irmã de Júlia, filha de Augusto.

44. **Increpat,** *zanga-se com a morte por ter arrebatado a digna irmã de sua filha.*

45. **Deo:** refere-se a Augusto.

46. **Vestis:** a mãe de três filhos tinha direito a uma veste especial.

47. **Nec mea... domo,** *nem fui arrebatada* (pelo destino) *de uma casa sem filhos.*

48. **Lepidus et Paulus:** ambos filhos de Cornélia e cônsules mais tarde.

49. **Fratrem:** P. Cornélio Cipião, cônsul pela segunda vez em 16 a. C.

50. **Specimen... paternæ,** (*tu, minha filha*) *que pelo teu nascimento recordas o tempo em que teu pai foi censor:* a filha de Cornélia nasceu quando seu pai era censor, em 22 a. C.

Et serie [51] fulcite genus. Mihi cymba volenti [52]
Solvitur, aucturis tot mea fata meis [53]. 70
Haec est feminei merces extrema triumphi,
Laudat ubi emeritum libera fama rogum [54].
Nunc tibi commendo, communia pignora, natos;
Haec cura et cineri spirat inusta [55] meo,
Fungere maternis vicibus, pater. Illa meorum 75
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oscula cum dederis tu flentibus, adice matris:
Tota domus coepit nunc onus esse tuum;
Et si quid doliturus eris, sine testibus illis:
Cum venient, siccis oscula falle genis. 80
Sat tibi sint noctes, quas de me, Paule, fatiges [56]
Somniaque in faciem credita saepe meam [57];
Atque, ubi secreto nostra ad simulacra loqueris,
Ut responsurae [58] singula verba iace.
Seu tamen adversum mutarit ianua lectum [59], 85
Sederit et nostro cauta noverca toro,
Coniugium, pueri, laudate et ferte paternum.
Capta dabit vestris moribus [60] illa manus.
Nec matrem laudate nimis: collata priori [61]
Vertet in offensas libera verba suas. 90
Seu memor ille mea contentus manserit umbra
Et tanti cineres duxerit esse meos,
Discite venturam iam nunc sentire senectam,

---

51. **Et serie,** *com toda a vossa descendência.*

52. **Mihi... volenti solvitur,** *eu embarco de bom grado e deixo a margem.*

53. **Aucturis... meis,** *porque tantos dos meus hão-de aumentar o meu destino* (o meu nome).

54. **Laudat... rogum,** *quando após a sua morte a seguem os francos aplausos da fama.*

55. **Cura inusta,** *cuidado gravado.*

56. **Quas fatiges,** *para te fatigares.*

57. **In faciem... meam,** *em que tu crerás muitas vezes ver a minha imagem.*

58. **Ut responsurae,** *como se eu houve-se de responder-te.*

59. **Mutare lectum,** *tornar a casar.* — **Adversum,** *em frente* (da porta): o leito nupcial ficava no átrio, em frente da porta.

60. **Capta moribus,** *cativada pelas vossas maneiras.*

61. **Collata priori,** *comparada à primeira* (comigo).

Caelibis ad curas [62] nec vacet ulla via,
Quod mihi detractum est, vestros accedat ad annos: 95
Prole mea Paulum sic [63] iuvet esse senem.
Et bene habet [64]: nunquam mater lugubria sumpsi [65];
Venit in exsequias tota caterva meas.
Causa perorata est [66]. Flentes me, surgite [67], testes,
Dum pretium vitae grata rependit humus [68]. 100
Moribus et caelum patuit [69]: sim digna merendo [70],
Cuius honoratis ossa vehantur aquis.

(*Elegias, IV, XI*)

---

62. **Caelibis ad curas,** *para mitigar os cuidados do que vive só.*
63. **Sic:** *graças aos meus filhos.*
64. **Bene habet,** *tudo está bem.*
65. **Lugubria sumere,** *andar de luto, pôr luto.*
66. **Causa perorata est,** *a minha causa está advogada* (terminada).
67. **Surgite:** refere-se às sombras dos seus antepassados.
68. **Dum... humus,** *enquanto a terra* (os infernos) *reconhecida me compensa de ter perdido a vida.*
69. **Moribus... patuit,** *o próprio céu franqueia as suas portas à virtude.*
70. **Merendo,** *por meus méritos.* — **digna cujus...,** *digna de que os meus ossos possam vogar para as regiões da honra.*

101. OVIDIUS

Vita. — Publius Ovidius Naso Sulmone equestri loco natus est anno 43 a.Ch.n. Cum esset a puero primis litterarum elementis imbutus, eum pater ad rhetorices studium impellere conabatur. Ipse autem, si vel maximos nisus faceret, ut patri morem gereret, nihilominus frustra oleum et operam consumebat, nam ut ipsemet confitetur,

sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos
et quod temptabam dicere versus erat (*Trist.* IV, 10).

Athenas, ut illis temporibus mos erat, contendit, ut studia perficeret, quae Romae inchoaverat. In Italiam remeavit et cum publicis muneribus functus causas in foro aliquamdiu oraret, iudiciorum pertaesus se poeticae in perpetuum tradidit. Sic igitur carus evasit Vergilio, Horatio, Propertio, Tibullo ceterisque id aetatis poetis. Fabiam, quae Liviae propinqua erat, tertio matrimonio uxorem duxit, quacum coniunctissime vixit. Beatus erat, omnibus bene acceptus, cum ecce repente, annos natus amplius quinquaginta, ab Augusto nulla interposita mora, noctu, in exsilium pulsus est, et quidem in locum ab Urbe remotissimum, nempe Tomos ad Pontum Euxinum. Huius relegationis causa alia ab aliis traditur. Ipse de se Ovidius duplicem suae calamitatis causam interposuit: carmina obscena et errorem:

Perdiderint cum me duo crimina, carmen et error,
alterius facti culpa silenda mihi.

Ut ex his versibus patet, duae fuere exsilii causae, quarum una sibi silentio praetermittenda videtur, altera ad carmina quae turpia scripsisset, refertur. In edicto enim ipsum ob artem amatoriam exsilio ab imperatore damnatum esse significabatur. Sed cum *Ars amatoria* multis ante annis evulgata esset, non probabile videtur hanc veram fuisse causam. Coniciunt non pauci, idque mihi quoque probatur, conscium esse poetam nescio cuius flagitii ab Augusti familiaribus admissi; quod si loqueretur, verebatur profecto ne principis iram magis accen-

deret. Quamvis ipse declaret notam omnibus esse suae ruinae causam, nihil tamen certi affirmare possumus: causam veram ipse in sepulcrum tulit.

Vixit igitur Tomis in Ponto Euxino, ad annum usque 17 p.Ch.n., et quamquam amicos solebat enixe rogare, ut locus saltem in alium mitiorem mutaretur, nihil prorsus impetravit. Mortuus est inter Getas anno 17 p.Ch.n.

Opera. — Qua facultate ad carmina pangenda praeditus erat, Ovidius omnium poetarum fecundissimus fuit. Eius autem opera per tres ipsius vitae aetates distribuere mos est:

a) *opera iuvenilia: Amores, Heroides, Medicamina faciei, Ars amatoria, Remedium amoris;* quae omnia elegiis scripta sunt et de amore perpetuo agunt; praeterquam quod obscenitatibus nulla non scatent.

b) *provectae aetatis opera: Metamorphoseon libri,* quibus ducentae et quinquaginta fabulae continentur, quae sunt de mundi origine, de Daedalo, de Phaetonte, de hominum feminarumque in bestias commutationibus.

Fastorum libri, in quibus ritus civiumque in Urbe usus per dierum seriem ordine digestos elegiacis distichis exaravit. Unitas nihilominus in dierum ordine solummodo observatur, praeterquam nihil.

c) *opera relegationis tempore composita:*

Tristia: sunt elegiae quas in exsilio scripsit: in omnibus casus suos sine modo effundit, ut crebris querelis eiusdem perpetuo coloris non parum legentes defatiget.

Pontica seu *Epistulae ex Ponto:* argumentum idem fere est quod in praecedenti memoravimus.

Ibis: libellus adversus Hyginum quendam, Augusti libertum, a quo fuerat poeta contumelia affectus.

Iudicium.— Ante omnia est quidem Ovidius facilitate et copia mirum in modum praeditus. Quidquid mente concepit, incredibili quadam perspicuitate et velocitate significavit. Rebus, quae in se ipsis spectatae valde aridae erant, vitam coloremque, ut nemo magis, impressit. Versus elegiacos ad tantam numerositatem perfectionemque evexit, ut nemo umquam par illi fuerit. Etiam minus quam Vergilius et Horatius imitatus est poetas graecos, ideoque per eum sui omnino iuris coepit esse carmen latinum.

Nihilo tamen minus in multis est carpendus: etiamsi errores praetermittantur in quos incidit circa terrae descriptionem, circa astra atque ipsam quoque historiam, cum his in poetis facile indulgendum esse videatur, tamen vitia graviora occurrunt non modo in obscenitate carminum, verum etiam in sinceritatis defectu, in crebris repetitionibus, in declamatorie contexendis sententiis, ac denique in quibusdam elegantiis nimio artificio exquirendis. Haud semel accidit ut Ovidius optimus potius dicendus sit versificator, quam germanus poeta.

102. Fabulae Phaethontis argumentum

Phaethon a sole genitore postulavit, ut per eum sibi liceret currum unum saltem diem regere. Pater, autem, tametsi primum omnia se daturum promiserat, tamen timens ne filius, tali munere dato, in interitum rueret, frustra illum conatur a consilio deterrere. In cassum, ergo, itineris difficulates atque pericula ei proponit. Nam Phaethon in proposito susceptoque consilio perstat, nec solis dicto audiens esse curat.

Tum pater, anxius atque sollicitus, equos sterni iubet, et currum filio committit. Iam equi, freno remisso, effusis habenis, citati per aerem volant, cum miser puerulus, itineris inscius, mentis impos, lora adducere aut equos moderari nequit. Montes ignem concipiunt, flumina et maria exarescunt; terra incendio perflagrans de orbis exitio coram Iove conqueritur. Quibus querimoniis commotus Iupiter, Phaethontem fulmine percutit. Tum quidem infelix ille puer, consternatis equis, in praeceps datur; ab Eridano flumine excipitur et ab Italiae nymphis in sepulcro conditur.

Elogium in monumento incisum est, hoc exemplo: «Hic situs est Phaethon, patris currus rhedarius; si quidem eum haud scite duxit, at certe alte spectavit, et ab iis qui gloriae studio trahuntur, bene semper audiet».

103. Faetonte pede para guiar o carro do Sol

Regia[1] Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante[2] auro flammasque imitante pyropo,
Cuius ebur nitidum[3] fastigia summa tegebat,
Argenti[4] bifores radiabant lumine valvae.
Materiam superabat opus: nam Mulciber[5] illic 5
Aequora caelarat[6] medias cingentia terras
Terrarumque orbem caelumque, quod imminet orbi.
Caeruleos habet unda[7] deos, Tritona canorum
Proteaque ambiguum ballenarumque prementem
Aegaeona suis immania terga lacertis 10
Doridaque[8] et natas, quarum pars nare videtur,
Pars in mole sedens virides siccare capillos,
Pisce vehi quaedam[9]: facies non omnibus una,
Non diversa tamen, qualem decet esse sororum.
Terra viros urbesque gerit[10] silvasque ferasque 15
Fluminaque et nymphas et cetera numina ruris.
Haec super imposita est caeli fulgentis imago,
Signaque sex foribus dextris totidemque sinistris.

---

103. 1. **Regia,** *palácio real.* — **sublimibus ...***sobre elevadas colunas.*

2. **Mico, as, are, cui,** *cintilar, brilhar.* — **pyropus, i,** *piropo, liga de cobre e de ouro.*

3. **Ebur nitidum,** *marfim pulido, brilhante.* — **fastigia...** *a parte mais alta.*

4. **Argenti:** complemento de **lumine.** — **biforis, e,** *que tem duas aberturas.* — **Valvae bifores,** *porta com dois batentes.* — **opus,** *trabalho.*

5. **Mulciber, eri,** *Mulcibero*: um dos nomes de Vulcano. — **illic,** *na porta* **(in valvis).**

6. **Caelarat (= caelaverat):** *cinzelara, gravara.* — **cingentia terras medias,** *cingindo as terras, colocadas no meio (do mar).* — **imminere,** *estar situado sobre.*

7. **Unda,** o *mar.* — **Triton, onis,** *Tritão*: no acusat. sing. como **Protea, Aegaeona** e **Dorida.** — **Proteus, ei,** *Proteu.* — **ambiguus,** *variável,* que toma todas as formas. — **Aegaeon, onis,** *Egéon,* — **immanis,** *enorme.*

8. **Doris, idis,** *Doris,* mulher de Nereu. — **natas,** *filhas (Nereides).* — **moles, is,** aqui *rochedo.* -- **(videtur) siccare.**

9. **Quædam = aliquae, nonnullae.** — **(talis) qualem decet esse (faciem) sororum.**

10. **Gerit,** *mostra, é representada com.* — **signa,** *signos do Zodíaco, constelações.* — **fores, ium,** *porta.* — **totidem** *outros tantos*

Quo[11] simul adclivi Clymeneia limite proles
Venit et intravit dubitati[12] tecta parentis, 20
Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus
Consistitque procul[13]; neque enim propiora ferebat
Lumina: purpurea velatus veste sedebat
In solio Phoebus[14] claris lucente smaragdis.
A dextra laevaque Dies et Mensis et Annus 25
Saeculaque et positae spatiis aequalibus Horae;
Verque novum[15] stabat cinctum florente corona,
Stabat nuda Aestas et spicea serta gerebat,
Stabat et Autumnus calcatis sordidus uvis[16]
Et glacialis Hiems canos hirsuta capillos. 30
Inde[17] loco medius rerum novitate paventem
Sol oculis iuvenem, quibus adspicit omnia, vidit:
«Quaeque[18] viae tibi causa? quid hac, ait, arce petisti,
Progenies, Phaethon, haud infitianda parenti?»
Ille refert[19]: «O lux immensi publica mundi, 35
Phoebe pater, si das huius mihi nominis usum,
Pignora da, genitor, per quae tua vera propago
Credar, et hunc animis errorem detrahe nostris[20]!»
Dixerat, at genitor circum caput omne micantes 40

---

11. **Quo=et eo.—simul (ac, atque).** — **acclivi limite,** *por um caminho (íngrime) que sobe, ascendente.* — **Clymeneius,** *de Climene* **(Clymene, es,** *Climene*). —**proles, is,** *prole, filho*: Faetonte.

12. **Dubitatus,** *duvidoso.* — **ferre vestigia,** *encaminhar-se.*

13. **Procul,** *a certa distância.* — **neque ...ferebat,** *não podia suportar.*

14. **Phoebus, i,** *Febo, o Sol*— **smaragdus, i,** *esmeralda (pedra preciosa).*

15. **Novum,** *jovem.* — **nuda,** *ligeiramente vestido.* — **spiceus,** *de espigas.* — **serta, orum,** *grinalda.*

16. **Calcatis sordidus uvis,** *tingido (sujo) com o sumo das uvas pisadas.* — **canos capillos:** acusativo de relação (parte).

17. **Inde = ex solio.** — **loco,** pelo *lugar* (que ocupava). — **loco medius,** *colocado no centro.*

18. **Quaeque = et quae.** — **arx, cis,** *parte mais alta*: *nesta alta morada.* — **progenies = filius.** — **infitiari,** *negar, renegar.* — **parenti:** dativo do agente.

19. **Refert = respondet.** — **publica,** *comum a todos.* — **dare,** *permitir.* — **pignora,** *provas, sinais.* — **propago, inis,** *rebento, filho.*

20. **Animis nostris,** plural poético. — **hunc errorem,** *a minha dúvida, incerteza.*

Deposuit radios propiusque accedere iussit
Amplexuque dato: «Nec tu meus esse negari[21]
Dignus es, et Clymene veros, ait, edidit ortus,
Quoque[22] minus dubites, quodvis pete munus, ut illud
Me tribuente ferasl Promissi testis adesto 45
Dis iuranda palus, oculis incognita[23] nostris!»
 Vix bene[24] desierat, currus rogat ille paternos
Inque diem alipedum ius et moderamen equorum.
Paenituit iurasse patrem: qui terque quaterque
Concutiens illustre[25] caput: «Temeraria, dixit, 50
Vox mea facta tua est: utinam promissa liceret
Non dare! confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem[26].
Dissuadere licet: non est tua tuta voluntas!
Magna petis, Phaethon, et quae nec viribus istis
Munera[27] conveniant nec tam puerilibus annis: 55
Sors tua mortalis, non est mortale quod optas.
Plus etiam, quam quod superis contingere possit,
Nescius[28] affectas; placeat sibi quisque licebit,
Non tamen ignifero quisquam[29] consistere in axe

12. **Negari** depois de **dignus es** é poético. Geralmente com o conjunt.: **qui negeris.** — **veros edidit ortus,** *revelou a tua verdadeira origem.*
22. **Quoque = et, quo.** — **munus,** *favor, dádiva.* — **feras,** *obtenhas, recebas.* — **dis = diis.** — **palus, udis,** f.. *pântano, lagoa*; aqui: *Estige*, lago dos infernos: *tomo por testemunha da minha promessa a Estige pela qual devem jurar os deuses.*
23. **Incognita:** porque os raios do sol não penetram no mundo subterrâneo.
24. **Vix bene,** *apenas (logo que).* — **bene,** é expletivo. — **desino,** *acabar.* — **in diem,** *por um só dia.* — **alipes edis,** *de pés alados, veloz.* — **ius et moderamen,** *o direito de conduzir.*
25. **Illustris,** *luminoso, radiante.* — **vox mea,** *a minha promessa.* — **tua (voce),** *devido à tua petição.*
26. **Negarem (si promissa non dare liceret).** — **dissuadere licet,** *ao menos quero dissuadir-te.*
27. **Magna munera,** *um grande ofício, uma árdua empresa.* — **quae = talia munera ut ea.** — **istis = tuis.** — **sors,** *condição.*
28. **Nescius,** *sem o saberes, na tua ignorância.* — **affectare,** *aspirar a, ambicionar.* — **placeat sibi...,** *cada um (dos deuses) pode ter de si a melhor opinião.*
29. **Non quisquam = nemo.** — **axis,** *(eixo) carro.* — **consistere,** pròpriamente *manter-se de pé.*

Me valet excepto; vasti quoque[30] rector Olympi, 60
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
Non aget[31] hos currus: et quid Iove maius habemus?
 Ardua[32] prima via est et qua vix mane recentes
Enitantur[33] equi; medio est altissima caelo,
Unde mare et terras ipsi mihi saepe videre 65
Fit timor, et pavida[34] trepidat formidine pectus;
Ultima prona via est et eget moderamine certo:
 Finge[35] datos currus: quid ages? poterisne rotatis
Obvius ire polis, ne te citus auferat axis? 75
At tu, funesti ne sim[36] tibi muneris auctor,
Nate, cave, dum resque sinit, tua corrige vota!
 Scilicet[37] ut nostro genitum te sanguine credas, 90
Pignora certa petis: do pignora certa timendo
Et patrio pater esse metu probor. Adspice vultus
Ecce[38], meos utinamque oculos in pectora posses
Inserere et patrias intus deprendere curas!
Denique[39] quidquid habet dives circumspice mundus, 95

30. **Quoque,** *o próprio.* — **rector,** *senhor.* — **fera** concorda com **fulmina.** — **iaculari,** *lançar, vibrar.*
31. **Aget = ageret,** *não saberia conduzir.* — **hos = meos**: *o meu carro.*
32. **Ardua,** *íngreme, escarpado.* — **prima via,** *a primeira parte do caminho.* — **qua = talis ut ea.** — **recentes,** *renovadas as forças* (com o descanso da noite), *fogosos.*
33. **Enitor, iti, isus** ou **ixus sum,** *fazer esforços: sobem com dificuldade.* — **unde = ex altissimo caelo.**
34. **Pavidus,** *pavoroso, medonho.* — **ultima via,** *a última parte do caminho.* — **prona,** *em declive, a pique.* — **eget moderamine certo,** *exige uma direcção (mão) segura.*
35. **Finge,** *supõe.* — **datos (esse tibi).** — **rotatus,** *que gira sobre si mesmo.* — **polus, i,** *polo, céu.* — **citus,** *rápido: poderás tu lutar contra a rotação da esfera celeste, sem seres levado pela velocidade do seu eixo?*
36. **Ne sim,** depende de **cave.** — **auctor,** *causador.* — **dum res sinit,** *enquanto é tempo.* — **vota,** *desejos.*
37. **Scilicet,** *naturalmente, sem dúvida.* — **patrio metu,** *com o temor paternal, com os meus receios, mostro ser pai.* — **probor:** passiva pessoal com infinito, por analogia com **dicor, credor.**
38. **Ecce (en),** *anda vamos*: reforça o imperativo. — **deprendere = deprehendere,** *surpreender, ver a descoberto.*
39. **Denique circumspice**

Eque tot ac tantis caeli terraeque marisque
Posce bonis aliquid; nullam patiere repulsam.
Deprecor hoc unum[40], quod vero nomine poena,
Non honor est: poenam, Phaethon, pro munere poscis!
Quid[41] mea colla tenes blandis, ignare, lacertis? 100
Ne dubita! dabitur (Stygias iuravimus undas),
Quodcumque optaris; sed tu sapientius opta!»
Finierat monitus[42]; dictis tamen ille repugnat
Propositumque premit flagratque cupidine currus.
Ergo, qua licuit, genitor cunctatus[43] ad altos 105
Deducit, iuvenem, Vulcania munera, currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae
Curvatura rotae[44], radiorum argenteus ordo;
Per iuga[45] chrysolithi positaeque ex ordine gemmae
Clara repercusso reddebant lumina Phoebo. 110
Dumque ea magnanimus[46] Phaethon miratur opusque
Perspicit, ecce, vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores et plena rosarum
Atria[47]: diffugiunt stellae, quarum agmina cogit
Lucifer et caeli statione novissimus exit. 115

---

quidquid dives mundus habet. — eque = et e (ex): et posce aliquid e tot... bonis caeli... — patiere = patieris.

40. **Deprecor hoc unum,** *afasto suplicando isto só: é esta a única graça que queria que renunciasses.* — **vero nomine,** *verdadeiramente.*

41. **Quid = cur.** — **blandus,** *carinhoso, acariciador.* — **ne dubita:** o imperativo proibitivo é poético, em vez de: **noli dubitare, ne dubitaveris.** — **optaris = optaveris.**

42. **Monitus** (acus. do pl.), *advertências.* — **ille,** *Faetonte.* — **premere propositum,** *persistir na sua resolução.*

43. **Cunctatus qua (quantum) licuit,** *tendo-se demorado, tendo (diferido) resistido quanto pôde.*

44. **Curvatura summae rotae,** *a curvatura da extremidade da roda; o arco (círculo) que rodeia a roda.* — **ordo,** *série.*

45. **Per iuga,** *ao longo do jugo (canga).* — **repercusso Phoebo (sole),** ablat. absoluto: *reflectindo o sol.* — **reddere,** *emitir.*

46. **Magnanimus,** *ambicioso, audacioso.* — **ecce aurora vigil patefecit ab ortu...,** *eis que a vigilante aurora abriu do lado do oriente luminoso...*

47. **Atria,** *palácio.* — **agmina,** *bando.* — **cogere,** *reunir.* — **Lucifer, eri,** *estrela da manhã (Venus).* — **novissimus exit,** *é o último a sair.*

Quem[48] petere ut terras mundumque rubescere vidit
Cornuaque extremae velut evanescere lunae,
Iungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Iussa deae celeres[49] peragunt ignemque vomentes,
Ambrosiae suco saturos, praesepibus altis 120
Quadripedes[50] ducunt adduntque sonantia frena.
Tum pater ora[51] sui sacro medicamine nati
Contigit et rapidae[52] fecit patientia flammae,
Imposuitque comae radios, praesagaque luctus[53]
Pectore sollicito repetens suspiria, dixit: 125
«Si potes his saltem monitis parere paternis,
Parce, puer, stimulis[54] et fortius utere loris!
Sponte sua properant, labor est inhibere volantes.
Utque ferant[55] aequos et caelum et terra calores,
Nec preme nec summum molire per aethera cursum! 135
Altius egressus caelestia tecta cremabis,
Inferius terras; medio tutissimus ibis.
Neu te dexterior[56] tortum declinet ad anguem,
Neve sinisterior pressam rota ducat ad aram,

---

48. **Quem... = ut vidit eum (luciferum) petere terras.** — **cornuaque...,** *e as pontas da lua velha..., e a lua apagar-se.* — **Titan, anis,** *Titã, o Sol.*

49. **Deae celeres (=celeriter),** *as deusas (Horas)...* — **ambrosia, ae,** *ambrosia:* alimento dos deuses e dos seus corcéis. — **satur, a, um,** *farto.* — **praesepe, is,** *estábulo.*

50. **Quadrupes (quadripes), edis,** *quadrúpede, cavalo.*

51. **Ora,** *rosto.* — **sacro medicamine,** *com um (ingrediente) unguento divino (celeste).* — **contingere, igi, actum,** *tocar, esfregar, untar.*

52. **Rapidus,** *devorador.* — **(ora) patientia,** *capaz de suportar* (com *dat.*). — **praesagus,** *que adivinha.*

53. **Luctus,** no *genit.* dependente de **praesaga.** — **repetere,** *redobrar.*

54. **Parce stimulis,** *poupa o chicote.* — **lorum, i,** *rédeas, freio.* — **labor est,** *a dificuldade está em.* Algumas edições, em vez de **volantes,** têm **volentes,** *que teimam em correr.*

55. **Ferant = accipiant.** — **aequos,** *proporcionados, iguais.* — **premere,** *fazer descer.* — **moliri,** *fazer.*

56. **Neu rota dexterior te...,** *nem o carro indo mais pela direita te desvie para o Dragão sinuoso (que se enrosca).* — **anguis, is,** *serpente, o Dragão* (constelação que se enrola entre as duas Ursas). — **ara,** *altar, a Ara* (constelação). — **pressam,** *abatida, (no horizonte).*

Inter utrumque tene [57]! Fortunae cetera mando, 140
Quae iuvet et melius quam tu tibi consulat opto.
Dum loquor, Hesperio [58] positas in litore metas
Umida nox tetigit: non est mora libera nobis!
Poscimur [59], et fulget tenebris Aurora fugatis.
Corripe lora manu, vel, si mutabile pectus 145
Est tibi, consiliis, non curribus utere nostris!
Dum potes et solidis etiamnunc sedibus adstas,
Dumque male [60] optatos nondum premis inscius axes,
Quae tutus spectes, sine me dare lumina terris!»
Occupat ille levem iuvenali corpore currum 150
Statque super [61] manibusque datas, contingere habenas
Gaudet et invito grates agit inde parenti.

(Metamorfoses, lib. II, v. 1-153)

104. Faetonte sai-se mal da empresa. É fulminado pelo raio de Júpiter

Interea volucres [1] Pyrois et Eous et Aethon,
Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus [2] auras
Praetereunt ortos isdem de partibus euros, 160

57. **Tenere (cursum, viam, iter),** *seguir o rumo.*—**mandare,** *entregar, abandonar.* — **quae = ut ea.** — **consulere alicui,** *olhar por, cuidar de.* — **opto** com o conjunt. sem **ut,** é arcaico e familiar.

58. **Hesperius, a, um,** *da Hespéria, ocidental (atlântico).*— **meta,** *termo* (da sua carreira). — **non est libera...,** *não se nos permite.*

59. **Poscimur,** *reclamam-nos, é tempo de partir.* — **corripere,** *agarrar.* — **pectus = animus.** — **adstare,** *estar de pé junto de, permanecer, estar.*

60. **Male,** *para tua desgraça.* —**premere axes,** *ser levado (sentar-se a guiar) no carro.* — **quae = ut ea (lumina).** — **sine,** imperat. de **sinere.**

61. **Super,** (advérbio), *em cima.* — **contingere** (*tocar*) **manibus habenas,** *empunhar as rédeas.* — **inde = e curru.**

104. 1. **Volucer, cris, cre,** *alado, veloz.* Os quatro cavalos do carro do sol, com seus nomes de origem grega, são os seguintes: **Pyrois, entis,** *Piroente* (ígneo); **Eous, i,** *Estrela da manhã* (matutino); **Aethon, onis,** *Etão* (ardente); **Phlegon, ontis,** *Flegonte* (abrasador).

2. **Hinnitibus flammiferis,** *com relinchos ardentes.* — **auras,** *os ares.*

Flammiferis implent pedibusque repagula [3] pulsant 155
Quae postquam Tethys, fatorum ignara nepotis,
Reppulit et facta est immensi copia [4] caeli,
Corripuere viam pedibusque per aera motis
Obstantes scindunt nebulas pennisque levati [5]
Praetereunt hortos isdem de partibus euros. 160
Sed leve pondus erat, nec quod [6] cognoscere possent
Solis equi, solitaque iugum gravitate carebat;
Utque labant [7] curvae iusto sine pondere naves
Perque mare instabiles nimia levitate feruntur,
Sic onere adsueto vacuus dat in aere saltus 165
Succutiturque [8] alte similisque est currus inani.
Quod simul ac sensere, ruunt tritumque relinquunt
Quadriiugi [9] spatium nec, quo prius, ordine currunt.
Ipse pavet nec, qua commissas flectat habenas,
Nec scit [10], qua sit iter, nec, si sciat, imperet illis. 170
Ut vero summo despexit [11] ab aethere terras
Infelix Phaethon penitus penitusque patentes,
Palluit, et subito genua intremuere timore, 180
Suntque oculis tenebrae per [12] tantum lumen obortae,
Et iam mallet equos nunquam tetigisse paternos.
Est locus, in geminos ubi bracchia concavat [13] arcus 195

3. **Repagula, orum,** *barreiras.* — **Tethys, yos,** *Tétis* (mãe de Climene e avó de Faetonte). — **fatum, i,** *destino, sorte.* — **repellere,** *afastar.*

4. **Copiam facere (dare),** *dar permissão:* subent. *aos corcéis.* **corripere viam,** *lançar-se à desfilada.*

5. **Levatus,** *levantado.* — **pennis levati,** *sustentados nas suas asas.* — **praeterire,** *ultrapassar, levar a dianteira.* — **eurus, i,** *Euro, vento.*

6. **Nec quod = nec tale ut id.** — **cognoscere = sentire.**

7. **Labare,** *baloiçar.* — **iusto,** *conveniente.*

8. **Succutio, is, ere, ussi, ussum,** *sacudir, agitar.* — **inani (currui),** *a um carro vazio.* — **currus,** é o sujeito.

9. **Quadriiugus, a, um,** *tirado por 4 cavalos;* **quadriiugi (equi),** *quadriga.* — **spatium, ii,** *pista, senda.*

10. **Nec (scit) qua flectat,** *...de que lado.* — **si sciat,** potencial. — **illis = equis.**

11. **Despicere,** *olhar de cima para baixo, dirigir o olhar.* — **penitus penitusque,** *profundissimamente, muito ao longe.* — **intremere,** *tremer.*

12. **Per,** sentido causal. — **oborio,** *levantar-se diante.*

13. **Concavare,** *tornar côncavo, curvar, arquear: curva os*

Scorpius et cauda flexisque utrinque lacertis
Porrigit in spatium signorum membra duorum:
Hunc puer ut nigri madidum [14] sudore veneni
Vulnera curvata minitantem cuspide vidit,
Mentis inops [15] gelida formidine lora remisit; 200
Quae [16] postquam summum tetigere iacentia tergum,
Exspatiantur equi nulloque inhibente per auras
Ignotae regionis eunt, quaque impetus egit,
Hac [17] sine lege ruunt altoque sub aethere fixis
Incursant stellis rapiuntque per avia currum: 205
Et modo summa [18] petunt, modo per declive viasque
Praecipites spatio terrae propiore [19] feruntur.
Corripitur flammis, ut quaeque [20] altissima, tellus, 210
Fissaque [21] agit rimas et sucis aret ademptis;
Pabula canescunt [22], cum frondibus uritur arbor,
Materiamque suo praebet seges arida damno.
Parva queror: magnae pereunt cum moenibus urbes,
Cumque suis totas populis [23] incendia gentes 215
In cinerem vertunt; silvae cum montibus ardent.

---

braços formando um duplo arco. — **Scorpius,** o *Escorpião.* — **signum, i,** *constelação.*

14. **Madidus,** *húmido: destilando um veneno negro,* (e) *ameaçando ferir.* — **curvata cuspide = cauda inflexa.**

15. **Mentis inops,** *fora de si, perdido o sangue frio.* — **gelida formidine,** *tomado dum pavor que gela* (abl. de causa).

16. **Quae,** i. é, **lora.** — **iacentia,** *soltas, caídas.* — **tergum,** *dorso.* — **exspatiari,** *sair do caminho.*

17. **Et hac qua,** *lá por onde.* — **incursare,** *correr, bater contra.*—**avia, orum,** *lugares intransitáveis.*

18. **Summa, orum,** *as regiões mais altas.* — **per declive,** *por ladeira.*—**praeceps, ipitis,** (adj.). *que se precipita, íngreme.*

19. **Spatio propiore = per spatium terrae propius:** *a uma distância mais próxima da terra.*

20. **Tellus, ut quaeque (tellus = pars telluris) est altissima, ita maxime corripitur flammis:** o *fogo devora as partes mais altas da terra.*

21. **Fissus (de findere),** *fendido.* — **agere rimas,** *fender-se, abrir-se.* — **sucus, i,** *humidade.*— **arere,** *estar seco, ressequido.*

22. **Pabula canescunt,** *os pastos secam, mirram-se.* — **damno suo,** *à sua ruina, ao fogo que a devora.*

23. **Populus,** *comunidade (grupo político).*—**gentes,** *nações.*

Ardet in immensum [24] geminatis ignibus [25] Aetna. 220
Nec prosunt Scythiae sua frigora: Caucasus ardet
Ossaque cum Pindo maiorque ambobus Olympus [26] 225
Aeriaeque Alpes et nubifer Appenninus.
Tum vero Phaethon cunctis e partibus orbem
Adspicit accensum nec tantos sustinet aestus,
Ferventesque auras [27] velut e fornace profunda
Ore trahit currusque suos candescere sentit; 230
Et neque iam cineres eiectatamque favillam [28]
Ferre potest calidoque involvitur undique fumo,
Quoque eat aut ubi sit, picea caligine tectus,
Nescit, et arbitrio volucrum raptatur equorum.
Tum facta est Libye [29] raptis umoribus aestu
Arida, tum nymphae passis fontesque lacusque
Deflevere comis; quaerit [30] Boeotia Dircen,
Argos [31] Amymonen, Ephyre [32] Pirenidas undas, 240
Arsit [33] et Euphrates Babylonius, arsit Orontes,
Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus, aurum.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem
Occuluitque [34] caput, quod adhuc latet: ostia septem 255

---

24. **In immensum,** *imensamente, numa grande extensão, todo ele.*

25. **Geminatis ignibus,** com o *fogo duplicado:* o incêndio exterior (do sol) e o interior (do vulcão).

26. **Ossa, Pindus, Olympus** são montes da Grécia. — **aerius,** *altíssimo, que se perde nas nuvens.* — **nubifer,** *que se veste (que chega às) de nuvens.*

27. **Auras ore trahere,** *aspirar (com a boca) o ar.* — **candesco,** *abrasar-se.*

28. **Eiectatam favillam,** *centelhas vomitadas, lançadas.* — **piceus, a, um,** *de pez, negro.* — **et tectus caligine picea, nescit ubi sit aut quo eat.**

29. **Libye, es,** *Líbia* (norte da África).—**aestu,** *pelo calor abrasador.* — **Nymphae,** *Ninfas*: divindades das nascentes e dos rios. — **passis (de pandere) comis,** *de cabeleira desgrenhada.*— **fontes, lacus,** no acusativo.

30. **Quaerere,** *procurar* (em vão). — **Dirce, es,** *Dirce,* esposa do rei de Tebas, transformada em fonte.

31. **Argos,** (só nominat. e acusat.), *Argos,* cidade do Peloponeso. — **Amymone, es,** *Amimone,* filha do rei de Argos.

32. **Ephyre, es,** *Efira* = *Corinto.* — **Pirenis, idis** (acusat. plural grego: **Pirenidas),** *da fonte de Pirene.*

33. **Arsit (de ardere),** *ardeu.* —**Orontes,** *Orontes,* rio da *Síria.* — **suo amne,** *na sua corrente.*— **fluere,** *derreter-se.*

34. **Occulere,** *ocultar.* — **ca-**

Pulverulenta[35] vacant, septem sine flumine valles.
Dissilit[36] omne solum, penetratque in Tartara rimis 260
Lumen et infernum[37] terret cum coniuge regem;
Et mare contrahitur, siccaeque est campus harenae
Quod[38] modo pontus erat, quosque altum texerat aequor,
Exsistunt montes et sparsas Cycladas augent.
Ima petunt pisces, nec se super aequora curvi[39] 265
Tollere consuetas audent delphines in auras;
Corpora phocarum summo resupina profundo
Exanimata[40] natant: ipsum quoque Nerea fama est
Doridaque et natas tepidis latuisse sub antris.
Ter Neptunus aquis cum torvo[41] bracchia vultu 270
Exserere ausus erat, ter non tulit aeris ignes.
Alma[42] tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,
Inter aquas pelagi contractosque undique fontes,
Qui se condiderant[43] in opacae viscera matris,

---

put, *origem, nascente.* — **ostium,** *boca* (dum rio), *embocadura.*

35. **Pulverulentus,** *poeirento, seco.* O sufixo **lentus,** como **bundus,** e **osus,** designam *abundância.* — **vacare (aqua),** *estar vazio de água, estar seco.*

36. **Dissilire, ui, ultum,** *saltar para um e outro lado, abrir-se, fender-se.* — **Tartara, orum,** o *Tártaro, os infernos.* — **rimis,** *pelas fendas.*

37. **Infernus, a, um,** *que está em baixo, infernal.* — **regem cum coniuge:** Plutão e Prosérpina.

38. **Quod = id quod.** — **exsistere,** *elevar-se a cima, surgir.* — **et quod erat modo pontus est campus arenae siccae, montesque quos aequor altum texerat, exsistunt.**

39. **Curvi,** *de dorso recurvado.* — **consuetas,** *costumadas: segundo o seu costume.* — **summo profundo = s. mari,** *à superfície do mar.* — **resupinus,** *deitado de costas.*

40. **Exanimata,** *sufocadas, sem vida* — **natare,** *flutuar, boiar.* — **Nereus, ei ou eos** (acus. **Nerea),** *Nereu* (deus marinho). — **Doris, idis** (acus. **Dorida),** *Doris* (esposa de Nereu).

41. **Torvus,** *que olha de esguelha, severo, ameaçador.* — **exsero, ui, ertum,** *tirar (para fora), mostrar.* Também se podia entender: **cum = et: bracchia et vultum.**

42. **Almus, a, um,** (de **alere),** *nutridora, venerável.* — **ut erat...** *rodeada como estava pelo mar.* — **aquas (contractas),** *águas diminuídas.*

43. **Condere,** *esconder.* — **in opacae...,** *nas escuras entranhas da terra.* — **arida collus tenus,** *(estando) ressequida até ao pescoço.*

Sustulit oppressos collo tenus arida vultus 275
Opposuitque manum fronti[44] magnoque tremore
Omnia concutiens paulum subsedit et infra
Quam solet esse, fuit, sacraque ita voce locuta est:
«Si placet hoc meruique, quid[45] o tua fulmina cessant,
Summe deum? liceat periturae viribus ignis 280
Igne perire tuo clademque auctore levare!
Vix equidem[46] fauces haec ipsa in verba resolvo;
(Presserat ora vapor): tostos en adspice crines
Inque oculis tantum, tantum super ora favillae!
Hosne mihi fructus[47], hunc fertilitatis honorem 285
Officiique refers, quod adunci vulnera aratri
Rastrorumque fero totoque exerceor anno,
Quod pecori frondes alimentaque mitia, fruges,
Humano generi, vobis quoque tura ministro?
Si freta[48], si terrae pereunt, si regia caeli,
In chaos antiquum confundimur! Eripe flammis,
Si quid adhuc superest, et rerum consule summae!» 300
Dixerat haec Tellus: neque enim tolerare vaporem
Ulterius potuit nec dicere plura suumque
Rettulit[49] os in se propioraque Manibus antra.
At pater[50] omnipotens, superos testatus et ipsum

---

44. **Opposuit...** para se defender dos ardores do sol. — **subsido, is, ere...,** *abaixar-se, encolher-se.* — **infra quam,** *mais baixo do que.* — **sacra:** como se a terra fosse uma deusa.

45. **Quid = cur.** — **O summe,** *ó supremo (senhor)* — **deum = deorum.** — **liceat (mihi) periturae...,** *...que devo morrer pela violência do fogo, perecer antes...* — **cladem auctore...,** *(aliviar) minorar esta desgraça pensando que és tu o seu autor.*

46. Vix **equidem...,** *na verdade dificilmente posso abrir (desatar) a boca para falar.* — os dois **tantum** ligam-se a **favillæ.**

47. **Fructus,** *prémio, recompensa.* — **honorem,** *preço.* — **rastrorum,** *do ancinho ou da enxada.* — **exerceri,** *ser cultivado, atormentado.* — **mitia,** *doces.* — **tus, turis,** *incenso.*

48. **Freta = maria.** — **confundimur,** *(pres. mais expressivo que o futuro): vamos cair no antigo caos.* — **summa,** *soma, totalidade: olha (pela segurança) do universo.*

49. **Retulit** ou **rettulit.** — **os = caput:** *escondeu (retirou) a cabeça no seu seio e nos antros mais próximos dos Manes:* **Manes, ium,** *almas (dos mortos).*

50. **At pater...,** *ora (entretan-*

Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato 305
Interitura gravi, summam petit arduus [51] arcem,
Unde solet nubes latis inducere terris,
Unde movet tonitrus [52] vibrataque fulmina iactat;
Sed neque, quas posset terris inducere, nubes
Tunc habuit, nec, quos caelo demitteret, imbres: 310
Intonat [53] et dextra libratum fulmen ab aure
Misit in aurigam pariterque animaque rotisque
Expulit [54] et saevis compescuit ignibus ignes.
Consternantur equi et, saltu in contraria [55] facto,
Colla iugo eripiunt abruptaque lora relinquunt: 315
Illic frena iacent, illic temone revulsus [56]
Axis, in hac radii fractarum parte rotarum
Sparsaque sunt late laceri vestigia currus.
At Phaethon, rutilos [57] flamma populante capillos,
Volvitur in praeceps longoque per aera [58] tractu 320
Fertur, ut interdum de caelo stella sereno,
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.
Quem procul a patria diverso maximus orbe [59]

---

to) *Júpiter.* — **testatus superos...,** *tomando por testemunha os deuses.* — **omnia interitura (esse)...,** *de que tudo irá perecer por um destino funesto se não for em socorro.*

51. **Arduus,** *alto (elevando-se).* — **summam petit arduus arcem,** *sobe ao mais alto do céu.*

52. **Movet tonitrus,** *acorda, faz ribombar os trovões.* — **vibratus,** *brandido, vibrado.*

53. **Intonare,** *trovejar.* — **libratum...** *brandido à altura do ouvido direito.* — **rotis = curru** (parte pelo todo).

54. **Expellere** *expulsar: tirou-lhe a vida e o carro, pôs termo à sua vida e à carreira.* — **saevus,** *terrível.* — **compescere,** *reprimir, extinguir.*

55. **In contraria,** *em sentido contrário, para trás.* — **abrupta,** (de **abrumpo**), *quebradas, partidas.*

56. **Revulsus,** *arrancado.* — **in hac parte = illic,** *aqui... acolá.* — **late,** *ao longe.* — **lacer, era, erum,** *despedaçado.* — **vestigia,** *restos.*

57. **Rutilos,** *afogueados* (pelo reflexo da chama). — **populari** ou **populare,** *devastar: devorando-lhe a chama os cabelos..., cai de cabeça.*

58. **Aera,** acusat. sing. grego de **aer, aeris.** — **tractus,** *traço, rasto: deixando um longo traço de fogo.* — **stella,** aqui: *estrela cadente.*

59. **Diverso orbe,** *noutro hemisfério, no ocidente.* A Etiópia era a pátria de Faetonte. — **Eridanus,** o *Eridano* (o rio Pó). —

Excipit Eridanus fumantiaque abluit ora.
Naides [60] Hesperiae trifida fumantia flamma 325
Corpora [61] dant tumulo, signant quoque carmine saxum:
«HIC . SITVS . EST . PHAETHON . CVRRVS . AVRIGA . PATERNI
QVEM . SI . NON . TENVIT [62] . MAGNIS . TAMEN . EXCIDIT . AVSIS.»

(*Metamorfoses, lib. II, v. 153-329*)

---

fumantia ora, o *rosto abrasado, fumegante.*

60. **Naides, um,** *Náiadas:* ninfas das fontes e dos rios. — **Hesperia,** *a Hespéria, o Ocidente.* — **trifidus** (de **findere**), *fendido em três, com três pontas.* — **trifida flamma,** o *raio.*

61. **Corpora:** plural poético. — **signare,** *gravar.* — **saxum,** *pedra tumular.* — **carmine,** *epitáfio* (em verso).

62. **Quem si non tenuit,** *se não o soube manter (na devida direcção).* — **excido, is, ere, idi,** *cair de, morrer.* — **magnis ausis,** (abl. absoluto, ou antes complemento de **excidit**): *sucumbiu no entanto numa grande empresa.*

105. TITUS LIVIUS

Vita. — Titus Livius nobili loco natus Patavii anno 59 a.Ch.n. in lucem venit. Pueritia in patria transacta, Romam petivit, ibique usque ad mortem Augusti permansit. Tametsi Augusto utebatur familiariter, publicis nihilominus muneribus nullis perfunctus est. Non tamen exigua illi, dum vixit, parta est laus, velut fidem facit Gaditanus ille, qui ab extremis terris in Urbem est profectus, ut Livium duntaxat videret. Hominem simul ut vidit, ilico in patriam civitatem se recepit. Livius toto vitae tempore studiis vacavit, et in historias scribendas totum se abdidit. Cum, mortuo Augusto, ad extremam iam senectutem pervenisset, in patriam reversus est, ibique diem obiit supremum, anno 17 p.Ch.n., eodem videlicet anno quo Ovidius in exsilio vita functus est.

Opera. — Scripsit Livius *Annales*, qui in codicibus *Historiarum ab Urbe condita libri*, vel brevius *Ab Urbe condita libri* inscribuntur. In his 142 libris res romanas a prioribus temporibus ad bellum germanicum mortemque Drusi est persecutus. Ex tot vero libris 35 tantummodo superstites evasere. Quod autem in *decades* distributi sunt, iam forsan ab ipso Livio repetendum est, qui denos libros in vulgus simul edebat.

Iudicium:

1. *Veracitas:* Duplicem scopum sibi Livius proposuit in historiis exarandis: primum ut perfectius quam ii, qui eum praecesserunt, rebus scribendis daret operam; deinde ut antiquarum rerum memoriam recolendo, aetatis suae malis remedium pro virili parte afferret.

Non tamen acer diligensque fuit veritatis investigator. Nam cum de re dubia agitur, non causas in utramque partem pendit; sed «hos ut sequar» inclinat animus, aut maiorem auctorum numerum sequitur. Pro comperto habetur non documenta praecipua illum usurpasse, cuiusmodi erant foedera, inscriptiones, similia. Sed satius duxit ab *Annalibus* Pontificum aliorumque scriptorum historiis ornate eleganterque transcribere.

Rerum causas sive oeconomicas, sive publicas civitatum ignorat. Causis morum unice prospicit. Quamquam studiose cupit res incorrupta fide narrare, non semel tamen videtur nimia in patriam pietate occaecatus.

2. *Livii scribendi ratio:* Livianum scribendi genus aliud longe est quam Caesaris aut Sallustii, siquidem huius siccitatem et brevitatem, illius vero simplicitatem ut plurimum respuit. Ciceronis namque vestigiis potius insistendum ducebat. Itaque sententiis abundat copiosis iisdemque perquam numerosis. Oratio aequabiliter grandis et magnifica fluit. A Cicerone tamen recedit in extremis sententiis, quas similiter cadentes reicit.

Fictas *orationes* quamplurimas suo operi interiecit: quadringentae aut eo amplius in sola operis parte quae exstat, computantur. Quid si opus integrum servaretur?

In *narrationibus* mira enitescit Livii ars atque facultas. Res tanto colore artificioque illustrat easque ante oculos ponit, ut videantur ab ipso conspici, perinde ac si illis interfuisset. Hinc efficitur ut narrationes iis depingantur coloribus, qui magis fabularum scaenicarum sint proprii, aut cum epico carmine splendore et amplitudine decertare videantur.

106. Horatii et Curiatii

Romani cum Albanis inimicitias gerebant, ac proinde bellum exarsit. Ne tamen multum sanguinis utrimque effunderetur, pactum inierunt ut trigeminis fratribus, qui forte id temporis in utroque erant exercitu, proelio commisso, is populus summum obtineret imperium, qui victoriam reportaret.

Itaque iuvenes, qui patriae caritatem, ut nemo alius, prae se ferebant, alacri et erecto animo ad pugnam concurrunt. Iam, vulneratis primo tribus Curiatiis (qui Albanas partes agebant), duo Horatii (qui pro imperio romano dimicabant) supremum diem obierant, cum Albani, freti

victoria, nimio gaudio paene desipiunt ac suis alacriter plaudunt.

Interim Romani, tamentsi animo fracto esse videbantur, fere desperata victoria, animum tamen illius, qui incolumis evaseret, erigere conantur. Ille autem, qui nihilo segnius proeliandum censuerat, fugam simulat, ut hostes alios ab aliis sevocet. Ubi, ergo, eos seiunctos esse vidit, alium post alium aggreditur, nec prius bellandi finem fecit, quam omnes interemit.

Tum Romani, triumpho acto, laetitia exiliunt, et Horatium, qui unus superstes erat, laudibus ad caelum efferunt. Albani, vero, qui magnum ex illa clade luctum perceperunt, peractis de more iustis, maesti abeunt et Romanis in dicionem sese dedunt.

107. Horácios e Curiácios

Forte in duobus tum exercitibus [1] erant trigemini [2] fratres, nec aetate nec viribus dispares [3]. Horatios Curiatiosque fuisse satis constat; nec ferme [4] res antiqua alia est nobilior. Tamen in re tam clara [5] nominum error [6] manet, utrius populi [7] Horatii, utrius Curiatii fuerint. Auctores utroque trahunt [8]: plures tamen invenio qui Romanos Horatios vocent; hos ut sequar inclinat animus. Cum trigeminis agunt reges ut pro sua quisque patria dimicent ferro: «ibi imperium [9] fore, unde victoria fuerit». Nihil recusatur; tempus et locus convenit [10]. Priusquam dimicarent, foedus ictum [11] inter Romanos et Albanos est his legibus ut, cuiusque populi cives [12] eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace [13] imperitaret.

Foedere icto, trigemini, sicut convenerat, arma capiunt. Cum sui utrosque adhortarentur, «Deos patrios, patriam ac parentes, quidquid civium [14] domi, quidquid in exercitu sit illorum tunc arma, illorum intueri [15] manus», feroces [16] et suopte ingenio [17] et pleni adhortantium vocibus, in medium inter duas acies procedunt. Consederant utrinque [18] pro castris duo exercitus, periculi magis praesentis quam curae expertes [19]; quippe imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortuna positum. Itaque ergo erecti suspensique in minime gratum spectaculum animo intenduntur [20]. Datur signum; infestisque armis [21], velut acies, terni iuvenes, magnorum exercituum animos gerentes, concurrunt: nec his nec illis periculum suum, publicum imperium servitiumque [22] obversatur animo, futuraque ea deinde patriae fortuna quam ipsi fecissent.

Ut, primo statim concursu, increpuere [23] arma micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit; et, neutro [24] inclinata spe, torpebat vox spiritusque [25]. Consertis deinde manibus cum iam non motus tantum corporum agitatioque anceps [26] telorum armorum-

107. 1. **Exercitibus:** o exército *romano* e o exército *albano*. A guerra entre Roma e Alba-Longa deu-se no ano 666 a. C.
2. **Trigemini fratres,** *três irmãos gémeos.*
3. **Nec dispares,** *iguais.*
4. **Ferme,** *talvez, sem dúvida.* — **Res,** *acontecimento.* — **nobilior,** *mais notável, mais conhecido.*
5. **Clara,** *notável, claro.*
6. **Error,** *a incerteza.*
7. **Utrius populi,** *de qual dos dois povos.*
8. **Utroque trahunt,** *dividem-se em duas opiniões.*
9. **Imperium,** *soberania, domínio.*
10. **Convenit,** *vem-se a acordo, acorda-se sobre.*
11. **Fœdus ictum** (icio ou ico), *fez-se um tratado.*
12. **Cuiusque populi cives,** *o povo cujos representantes.*
13. **Cum bona pace,** *sem o oprimir;* outros traduzem por *sem contestação.*
14. **Quidquid civium,** *os cidadãos que.* — **domi,** *na pátria.*
15. **Intueri,** *tinham os olhos postos.*
16. **Feroces,** *altivos, feros.*
17. **Suopte ingenio,** *já por si mesmos.*
18. **Utrimque,** *dum e doutro lado.* — **pro castris,** *diante dos acampamentos.*
19. **Expertes,** *livres.* — **quippe,** *com efeito.* — **agebatur,** *estava em joga.*
20. **Animo intenduntur,** *põem toda a sua atenção.*
21. **Infestis armis,** *com as armas em riste.*
22. **Servitium,** *escravidão.* — **obversatur animo,** *lhes sai do espírito.*
23. **Increpare,** *retenir.* — **micantes,** *manejadas com rapidez, agitadas.*
24. **Neutro,** *nem para um lado nem para o outro.*
25. **Spiritus,** *a respiração.*
26. **Anceps,** *recíproca;* outros traduzem por *sem resultado* e por *incerto.*

que, sed vulnera quoque et sanguis spectaculo essent, duo Romani, super alium alius, vulneratis tribus Albanis, exspirantes corruerunt. Ad quorum casum cum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones iam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimes[27] vicem[28] unius, quem tres Curiatii circumsteterant. Forte is integer[29] fuit, ut universis solus nequaquam par, sic adversus singulos ferox. Ergo, ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam, ita ratus secuturos[30], ut[31] quemque vulnere affectum corpus sineret. Iam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat, cum respiciens videt magnis intervallis sequentes; unum haud procul ab sese abesse. In eum magno impetu rediit; et, dum Albanus exercitus inclamat Curiatios, uti opem[32] ferant fratri, iam Horatius, caeso hoste victor, secundam pugnam petebat[33]. Tunc clamore, qualis esse ex insperato faventium solet[34], Romani adiuvant militem suum, et ille defungi[35] proelio festinat. Prius itaque quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, et alterum Curiatium conficit[36]. Iamque aequato Marte[37] singuli supererant, sed nec spe, nec viribus pares. Alterum intactum ferro corpus et geminata[38] victoria ferocem in certamen tertium dabat: alter fessum vulnere, fessum cursu trahens corpus, victusque fratrum ante se strage[39], victori obici-

27. **Exanimes,** *consternadas*: concorda com *legiones*.
28. **Vicem unius,** *com a sorte do único romano.*
29. **Integer,** *intacto.*
30. **Ita ratus secuturos,** *calculando que eles o haviam de perseguir.*
31. **Ut,** *na medida em que.*
32. **Uti opem ferat,** *para que vá em auxílio.*
33. **Petebat,** *acometia.*
34. **Qualis esse... solet,** *qual costuma ser (o grito) dos que aclamam perante um sucesso inesperado.*
35. **Defungi prœlio,** *terminar o combate.*
36. **Conficit,** *liquida, mata.*
37. **Aequato Marte,** *igualado o combate.*
38. **Geminata victoria,** *com dupla vitória.*
39. **Victus... ante se strage,** *vencido de antemão à vista dos seus irmãos abatidos ante os seus olhos.*

tur[40] hosti: nec illud proelium fuit. Romanus exsultans, *Duos,* inquit, *fratrum Manibus*[41] *dedi: tertium, causae belli huiusce, ut Romanus Albano imperet, dabo.* Male sustinenti arma gladium superne iugulo defigit[42]: iacentem spoliat. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope metum[43] res fuerat. Ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis vertuntur, quippe imperio alteri aucti, alteri ditionis alienae facti. Sepulcra exstant quo quisque loco cecidit: duo Romana uno loco, propius Albam; tria Albana Romam versus, sed distantia locis, ut et pugnatum est.

(Ab Urbe condita, XXIV et XXV)

108. Furculae Caudinae

Cum ortum esset bellum Samnites inter et Campanos, Capua Romanorum fidem obsecravit, qui auxilio venerunt. Insidiis, autem, inopinato capti Romani, cum intra duos altissimos montes circumclusi essent (qui locus Furculae Caudinae appellabatur), neque opera munitionis aggredi iam possent, legatos ad Samnites mittunt aequam pacem rogaturos. Legatis romanis pacem petentibus, Herennius Pontius significat quibus condicionibus foedus sit feriendum. Renuntiata legatione, maxima fuit omnium maestitia et silentium diuturnum. Tum vero Lentulus: «Dimicare, inquit, si fieri posset, et mori, si liceret, equidem vellem; sed caritas patriae, cuius una spes sumus, exigit ut tantam subeamus ignominiam».

Missi, ergo, sunt sub iugum Romani: obsides traduntur, consules suis spoliati insignibus, legiones ac milites, paludamentis detractis, sub iugum traducuntur. Ubi primum egressi sunt, tantum luctum perceperunt, ut circa viam pernoctarent. Capuae benignissime sunt excepti; sed, ob pudorem, oculos in terram deiciunt, neque eos alloqui audent, qui solatium afferre cupiunt.

40 **Obicitur,** *apresenta-se.*
41. **Manes,** *os manes*: almas dos mortos.
42. **Gladium... defigit,** *vibra a espada do alto e crava-lha na garganta.*
43. **Prope metum,** *perto da catástrofe.*

109. As Forcas Caudinas

a) *Os Romanos caem numa emboscada*

Sequitur hunc annum [1] nobilis [2] clade Romana Caudina pax, T. Veturio Calvino, Sp. Postumio consulibus. Samnites eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt, patre longe prudentissimo [3] natum, primum [4] ipsum bellatorem ducemque. Is, ubi legati, qui ad dedendas res [5] missi erant, infecta pace [6] redierunt, exercitu educto [7], circa Caudium castra quam potest occultissime locat: inde ad Calatiam, ubi iam consules Romanos castraque esse audiebat, milites decem pastorum habitu [8] mittit, pecoraque diversos, alium alibi [9] haud procul Romanis pascere iubet praesidiis [10]; ubi inciderint [11] in praedatores, ut idem omnibus sermo constet [12]: «legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus copiis circumsedere, nec procul abesse quin [13] vi capiant». Iam is rumor et ante de industria [14] vulgatus venerat ad Romanos, sed fidem auxere captivi, eo maxime quod sermo inter omnes congruebat. Haud erat dubium quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus sociis, simul ne Apulia omnis ad praesentem terrorem deficeret; ea modo, qua irent, consultatio fuit.

109. 1. **Hunc annum:** o ano 322 a. C. (432 a. U. C.).
2. **Nobilis,** *célebre, famosa.* — **clades,** *derrota.*
3. **Longe prudentissimo,** *um dos mais avisados.*
4. **Primum,** *de primeira ordem.*
5. **Ad dedendas res,** *para dar satisfação* aos Romanos.
6. **Infecta pace,** *sem terem feito a paz.*
7. **Exercitu educto,** *tendo retirado o exército do acampamento, tendo dado ordem de marcha.*
8. **Pastorum habitu,** *disfarçados em pastores.*
9. **Alium alibi,** *uns num sítio, outros noutro.* — **diversos,** *repartidos por diversos lugares.*
10. **Praesidiis,** *postos avançados, linhas.*
11. **Incidere,** *cair nas mãos.* — **praedatores,** *saqueadores:* eram os soldados que saíam em busca de mantimentos.
12. **Ut idem... constet,** *que todos sejam concordes em afirmar o mesmo.*
13. **Nec procul abesse quin,** *e que pouco faltava para.*
14. **De industria,** *de propósito.*

Duae ad Luceriam ferebant viae: altera praeter oram [15] Superi Maris, patens apertaque, sed, quanto tutior, tanto fere longior; altera per Furculas Caudinas, brevior; sed ita [16] natus locus est: saltus [17] duo alti, angusti silvosique sunt, montibus [18] circa perpetuis inter se iuncti. Iacet inter eos satis patens clausus in medio campus, herbidus aquosusque [19], per quem medium iter est; sed, antequam venias ad eum, intrandae primae angustiae sunt, et aut eadem qua te insinuaveris retro via repetenda aut, si ire porro pergas [20], per alium saltum artiorem impeditioremque evadendum.

In eum campum via alia [21] per cavam rupem [22] Romani demisso agmine [23] cum ad alias angustias protinus pergerent [24], saeptas deiectu arborum saxorumque ingentium obiacente mole [25] invenere. Cum fraus hostilis apparuisset, praesidium etiam in summo saltu conspicitur. Citati inde retro [26] qua venerant pergunt repetere [27] viam: eam quoque clausum sua [28] obice armisque inveniunt. Sistunt inde gradum [29] sine ullius imperio [30], stuporque omnium animos ac velut torpor quidam insolitus membra tenet, intuentesque alii alios, cum alterum quisque compotem [31] magis mentis ac consilii ducerent,

15. **Praeter oram,** *ao longo da costa.* — **mare superum,** *mar superior:* Adriático.
16. **Ita natus locus est,** *a configuração do lugar é a seguinte.*
17. **Saltus,** *desfiladeiro.*
18. **Montibus perpetuis,** com *serras.* — **circa,** *à volta.*
19. **Aquosus,** *húmido.*
20. **Si ire porro pergas,** *se se quiser prosseguir para a frente.*
21. **Via alia** (por *altera*), *pelo outro caminho:* o primeiro desfiladeiro.
22. **Per cavam rupem,** *aberto na rocha.*
23. **Demisso agmine,** *tendo feito penetrar o exército.*
24. **Cum pergerent,** *como se dirigissem sem parar.*
25. **Obiacente mole,** *obstáculo enorme.*
26. **Citati retro,** *numa rápida contramarcha.*
27. **Repetere,** *retomar, alcançar de novo.*
28. **Sua obice,** *pelos seus obstáculos naturais.*
29. **Sistunt gradum,** *suspendem a marcha.*
30. **Sine ullius imperio,** *sem ninguém lhes mandar.*
31. **Compotem... consilii,** *com maior presença de espírito e iniciativa.*

diu immobiles silent; deinde, ubi praetoria [32] consulum erigi videre et expedire quosdam utilia operi [33], quanquam ludibrio fore munientes [34] perditis rebus ac spe omni adempta cernebant, tamen, ne culpam malis adderent, pro se quisque, nec hortante ullo nec imperante, ad muniendum versi castra propter [35] aquam vallo circumdant, sua ipsi opera laboremque irritum [36], praeterquam quod hostes superbe increpabant, cum miserabili confessione eludentes [37]. Ad consules maestos, ne advocantes [38] quidem in consilium, quando nec consilium, nec auxilio locus esset, sua sponte legati ac tribuni conveniunt, militesque ad praetorium versi opem quam vix di immortales ferre poterant ab ducibus exposcunt.

Querentes magis quam consultantes nox oppressit, cum pro ingenio [39] quisque fremerent, alius: «Per obices viarum [40]», alius: «Per adversa montium, per silvas, qua ferri arma poterunt, eamus; modo ad hostem pervenire liceat quem per annos iam prope triginta vincimus: omnia aequa et plana erunt Romano in perfidum [41] Samnitem pugnanti»; alius: «Quo aut qua eamus? Num montes moliri [42] sede sua paramus? Dum haec imminebunt iuga, qua tu ad hostem venies? Armati, inermes, fortes, ignavi, pariter omnes capti atque victi sumus. Ne ferrum [43] quidem ad bene [44] moriendum oblaturus

---

32. **Praetorium,** *tenda do general* que geralmente era pretor.
33. **Operi,** *para os trabalhos de fortificação.*
34. **Munientes,** o *estarem eles a fortificar-se.*
35. **Propter,** *junto de.*
36. **Irritum,** *inútil.*
37. **Miserabili confessione eludentes,** *tornando-se objecto de riso e confessando dolorosamente* (que o seu trabalho era inútil).
38. **Ne advocantes... in consilium,** *que nem sequer se tinham lembrado de reunir conselho.*
39. **Pro ingenio,** *segundo o seu modo de ver.*
40. **Per obices viarum,** *através dos obstáculos dos desfiladeiros.*
41. **Perfidum,** porque tinha rompido o tratado de paz no ano 328
42. **Moliri sede,** *deslocar-se do sítio onde estão.*
43. **Ferrum offerre,** *oferecer a espada, proporcionar ocasião de combate.*
44. **Bene,** *com honra.*

est hostis; sedens bellum conficiet». His invicem sermonibus qua cibi, qua [45] quietis immemor nox traducta est. *(Ab Urbe condita, lib. IX)*

110. b) *Os Romanos forçados pela necessidade, resolvem-se a aceitar as humilhantes condições de paz*

Haec [1] cum legatio renuntiaretur, tantus gemitus omnium subito exortus est tantaque maestitia incessit ut non gravius accepturi viderentur, si nuntiaretur omnibus eo loco mortem oppetendam esse [2]. Cum diu silentium fuisset nec consules aut pro foedere tam turpi aut contra foedus tam necessarium hiscere [3] possent, tum L. Lentulus, qui princeps legatorum virtute atque honoribus erat: «Patrem meum, inquit, consules, saepe audivi memorantem se in Capitolio unum [4] non fuisse auctorem senatui redimendae auro a Gallis civitatis, quando [5] nec fossa valloque [6] ab ignavissimo [7] ad opera ac muniendum hoste clausi essent et erumpere, si non sine magno periculo, tamen sine certa pernicie possent. Quod sit, ut [8] illis decurrere ex Capitolio armatis in hostem licuit (quo saepe modo obsessi in obsidentes eruperunt), ita nobis aequo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset, non mihi paterni animi indoles [9] in consilio dando deesset. Equidem mortem pro patria praeclaram esse fateor, et me devovere [10] pro po-

---

45. **Qua... qua,** *já... já, não só... mas também.*

110. *b)* 1. **Hæc... renuntiaretur,** *ao ser-lhes comunicada pelos embaixadores esta mensagem:* que deviam ser passados sob o jugo.
2. **Omnibus... oppetendam esse,** *que deviam morrer todos nesse lugar.*
3. **Hiscere,** *abrir a boca, pronunciar-se.*
4. **Unum non... redimendæ,** *fora o único a não aconselhar o senado a resgatar.*
5. **Quando,** *uma vez que.*
6. **Fossa valloque,** *fosso e paliçada.*
7. **Ignavissimo... muniendum,** *sumamente negligente no trabalho de fortificações.*
8. **Ut illis,** *assim como a eles:* aos antepassados cercados pelos Gauleses no Capitólio (390 a. C.).
9. Aconselhando a resistência aos Samnitas, como seu pai aconselhara os senadores a resistir aos Gauleses
10 **Devovere,** *ofereceu-se espontâneamente ao sacrifício.*

pulo Romano legionibusque vel in medios immittere hostes paratus sum; sed hic patriam video, hic quidquid Romanarum legionum est; quae nisi pro se ipsis [11] ad mortem ruere volunt, quid habent quod morte sua servent? Tecta urbis, dicat aliquis [12], et moenia et eam turbam a qua urbs incolitur. Immo hercule, produntur ea omnia, deleto hoc exercitu, non servantur. Quis enim ea tuebitur? Imbellis videlicet atque inermis multitudo? Tam, hercule, quam a Gallorum impetu defendit. An a Veiis exercitum Camillumque [13] ducem implorabunt? Hic omnes spes opesque sunt: quas servando patriam servamus; dedendo, ad necem patriam deserimus ac prodimus. At foeda atque ignominiosa deditio est. Sed ea caritas [14] patriae est, ut tam ignominia eam quam morte nostra, si opus sit, servemus. Subeatur ergo ista, quantacumque est[15], indignitas, et pareatur necessitati[16], quam ne Di quidem superant. Ite, consules, redimite armis [17] civitatem quam auro maiores vestri redemerunt». *(Ab Urbe condita, lib. IX).*

111. c) *O exército Romano passa sob o jugo*

Haec frementibus ora fatalis ignominiae advenit, omnia [1] tristiora experiundo factura quam quae praeceperant animis. Iam primum cum singulis vestimentis [2] inermes extra vallum exire iussi, et primi traditi obsides

11. **Pro se ipsis,** *em seu próprio interesse, para sua honra.*
12. **Dicat aliquis,** *dirá alguém.*
13. **Camillus,** *Camilo*: herói romano, cinco vezes ditador, conquistador de *Veios*, cidade da Etrúria. Quando os Romanos se viram cercados pelos Gauleses no Capitólio, chamaram-no do exílio e nomearam-no ditador. Camilo reuniu em Veios um exército e libertou Roma, derrotando os Gauleses.
14. **Caritas patriæ,** o *amor da pátria.*
15. **Quantacumque est,** *por maior que seja.*
16. **Necessitati,** *à fatalidade.*
17. **Armis,** *com as armas* (entregando-as ao inimigo).

111. 1. **Omnia... animis,** *que havia de tornar, na realidade* **(experiundo),** *tudo muito mais vergonhoso do que aquilo que eles tinham imaginado.*
2. **Cum singulis vestimentis,** *com um simples vestido* (*cada um*).

atque in custodiam abducti. Tum a consulibus abire lictores iussi paludamentaque detracta; id tantam inter ipsos qui paulo ante eos exsecrantes dedendos lacerandosque censuerant miserationem fecit, ut suae quisque conditionis oblitus ab illa deformatione tantae maiestatis, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos. Primi consules prope seminudi sub iugum missi [3]; tum, ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiae obiectus; tum deinceps singulae legiones. Circumstabant armati hostes, exprobrantes eludentesque; gladii etiam plerisque intentati, et vulnerati quidam necatique, si vultus eorum indignitate rerum acrior [4] victorem offendisset. Ita traducti sub iugum (et, quod paene gravius erat, per hostium oculos), cum ex saltu evasissent, etsi velut ab inferis extracti tum primum lucem adspicere visi sunt, tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit. Itaque, cum ante noctem Capuam pervenire possent, incerti de fide sociorum et quod pudor [5] praepediebat, circa viam haud procul Capua omnium egena corpora humi prostraverunt.

Quod ubi est Capuam nuntiatum, evicit miseratio iusta sociorum superbiam ingenitam Campanis. Confestim insignia sua consulibus, fasces lictoribus, arma, equos, vestimenta, commeatus militibus benigne [6] mittunt; et venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressus iustis [7] omnibus hospitalibus privatisque [8] et publicis fungitur officiis. Neque illis sociorum comitas vultusque benigni et alloquia non modo

3. **Sub iugum missi,** *foram passados sob o jugo*; o jugo militar era formado por duas lanças verticais ligadas, nas extremidades superiores, por outra horizontal. — **Ut... proximus erat,** *segundo cada qual lhes ficava mais próximo em dignidade, por ordem descendente de dignidade.*
4. **Vultus indignitate rerum acrior,** *a sua fisionomia exasperada pela indignidade do trato.*
5. **Pudor præpediebat,** *a vergonha os impedia.*
6. **Benigne,** *em abundância.*
7. **Iustis omnibus hospitalibus,** *com tudo o que é devido à hospitalidade.*
8. **Privatis,** *particulares,* i. é, como amigos. — **publicis,** *oficiais,* i, é, como aliados.

sermonem elicere, sed ne ut oculos quidem attollerent aut consolantes amicos contra intuerentur efficere poterant; adeo super maerorem pudor quidam fugere colloquia et coetus hominûm cogebat!...

Iam Romae etiam sua infamis clades erat [9]. Obsessos primum audierunt; tristior deinde ignominiosae pacis magis [10] quam periculi nuntius fuit. Ad famam obsidionis dilectus haberi coeptus erat; dimissus deinde auxiliorum [11] apparatus, postquam deditionem tam foede factam acceperunt; extemploque sine ulla publica auctoritate [12] consensum [13] in omnem formam luctus est sua sponte coeptum prius quam indictum; lati clavi [16], annuli aurei [17] positi; paene maestior exercitu ipso civitas esse, nec ducibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis irasci, sed innoxios etiam milites odisse et negare urbe tectisve accipiendos. Quam concitationem animorum fregit adventus exercitus, etiam iratis [18] miserabilis; non enim tanquam in patriam revertentes ex insperato incolumes, sed captorum habitu vultuque ingressi sero in urbem ita se in suis quique tectis abdiderunt, ut postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum [19] adspicere vellet.

(*Ab Urbe Condita, lib. IX*)

---

9. **Iam... clades erat,** *já Roma conhecia também a sinistra notícia do desastre.*
10. **Tristior magis,** *mais triste*: pleonasmo.
11. **Auxiliorum,** *tropas de socorro.* — **dimissus apparatus,** *foram suspensos os preparativos (de socorro), i. é, desistiu-se do recrutamento.*
12. **Publica auctoritate,** *ordem oficial (vinda do governo).*
13. **Consensum... luctus est,** *todos foram unânimes em manifestar por todas as formas o seu luto.*
14. **Tabernæ,** *casas de comércio.*
15. **Iustitium,** *suspensão da justiça.*
16. **Lati clavi,** *laticlavos*: faixa larga de púrpura, insígnia dos senadores.
17. **Annuli aurei,** *os anéis de oiro*: distintivo dos cavaleiros.
18. **Iratis,** *aos que estavam irritados.*
19. **Publicum,** *qualquer lugar público.*

112. SENECA

Vita. — Lucius Annaeus Seneca Cordubae in Hispania circa tertium a.Ch.n. annum ortus est. Puerulus Romam cum fratribus petivit, ibique in domesticis parietibus patrem magistrum optimum habuit, quem mox copia atque eruditione superavit. Forum ad quod non mediocriter propensus erat, deserere coactus est ob infirmam valetudinem, sed praecipue ob invidiam Caligulae. Hic enim princeps, cum Seneca luculentam in senatu orationem habuisset, tanta invidia tantoque livore tabuit, ut eum interficere cogitaverit. Qua de causa philosophiae totis se viribus applicuit et Neronem ab Agrippina sibi commissum educandum suscepit. Cuius quidem ferocem animum aliquantulum mitigavit. Cum vero princeps matrem necare iussisset et ad deteriores in dies inclinaret, Senecae auctoritas infracta magis magisque, est. In secessum itaque abiit et umbratilem vitam ducere coepit, donec Neronis iussu vitam veneno compescere coactus est anno 65 p.Ch.n; nec tamen mortem, uti historicum decebat philosophum, non strenue oppetiit.

Opera. — Praeter tragoedias quamplurimas, scripsit Seneca *Dialogorum libros XII,* qui sunt de ira, de consolatione, de tranquillitate animi, etc. De scripto disseruit etiam *De Beneficiis* (libri VII) et *Epistularum Moralium ad Lucilium libros XX* evulgavit.

Iudicium. — Severam Stoicorum doctrinam insectans, eam in suis scriptis vulgandam curavit, nec tamen non ingenio proprio pollet.

In praeceptis tradendis, quamquam ratiocinationes minime neglegit, exemplis potissimum utitur.

Quae autem de virtute excolenda praecipit, tantae sunt perfectionis, ut ad christianam doctrinam haud raro quam proxime accedant.

Eius porro scribendi genus, cum a Cicerone longissime absit, perspicuum tamen est, ad nostrae aetatis

scribendi rationem magis accommodatum, neque elegantiae omnino expers.

113. Modo de dar

Molestum [1] verbum est, onerosum, demisso vultu [2] dicendum, *rogo*. Huius facienda est gratia [3] amico et quemcumque amicum sis promerendo facturus [4]: properet licet [5], sero beneficium dedit, qui roganti dedit. Ideo divinanda cuiusque voluntas et, cum intellecta est, necessitate gravissima rogandi liberanda est; illud beneficium iucundum victurumque [6] in animo scias, quod obviam venit [7]. Si non contigit praevenire, plura rogantis verba intercidamus, ne rogati videamur, sed certiores facti; statim promittamus, facturosque nos etiam antequam interpellemur, ipsa festinatione approbemus. Quemadmodum in aegris opportunitas cibi [8] salutaris est et aqua tempestive data remedii locum obtinuit [9], ita, quamvis leve et vulgare beneficium sit, si praesto fuit [10], si proximam quamque [11] horam non perdidit, multum sibi adicit gratiamque pretiosi sed lenti et diu cogitati [12] muneris vincit. Qui tam parate facit, non est dubium quin libenter faciat; itaque laetus facit et induit [13] sibi animi sui vultum.

1. 113. **Molestum,** *que custa.* — **onerosum,** *pesado.*
2. **Demisso vultu,** *com os olhos baixos, humildemente.*
3. **Huius facienda gratia amico,** *deve-se poupar isto a um amigo*
4. **Quemcumque amicum sis facturus,** *a todo aquele que queremos fazer nosso amigo.* — **promerendo,** *pelos nossos benefícios.*
5. **Properet licet,** *por mais pronto que seja.*
6. **Victurum,** *destinado a viver.* — **in animo,** *no coração.*
7. **Obviam venit,** *que vai ao encontro, que se antecipa.*
8. **Opportunitas cibi,** *o alimento dado a tempo.*
9. **Locum obtinuit,** *costuma fazer as vezes de.*
10. **Si praesto fuit,** *se se faz imediatamente.*
11. **Si proximam quamque ...non perdidit,** *se não há a mais pequena perda de tempo.*
12. **Diu cogitati,** *depois de demasiada reflexão.*
13. **Induit vultum,** *exterioriza.* — **animi sui,** *o que lhe vai na alma.*

Ingentia quorumdam beneficia silentium aut loquendi tarditas [14] imitata gravitatem et tristitiam corrupit, cum promitterent vultu negantium: quanto melius adicere bona verba rebus bonis et praedicatione [15] humana benignaque commendare quae praestes! Ut ille [16] se castiget, quod tardior in rogando fuit, adicias licet familiarem querelam: «Irascor tibi, quod, cum aliquid desiderasses, non olim scire me voluisti, quod tam diligenter rogasti, quod quemquam [17] adhibuisti. Ego vero gratulor mihi, quod experiri animum meum tibi libuit; postea quidquid desiderabis, tuo iure [18] exiges; semel rusticitati tuae ignoscitur». Sic efficies, ut animum tuum pluris aestimet quam illud, quidquid est, ad quod petendum venerat. Tunc est summa virtus tribuentis, tunc benignitas, ubi ille, qui discessit, dicit sibi: «Magnum hodie lucrum feci: malo quod illum talem inveni, quam si multiplicatum hoc ad me alia via pervenisset; huic eius animo [19] nunquam parem gratiam referam».

(*De Beneficiis*, II, 2)

114. César e o soldado veterano

Causam dicebat [1] apud divum Iulium ex veteranis quidam paulo violentior [2] adversus vicinos suos, et causa premebatur [3]. «Meministi», inquit, «imperator [4], in Hispania talum extorsisse [5] te circa Sucronem?» Cum Cae-

14. **Loquendi tarditas imitata gravitatem,** *a lentidão das palavras a dar a impressão de mau humor.*
15. **Praedicatione humana,** *por palavras delicadas.*
16. **Ille:** *a pessoa beneficiada.*
17. **Quemquam,** *intermediário.*
18. **Tuo iure,** *como se te fosse devido.*
19. **Huic eius animo,** *a tais sentimentos.*

114\. 1. **Causam dicere,** *defender-se.*—**apud divum julium,** *no tribunal do divino Júlio (César).*
2. **Paulo violentior,** *que tinha sido um pouco violento de mais.*
3. **Causa premebatur,** *estava a ficar mal parado.*
4. **Imperator,** *meu general.*
5. **Talum extorsisse,** *de um entorce no pé.*

sar meminisse se dixisset. «Meministi quidem», inquit, «sub quadam arbore minimum umbrae [6] spargente cum velles residere [7] ferventissimo sole et esset asperrimus locus, in quo ex rupibus acutis unica illa arbor eruperat, quemdam ex commilitonibus [8] paenulam suam substravisse?» Cum dixisset Caesar: «Quidni [9] meminerim? et quidem siti confectus, quia pedibus ire ad fontem proximum non poteram, repere manibus volebam, nisi commilito, homo fortis ac strenuus, aquam mihi in galea sua attulisset».—«Potes ergo», inquit, «imperator, agnoscere illum hominem aut illam galeam?» Caesar ait se non posse galeam cognoscere, hominem pulchre [10] posse, et adiecit, puto obiratus [11], quod se a cognitione media [12] ad veterem fabulam [13] abduceret: «Tu utique ille non es». — «Merito [14]», inquit, «Caesar, me non agnoscis; nam cum hoc factum est, integer [15] eram: postea ad Mundam in acie oculus mihi effossus est et in capite lecta ossa [16]. Nec galeam illam, si videris, agnosces; machaera [17] enim Hispana divisa est». Vetuit illi exhiberi negotium [18] Caesar et agellos, in quibus vicinalis [19] via causa rixae ac litium fuerat, militi suo donavit.

(De Beneficiis, V, 24)

6. **Minimum umbrae spargente,** *que não dava quase sombra nenhuma.*
7. **Residere,** *repousar.*
8. **Commilito,** *camarada de armas* — **substerno,** *estender por baixo.*
9. **Quidni meminerim?** *se me lembro! como posso não me lembrar?*
10. **Pulchre,** *muito bem.*
11. **Puto obiratus,** *um pouco zangado* (descontente)—*penso eu.*
12. **A cognitione media,** *no meio do inquérito.*
13. **Ad veterem fabulam,** *para uma velha história.* — **abducere,** *desviar, distrair.*
14. **Merito me non agnoscis,** *é natural que não me conheças.*
15. **Integer eram,** *o meu corpo estava intacto.*
16. **Lecta ossa,** *fizeram-me uma trepanação.*
17. **Machaera,** *alfanje.*
18. **Exhiberi negotium,** *que* (*lhe*) *criassem dificuldades* (ao soldado).
19. **Vicinalis via,** *a vizinhança do caminho.*

115. Escrúpulos dum Pitagórico

Pythagoricus quidam emerat a sutore phaecasia [1], rem magnam [2], non praesentibus [3] nummis. Post aliquot dies venit ad tabernam redditurus et, cum clausam diu pulsaret, fuit qui diceret: «Quid perdis operam [5]? sutor ille quem quaeris elatus [6], combustus est; quod [7] nobis fortasse molestum est, qui in aeternum nostros amittimus, tibi minime, qui scis futurum ut renascatur [8]», iocatus in Pythagoricum. At philosophus noster tres aut quatuor denarios non invita manu [9] domum retulit subinde concutiens [10]; deinde, cum reprehendisset hanc suam non reddendi tacitam voluptatem, intelligens arrisisse illud lucellum [11] sibi, rediit ad eamdem tabernam et ait: «Ille tibi [12] vivit; redde quod debes». Deinde per claustrum, qua se commissura laxaverat [13], quatuor denarios in tabernam inseruit ac misit, poenas a se exigens improbae cupiditatis, ne alieno assuesceret.

(De Beneficiis, VII, 21)

116. Como se deve ler

Ex iis quae mihi scribis et ex iis quae audio, bonam spem de te concipio. Non discurris nec locorum muta-

115. 1. **Phaecasia,** *sapatos brancos à grega.*
2. **Rem magnam,** *bom negócio.*
3. **Non praesentibus nummis,** *sem poder pagar logo.*
4. **Redditurus,** *para pagar a sua dívida.*
5. **Quid perdis operam?** *para que estás a perder o teu tempo?*
6. **Elatus,** *morreu* (lit.: *foi levado a enterrar*).
7. **Quod nobis,** *isso para nós.*
3. **Renascatur:** os Pitagóricos criam na metempsicose.
9. **Non invita manu,** *bem contente da vida.*
10. **Subinde concutiens,** *fazendo-os tilintar de tempos a tempos na sua mão.*
11. **Arrisisse lucellum sibi,** *que lhe agradara aquele lucro mesquinho.*
12. **Tibi,** *para ti*: está monologando.
13. **Qua se commissura laxaverat,** *onde as tábuas estavam mal juntas.*

tionibus inquietaris. Aegri animi ista iactatio est [1]. Primum argumentum compositae mentis [2] existimo posse consistere [3] et secum morari.

Illud autem vide, ne ista lectio auctorum multorum et omnis generis voluminum habeat aliquid vagum et instabile: certis ingeniis [4] immorari et innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est, qui ubique est. Vitam in peregrinatione [5] exigentibus hoc evenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias: idem accidat necesse est iis, qui nullius se ingenio [6] familiariter applicant, sed omnia cursim et properantes transmittunt. Non prodest cibus nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur; nihil aeque sanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio; non venit vulnus ad cicatricem, in quo medicamenta tentantur; non convalescit planta, quae saepe transfertur: nihil tam utile est, ut in transitu prosit [7]. Distringit [8] librorum multitudo; itaque cum legere non possis quantum habueris, satis est habere quantum legas. «Sed modo», inquis, «hunc librum evolvere [9] volo, modo illum». Fastidientis [10] stomachi est multa degustare: quae ubi varia sunt et diversa, inquinant [11], non alunt. Probatos [12] itaque semper lege, et si quando ad alios diverti libuerit, ad priores redi. Aliquid cotidie adversus paupertatem, aliquid adversus mortem auxilii compara, nec minus adversus ceteras pestes; et cum multa percurreris, unum [13] excerpe, quod illo die concoquas. Hoc ipse quoque facio: ex pluribus quae legi aliquid apprehendo. Hodiernum hoc est, quod apud Epicurum nactus sum (soleo enim et in aliena castra [14] transire, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator): «Honesta», inquit, «res est laeta paupertas». Illa vero non est paupertas, si laeta est: cui cum paupertate bene convenit [15], dives est; non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quantum pascat aut foeneret, si alieno imminet [16], si non acquisita, sed acquirenda computat? Quis sit divitiarum modus quaeris? Primus, habere quod necesse est; proximus, quod sat est. Vale.

(Cartas a Lucílio, 2)

116. 1. **Iactatio,** *instabilidade.*
2. **Compositae mentis,** *dum espírito equilibrado.*
3. **Posse consistere,** *saber fixar-se.*
4. **Certis ingeniis,** *em determinados autores.*
5. **Vitam... exigentibus,** *aos que passam a vida a viajar.*
6. **Ingenio,** *autor.*
7. **Ut in transitu prosit,** *que aproveite só com passar.*
8. **Distringit,** *cansa.*
9. **Evolvere,** *folhear.*
10. **Fastidientis,** *cansado, gasto.*
11. **Inquinant,** *fazem mal, causam dano.*
12. **Probatos,** *de autoridade comprovada.*
13. **Unum,** *um pensamento.*— **concoquere,** *digerir.*
14. **In aliena castra,** *para os acampamentos alheios*: Epicuro é inimigo para um estóico.
15. **Convenit,** *se entende* (com a pobreza).
16. **Si alieno imminet,** *se cobiça o alheio.*

117. Como proceder com os ingratos

«Perdidi beneficium [1]». Numquid quae consecravimus, perdidisse nos dicimus? inter consecrata beneficium est, etiamsi male respondit, bene collatum [2]. Non est ille [3] qualem speravimus? simus nos, quales fuimus, ei dissimiles. Damnum non tunc factum est, cum apparuit. Ingratus non sine nostro pudore protrahitur [4], quoniam quidem querela amissi beneficii non bene dati signum est. Quantum possumus, causam eius apud nos agamus: «Fortasse non potuit, fortasse ignoravit, fortasse facturus est». Quaedam nomina [5] bona lentus et sapiens creditor fecit, qui sustinuit ac mora fovit. Idem nobis faciendum est: nutriamus [6] fidem languidam.

«Perdidi beneficium». Stulte, non nosti detrimenti

117. 1. É o benfeitor quem se queixa.
2. **Bene collatum,** *foi bem empregado.*
3. **Ille:** o beneficiado.
4. **Protrahitur,** *denuncia-se, revela-se.*
5. **Nomina,** *créditos.*
6. **Nutriamus... languidam,** *fortifiquemos um sentimento de honra que esmorece.*

tui tempora[7]: perdidisti, sed cum dares; nunc palam factum est[8]. Etiam in iis, quae videntur in perdito[9], moderatio plurimum profuit: ut corporum, ita animorum molliter vitia tractanda sunt. Saepe quod explicari[10] pertinacia potuit, violentia trahentis[11] abruptum est. Quid opus est maledictis? quid querelis? quid insectatione[12]? quare illum liberas[13]? quare dimittis? si ingratus est, iam nihil debet. Quae ratio est exacerbare eum, in quem magna contuleris[14], ut ex amico dubio fiat non dubius inimicus et patrocinium sibi nostra infamia quaerat nec desit qui dicat: «Nescio quid est, quod eum, cui tantum debuit, ferre non potuit: subest aliquid[15]?» Nemo non[16] superioris dignitatem querendo, etiamsi non inquinavit, adspersit; nec quisquam fingere contentus est levia, cum magnitudine mendacii fidem quaerat[17].

(De beneficiis, VII, 21.)

118. Os jogos de gladiadores

Quid tibi vitandum praecipue existimes, quaeris: turbam[1]; nondum illi tuto committeris[2]. Ego certe confitebor imbecillitatem[3] meam: nunquam mores, quos extuli, refero[4]. Aliquid ex eo, quod composui[5], tur-

7. **Tempora,** *data.*
8. **Nunc palam factum est,** *agora simplesmente o verificas.*
9. **In perdito,** *perdidas, desesperadas.*
10. **Explicari,** *desenredar.* — **pertinacia,** *paciência.*
11. **Violentia trahentis,** *pela violência do que o puxa.*
12. **Insectatio,** *ataque, perseguição.*
13. **Liberas:** *fazendo com que ele já não se sinta devedor.*
14. **In quem magna contuleris,** *a quem fizeste grandes favores.*
15. **Subest aliquid,** *ali há coisa.*
16. **Nemo non,** *todos.*
17. **Fidem quaerere,** *procurar que o acreditem.*
118. 1. **Turbam,** *a multidão.*
2. **Nondum ... committeris,** *não estás ainda capaz de te entregar a ela sem perigo.*
3. **Imbecillitatem,** *fraqueza.*
4. **Nunquam... refero,** *nunca regresso a casa com o mesmo carácter com que saí.*
5. **Ex eo quod composui,** *(alguma coisa) do meu equilíbrio.*

batur; aliquid ex his, quae fugavi, redit. Quod aegris evenit, quos longa imbecillitas usque[6] eo affecit, ut nusquam sine offensa proferantur[7], hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur[8]. Inimica est multorum conversatio[9]: nemo non aliquod nobis vitium aut commendat aut imprimit aut nescientibus allinit. Utique quo maior est populus, cui miscemur, hoc periculi plus est. Nihil vero tam damnosum bonis moribus quam in aliquo spectaculo desidere[10]; tunc enim per voluptatem facilius vitia subrepunt. Quid me existimas dicere? avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, immo vero crudelior et inhumanior, quia inter homines fui. Casu[11] in meridianum[12] spectaculum incidi, lusus exspectans et sales[13] et aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant: contra est[14]. Quidquid ante pugnatum est[15], misericordia fuit: nunc, omissis nugis[16], mera homicidia sunt. Nihil habent quo tegantur; ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis[17] paribus et postulaticiis praeferunt. Quidni praeferant[18]? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo muni-

6. **Usque eo ut,** *a pontos de.*
7. **Ut nusquam ... proferantur,** *não poderem dar um passo a parte alguma sem acidente.*
8. **Quorum animi reficiuntur,** *cuja alma convalesce.*
9. **Conversatio,** *trato, convívio.*
10. **Desidere,** *demorar-se.*
11. **Casu,** *por acaso.*
12. **In meridianum spectaculum incidi,** *fui assistir a um espectáculo do meio dia:* ao meio dia, enquanto muitos espectadores iam comer, obrigavam alguns criminosos a lutar sem armas defensivas, para divertir os espectadores que permaneciam no circo.
13. **Sales,** *troanices.* — **aliquid laxamenti,** *algum divertimento.*
14. **Contra est,** *é o contrário.*
15. **Ante pagnatum est:** os combates da manhã.
16. **Omissis nugis,** *acabou-se a brincadeira.*
17. **Ordinarii:** *gladiadores profissionais ordinários.* — **postulaticii:** gladiadores de escol; pertenciam geralmente ao imperador, mas muitas vezes eram reclamados (*postulati*) pelo povo. — **paribus,** *aos pares:* os pares de gladiadores eram tirados à sorte.
18. **Quidni praeferant,** *como não haviam de preferi-los?*

menta [19]? quo artes? omnia ista mortis morae sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis obiciuntur. Interfectores [20] interfecturis iubent obici et victorem in aliam detinent caedem [21]: exitus pugnantium mors est. Ferro et igne [22] res geritur. Haec fiunt, dum vacat arena [23]. «Sed [24] latrocinium fecit aliquis». Quid ergo? «Occidit hominem». Quia occidit ille, meruit ut hoc [25] pateretur: tu quid meruisti miser, ut hoc spectes? «Occide [26], verbera, ure! quare tam timide incurrit in ferrum [27]? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur?» Plagis agitur in vulnera [28]: «Mutuos ictus nudis et obviis pectoribus excipiant». Intermissum est [29] spectaculum: «Interim iugulentur homines, ne nihil agatur [30]». Age, ne hoc quidem intelligitis, mala exempla in eos redundare, qui faciunt? Agite dis immortalibus gratias, quod eum [31] docetis esse crudelem, qui non potest discere. Subducendus populo est tener animus [32] et parum tenax recti [33]: facile transitur ad plures. Socrati et Catoni et Laelio excutere morem suum dissimilis multitudo potuisset: adeo nemo nostrum, qui cum maxime concinnamus ingenium [34], ferre impetum vitiorum tam

19. **Quo munimenta,** *para quê os objectos de defesa?*
20. **Interfectores,** *ao que mataram* (de manhã) — **interfecturos,** *aos que os hão-de matar.*
21. **Victorem... caedem,** *guarda-se o vencedor para uma nova morte.*
22. **Ferro et igne,** *sem dó nem compaixão* (lit.: *a ferro e fogo*). —**res geritur,** *combate-se.*
23. **Dum vacat arena:** durante o entreacto.
24. **Sed,** *mas* - dirá alguém.
25. **Ut hoc** = ser morto.
26. **Occide...:** são gritos da multidão.
27. **Incurrit in ferrum,** *corre a espetar-se a espada.*
28. **Plagis agitur in vulnera,** (o desgraçado) *sob os açoites volta à luta sangrenta.*
29. **Intermissum est,** *interrompe-se, há um entreacto.*
30. **Ne nihil agatur,** *sem tréguas.*
31. **Eum:** Séneca pensava provàvelmente em Nero que assistia ao espectáculo.
32. **Tener animus,** *a alma ainda tenra.* — **subducendus populo,** *deve subtrair-se à influência da multidão.*
33. **Parum tenax recti,** *pouco firmemente afeiçoada à virtude.*
34 **Qui... ingenium,** *que começamos precisamente a modelar o nosso carácter.*

magno comitatu venientium potest. Unum exemplum luxuriae aut avaritiae multum mali facit; convictor delicatus [35] paulatim enervat et emollit; vicinus dives cupiditatem irritat; malignus comes quamvis candido et simplici rubiginem suam affricuit: quid tu accidere his moribus credis, in quos publice factus est impetus? Necesse est aut imiteris, aut oderis; utrumque autem devitandum est, neve similis malis fias, quia multi sunt, neve inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipsum, quantum potes; cum his versare [36], qui te meliorem facturi sunt; illos admitte, quos tu potes facere meliores: mutuo ista fiunt, et homines, dum docent, discunt. Non est quod te gloria publicandi ingenii [37] producat in medium, ut recitare [38] istis velis aut disputare: quod facere te vellem, si haberes isti populo idoneam mercem. Nemo est, qui intelligere te possit. Aliquis fortasse, unus aut alter incidet, et hic ipse formandus [39] tibi erit instituendusque ad intellectum tui [40]. «Cui ergo ista didicit?» Non est quod timeas, ne operam perdideris, si tibi didicisti [41].

Sed ne soli [42] mihi hodie didicerim, communicabo tecum, quae occurrerunt mihi egregie dicta [43] circa eumdem fere sensum tria; ex quibus unum haec epistola in debitum solvet [44], duo in antecessum [45] accipe. Democritus ait: «Unus [46] mihi pro populo est, et populus pro uno». Bene et ille, quisquis fuit (ambigitur enim

35. **Convictor delicatus,** *um conviva efeminado.*
36. **Versare,** *convive.*
37. **Publicandi ingenii,** *de dar publicidade ao teu talento.*
38. **Recitare,** *fazer leituras públicas.* — **disputare,** *fazer conferências filosóficas.*
39. **Formandus tibi,** *tens que prepará-lo.*
40. **Ad intellectum tui,** *para te compreender.*
41. **Tibi didicisti,** *aprendeste para ti.*
42. **Soli mihi,** *para mim só.*
43. **Egregie dicta,** *belas máximas.*
44. **Unum in debitum solvet,** *pagará o meu tributo habitual:* Séneca prometera a Lucílio mandar-lhe em cada carta uma máxima para ele meditar.
45. **In antecessum,** *de antemão, por adiantado.*
46. **Unus,** *uma só pessoa.*

de auctore), cum quaereretur ab illo, quo tanta diligentia artis spectaret[47] ad paucissimos perventurae: «Satis sunt», inquit, «mihi pauci, satis est unus, satis est nullus». Egregie hoc tertium Epicurus, cum uni ex consortibus[48] studiorum suorum scriberet: «Haec», inquit, «ego non multis, sed tibi; satis enim magnum alter alteri[49] theatrum sumus». Ista, mi Lucili, condenda in animum sunt, ut contemnas voluptatem ex plurium assensione[50] venientem. Multi te laudant: et quid habes, cur placeas tibi, si is es, quem intelligant multi? introrsus bona tua spectent[51]. Vale.

(Cartas a Lucílio, 7)

119. Como se devem tratar os escravos

Libenter ex his, qui a te veniunt, cognovi familiariter[1] te cum servis tuis vivere. Hoc prudentiam[2] tuam, hoc eruditionem decet. «Servi sunt». — Immo[3] homines. «Servi sunt». — Immo contubernales[4]. «Servi sunt». — Immo humiles amici. «Servi sunt». — Immo conservi, si cogitaveris tantumdem[5] in utrosque licere fortunae. Itaque rideo istos, qui turpe existimant cum servo suo cenare. Quare? nisi quia superbissima consuetudo cenanti domino stantium servorum turbam circumdedit.

Est[6] ille plus quam capit, et ingenti aviditate

47. **Quo spectaret,** *para que servia.* — **artis,** *uma obra.*
48. **Consortes,** *companheiros.*
49. **Alter alteri,** *um para o outro.* — **theatrum,** *auditório.*
50. **Assensione,** *aprovação.*
51. **Introrsus... spectent,** *que os teus méritos busquem só a aprovação da tua consciência.*
118. 1. **Familiariter,** *em família, como amigo.*
2. **Prudentiam tuam decet,** *fica bem a um espírito esclarecido como o teu.* — **eruditionem,** *cultura.*
3. **Immo,** *não.*
4. **Contubernales,** *camaradas, companheiros, que vivem na mesma casa.*
5. **Tantundem... fortunae,** *que ambos (nós e eles) estamos sujeitos à mesma sorte*
6. **Est,** *come.* — **plus quam capit,** *mais do que pode tomar.*

onerat distentum[7] ventrem ac desuetum[8] iam ventris officio, ut maiore opera[9] omnia egerat[10] quam ingessit. At infelicibus servis movere labra ne in hoc quidem, ut loquantur, licet; virga murmur omne compescitur[11], et ne fortuita[12] quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternumenta, singultus; magno malo[13] ulla voce interpellatum silentium luitur: nocte tota ieiuni mutique perstant[14]. Sic fit, ut isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet; at illi[15], quibus non tantum coram dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur[16], parati erant pro domino porrigere cervicem[17], periculum imminens in caput suum avertere: in conviviis loquebantur, sed in tormentis tacebant. Deinde eiusdem arrogantiae proverbium iactatur[18]: «totidem hostes esse quot servos». Non habemus illos hostes, sed facimus.

Alia interim crudelia, inhumana praetereo, quod ne tanquam hominibus quidem, sed tanquam iumentis abutimur, quod, cum ad cenandum discubuimus, alius sputa deterget, alius reliquias temulentorum[19] subditus colligit. Alius pretiosas aves scindit: per pectus et clunes certis ductibus circumferens eruditam[20] manum frusta excutit: infelix, qui huic uni rei vivit, ut altilia decenter secet! nisi quod miserior est, qui hoc volupta-

7. **Distentum,** *dilatado.*
8. **Desuetum... officio,** *desabituado já das suas funções de estômago,* i. é, que já não faz a digestão.
9. **Maiore opera,** *com maior esforço.*
10. **Egero,** *digerir, evacuar.*
11. **Compescitur,** *é reprimido:* havia escravos encarregados de impor silêncio e chamados, por isso, *silentiarii.*
12. **Fortuita,** *ruídos involuntários.*
13. **Magno malo,** *com um castigo brutal.* — **interpellatum,** *interrompido.*
14. **Perstant,** *conservam-se de pé.*
15. **Illi:** os escravos de outrora.
16. **Os non consuebatur,** *não tinham a boca cosida.*
17. **Porrigere cervicem,** *dar a vida* (lit.: *apresentar o pescoço).*
18. **Iactatur,** *vai-se repetindo.*
19. **Reliquias temulentorum,** *os vómitos dos bêbados.* — **subditus,** *sentado aos pés dos comensais.*
20. **Eruditam,** *hábil.*

tis causa docet quam qui necessitatis discit... Alius, cui convivarum censura [21] permissa est, perstat [22] infelix et exspectat, quos adulatio et intemperantia aut gulae aut linguae revocet [23] in crastinum. Adice obsonatores [24], quibus dominici palati [25] notitia subtilis est, qui sciunt, cuius illum rei sapor excitet, cuius delectet adspectus, cuius novitate nauseabundus erigi possit [26], quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat.

Cum his cenare non sustinet et maiestatis suae deminutionem putat ad eandem mensam cum servo suo accedere: di melius [27]! quot ex istis dominos habet! Stare ante limen Callisti [28] dominum suum vidi et eum, qui illi impegerat titulum [29], qui inter reicula [30] mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Rettulit illi gratiam [31] servus ille in primam decuriam coniectus [32], in qua vocem praeco experitur: et ipse illum invicem apologavit [33], et ipse non iudicavit domo sua dignum. Dominus Callistum vendidit: sed domino quam multa [34] Callistus!

Vis tu cogitare istum, quem servum tuum vocas, ex iisdem seminibus ortum, eodem frui coelo, aeque spirare, aeque vivere, aeque mori? Tam tu illum videre ingenuum [35] potes quam ille te servum. Variana clade [36]

---

21. **Censura permissa est,** *foi confiada a vigilância (a inspecção).*
22. **Perstat,** *mantém-se de pé.*
23. **Revocet,** *tornará merecedor de novo convite.*
24. **Obsonatores,** *cozinheiros.*
25. **Palatum,** *paladar.*
26. **Cuius... possit,** o que é que pela sua novidade poderá reanimar o seu estômago enfastiado.
27. **Di melius,** *Santo Deus!*
28. **Callisti,** *Calisto:* liberto de Cláudio.
29. **Impegerat titulum,** *lhe tinha afixado o letreiro:* aos escravos que queriam vender, atavam-lhes um letreiro ao pescoço; nesse letreiro se dizia a pátria, as qualidades e defeitos do escravo.
30. **Reicula** (de *reicio*), *do mais vil.*
31. **Rettulit illi gratiam,** *pagou-lhe na mesma moeda.*
32. **In primam decuriam coniectus,** *relegado para a primeira categoria.*
33. **Invicem apologavit,** *rejeitou-o também por sua vez.*
34. **Quam multa,** *quantos benefícios* não lhe vendeu.
35. **Ingenuum,** *livre de nascimento.*
36. **Variana clade,** *na derrota de Varo:* pereceu na Germânia com três legiões em tempo de Augusto.

multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes [37] gradum, fortuna depressit: alium ex illis pastorem, alium custodem casae [38] fecit. Contemne nunc eius fortunae hominem, in quam transire dum contemnis, potes! Nolo in ingentem me locum [39] immittere et de usu servorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi sumus. Haec tamen praecepti mei summa [40] est: sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velis vivere. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in servum liceat, veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere. «At ego», inquis, «nullum habeo dominum». Bona aetas est [41]: forsitan habebis. Nescis, qua aetate Hecuba servire coeperit, qua Croesus, qua Darii mater, qua Platon, qua Diogenes? Vive cum servo clementer, comiter quoque, et in sermonem [42] illum admitte et in consilium et in convictum. Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum: «Nihil hac re humilius, nihil turpius!» Hos ego eosdem deprehendam alienorum servorum osculantes [43] manum.

Ne illud quidem videtis, quam [44] omnem invidiam [45] maiores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint? Dominum «patrem familiae» appellaverunt, servos, quod etiam in mimis adhuc durat, «familiares». Instituerunt diem festum [46], non quo solo [47] cum servis domini vescerentur, sed quo utique honores illis in domo

---

37. **Auspicantes,** *que contavam (com a sua carreira militar para entrar no senado).*
38. **Casae,** *de cabana.*
39. **In ingentem me locum immittere,** *lançar-me num vasto assunto.*
40. **Summa,** *resumo.*
41. **Bona aetas est,** *estás ainda em idade para isso, ainda estás a tempo, ainda és jovem.*
42. **In sermonem,** *a conversar contigo.* — **in consilium,** *às tuas deliberações.* — **in convictum,** *à tua intimidade.*
43. **Osculantes:** o *beijar* as mãos era só próprio de escravos.
44. **Quam,** *quanto.*
45. **Omnem invidiam,** *todo o carácter odioso.*
46. **Diem festum:** as Saturnais.
47. **Non quo solo,** *não para que (comessem) só nesse dia.*

gerere[48], ius dicere[49] permiserunt et domum pusillam rem publicam esse iudicaverunt. Quid ergo? omnes servos admovebo[50] mensae meae? — Non magis quam omnes liberos. Erras, si existimas me quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, ut puta[51] illum mulionem et illum bubulcum: non ministeriis illos aestimabo, sed moribus. Sibi quisque dat mores: ministeria casus assignat. Quidam cenent tecum, quia digni sunt; quidam, ut sint; si quid enim in illis ex sordida conversatione servile est, honestiorum convictus excutiet.

Non est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et in curia quaeras: si diligenter attenderis, et domi invenies. Saepe bona materia cessat sine artifice: tenta et experiere. Quemadmodum stultus est, qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum[52] eius ac frenos, sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste aut ex conditione, quae vestis modo nobis circumdata est, aestimat. «Servus est»; sed fortasse liber animo. «Servus est»; hoc illi nocebit? Ostende, quis non sit: alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, omnes timori. Dabo consularem[53] aniculae servientem, dabo ancillulae divitem: nulla servitus turpior est quam voluntaria. Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant[54], quo minus servis tuis hilarem te praestes et non superbe superiorem: colant[55] potius te quam timeant.

Dicet aliquis nunc me vocare ad pileum[56] servos et dominos de fastigio[57] suo deicere quod dixi:

48. **Honores gerere,** *exercer cargos honrosos.*
49. **Ius dicere,** *administrar a justiça, julgar.*
50. **Admovebo,** *instalarei.*
51. **Ut puta,** *por exemplo.* — **mulionem,** *arrieiro.* — **bubulcum,** *vaqueiro.*
52. **Stratum,** *xairel, arreios.*
53. **Consularem,** *um consular*: que fora cônsul. — **dabo,** *apresentar-te-ei, citar-te-ei.* — **aniculae,** *a uma velhota* cuja herança cobiça.
54. **Te deterreant,** *te impeçam.*
55. **Colant,** *que te respeitem.*
56. **Ad pileum,** *à liberdade:* o gorro (*pileus*) era o símbolo da liberdade que o senhor concedia aos escravos.
57. **Fastigio,** *da sua dignidade.*

«Colant potius dominum quam timeant». «Ita», inquit, «prorsus colant tanquam clientes, tanquam salutatores?» Hoc qui dixerit, obliviscitur id dominis parum non esse, quod deo sat est, qui colitur et amatur. Non potest amor cum timore misceri. Rectissime ergo facere te iudico, quod timeri a servis tuis non vis, quod verborum castigatione uteris: veberibus muta[58] admonentur. Non quidquid nos offendit et laedit[59], sed ad rabiem nos cogunt pervenire deliciae, ut quidquid non ex voluntate respondet, iram evocet. Regum nobis induimus animos: nam illi quoque obliti et suarum virium et imbecillitatis alienae sic excandescunt[60], sic saeviunt, quasi iniuriam acceperint. A cuius rei periculo illos fortunae suae magnitudo tutissimos praestat. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant querendo; acceperunt iniuriam ut facerent. Diutius te morari nolo; non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cetera boni mores: placent sibi, permanent; levis est malitia, saepe mutatur, non in melius, sed in aliud. Vale.

(Cartas a Lucílio, 41).

58. **Muta,** *os brutos, os irracionais.*
59. **Laedit,** *nos causa realmente dano.*
60. **Excandescunt,** *se esquentam, se assanham.*

120. MARTIALIS

Vita. — M. Valerius Martialis Bilbili in parvo Hispaniae Tarraconensis oppido, anno p.Ch.n. 40 in lucem editus est. Modicis ortus parentibus, tota vita in magna rerum penuria versatus est. Romam venit viginti alterum annos natus, ibique permansit 34 ipsos annos. Non tamen ad rempublicam accessit umquam, neque ullo publico munere functus est; nulli magno operi mentis animique vires impendit. Quam inopem traduxerit vitam, declarant non pauca epigrammata, quibus non desinit poscere et rogare. Si toga donatur, pallium postulat; si mittuntur obsonia, queritur quod non vinum una venerit. In Domitiano ac Tito, quibus fuit gratus, laudandis multum operae collocavit. Ex honoribus vero, quibus ipsi eum ornaverunt, exilem collegit pecuniam. Ad extremum vitae tempus, Romae domicilium habuit et praediolum Nomentanum dono accepit, quod versibus celebrat *(IX, 98; X, 58; VIII, 61)*.

Domitiano sublato, cum apud Nervum parum, apud Traianum nihil posset, rerum urbanarum taedio affectus, in oppidum natale remeavit, itineris impensis a Plinio Minore solutis. Ibi in parvo provinciae municipio, solitudinis impatiens et incolarum invidia laborans, anno 103 p.Ch.n. e vita decessit.

Opera. — Martialis epigrammata scripsit amplius mille et quingenta, quae in quindecim libros dispertita sunt. Ibi pertractat res omnes sui temporis: diceres acta diurna Romae. Adulationes patronorum in his etiam continentur epigrammatis, maxime Domitiani, quem potiorem quam Iovem appellat, hominem plane nequam et crudelissimum. Vitia quoque carpit aequalium, nam: «*hominem*, ait, *pagina nostra sapit* (X, 4). Neminem tamen nominat, siquidem «*Parcere personis, dicere de vitiis*» uni sibi cordi esse profitetur.

Iudicium. — «*Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura*» (I, 16). Sic sonat de se Martialis iudicium. Re sane vera non omnia paribus laudibus digna sunt. Carmina bene multa festiva, salebrosa sunt atque faceta; alia tum dicacitate et salis acerbitate mordent; alia demum scurrilitatibus nec obscenitatibus non scatent.

Nihilo tamen minus in Martialis carminibus tanta inest sermonis latini puritas, tanta in versibus condendis facultas atque perfectio, ut vix primas Ovidio tribuat, et quidem sine rhetorica et inflato illo dicendi genere, quae maxima erat sui temporis pestilentia.

Verum, carpendus profecto est quod nimis abiecte Domitiano assentatus sit. Adde quod eius epigrammata duabus partibus imminuta probarentur magis.

121. A um plagiário

Quem recitas meus est, o Fidentine, libellus:
Sed male cum recitas, incipit esse tuus.
(I, 39).

122. A um importuno

Quid mihi reddat ager quaeris, Line, Nomentanus [1]?
Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.
(I, 38).

123. A um amador de versos

Ut recitem tibi nostra rogas epigrammata: nolo.
Non audire, Celer, sed recitare [1] cupis.
(I, 64).

124. A um superficial

Declamas belle, causas agis, Attice, belle,
Historias bellas, carmina bella facis,
Componis belle mimos, epigrammata belle,
Bellus grammaticus, bellus es astrologus,
Et belle cantas et saltas, Attice, belle, 5
Bellus es arte lyrae, bellus es arte pilae:

122. 1. **Ager Nomentanus,** o *meu campo de Nomento: no Lácio.*

123. 1. **Recitare,** *ler os teus versos, ou, segundo outros, lê-los em público.*

Nil bene cum facias, facias tamen omnia belle,
Vis dicam quid sis? Magnus es ardelio.

(II, 7).

125. Ao mesmo plagiário

Fama refert [1] nostros te, Fidentine, libellos
non aliter populo [2] quam recitare tuos.
Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam:
si dici tua vis, hoc eme, ne mea sint.

(I, 29).

126. A um janota

Bellus [1] homo et magnus vis idem, Cotta, videri:
sed qui [2] bellus homo est, Cotta, pusillus [3] homo est.

(I, 9).

127. A uma desdentada

Si memini, fuerant tibi quattuor, Aelia, dentes:
expulit una [1] duos tussis et una [2] duos.
Iam secura potes totis tussire diebus:
nil istic, quod agat, tertia [3] tussis habet.

(I, 19)

128. A um autor indesejável

Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?
Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.

(VII, 3).

129. A um que não passa de barbeiro

Qui tonsor [1] fueras tota notissimus urbe
et post hoc dominae munere [2] factus eques,

125. 1. **Fama refert,** *corre o rumor.*
2. **Recitare populo,** *ler ao público.*—**non aliter quam tuos,** *como se fossem da tua lavra.*
126. 1. **Bellus,** *elegante.* — **magnus,** *importante.* — **idem,** *ao mesmo tempo.*
2. **Qui,** *tu que.*
3. **Pusillus,** *pequeno, insignificante.*
127. 1. **Una tussis,** *um primeiro acesso de tosse.*
2. **Una,** *um segundo (acesso de tosse).*
3. **Tertia,** *um terceiro (acesso de tosse).*
129. 1. **Tonsor,** *barbeiro.*
2. **Dominæ munere,** *por influência da tua patroa.*

Sicanias [3] urbes Aetnaeaque regna petisti,
Cinname, cum fugeres tristia iura fori [4].
Qua nunc arte graves tolerabis inutilis [5] annos?
Quid facit infelix et fugitiva quies [6]?
Non rhetor, non grammaticus ludive magister [7],
non Cynicus, non tu Stoicus esse potes,
vendere nec vocem [8] Siculis plausumque theatris:
quod superest [9], iterum, Cinname, tonsor eris.

(VII, 64).

130. A um forreta

Gellius aedificat semper: modo limina [1] ponit,
nunc foribus claves aptat emitque seras [2],
nunc has, nunc illas reficit mutatque fenestras:
dum tantum aedificet, quidlibet ille facit.
Oranti nummos ut dicere possit amico
unum illud verbum Gellius «Aedifico».

(IX, 46).

131. Complacências de poeta

Laudat, amat, cantat nostros mea Roma libellos,
meque sinus [1] omnes, me manus omnis habet.
Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat [2], odit.
Hoc volo: nunc nobis carmina nostra placent.

(VI, 60).

132. A um escravo do respeito humano

Lis mihi cum Balbo est, tu Balbum offendere non vis,
Pontice. Cum Licino est: hic quoque magnus homo est.

3. **Sicanias,** *da Sicília.*
4. **Tristia iura fori,** *os rigores da justiça.*
5. **Inutilis,** *ser inútil.*
6. **Fugitiva quies,** *o repouso no exílio.*
7. **Ludi magister,** *preceptor.*
8. **Vendere vocem,** *vender as tuas aclamações.* — **theatris,** *nos teatros.*
9. **Quod superest,** *só te resta um recurso.*
130. 1. **Limina,** *as portas.*
2. **Seras,** *as fechaduras.*
131. 1. **Sinus omnes,** *todos me trazem no bolso.*
2. **Oscitat,** *boceja.*

Vexat[1] saepe meum Patrobas confinis agellum:
contra libertum Caesaris ire times.
Abnegat[2] et retinet nostrum Laronia servum:
respondes «Orba[3] est, dives, anus, vidua».
Non bene, crede mihi, servo servitur amico:
sit liber, dominus qui volet esse meus.

(II, 32).

133. Médicos que matam

Languebam: sed tu comitatus[1] protinus ad me
venisti centum, Symmache, discipulis.
Centum me tetigere manus aquilone gelatae[2]:
non habui[3] febrem, Symmache, nunc habeo.

(V, 9).

134. Dentes postiços

Thais habet nigros, niveos Laecania dentes:
Quae ratio est? Emptos haec habet, illa suos.

(V, 43).

135. Contra os maus advogados

Non de vi[1] neque caede nec veneno,
sed lis est mihi de tribus capellis:
vicini queror has abesse furto.
Hoc iudex sibi postulat probari:
tu Cannas[2] Mithridaticumque bellum
et periuria Punici furoris
et Sullas Mariosque Muciosque
magna voce sonas[3] manuque tota.
Iam dic, Postume, de tribus capellis.

(VI, 19).

---

132. 1. **Vexat,** *invade.* — **confinis,** *meu vizinho.*
2. **Abnegat,** *nega* (que eu lhe tenha emprestado).
3. **Orba est,** *não tem filhos.*
133. 1. **Comitatus,** *acompanhado.*
2. **Aquilone gelatæ,** *gelados pelo vento-norte.*
3. **Non habui,** *não tinha.*
135. 1. **Non de vi,** *não se trata de violência.*
2. **Cannas,** *a batalha de Canas.*
3. **Magna voce... tota,** *a tua voz troveja e a tua mão gesticula à grande.*

136. TACITUS

Vita. — Nihil aut certe pauca de eo comperta habemus. Anno fere quinto quinquagesimo post Ch.n. honoratis parentibus natus esse videtur. Adulescens in eloquentiam summa industria incubuit, ac magni oratoris partes egit. Ad historiam tamen acriore studio se contulit. Cum Vespasiano artissimo amicitiae vinculo est coniunctus, et per eum viam sibi ad honores capessendos aperuit. Sic igitur munus quaestoris, tribuni militum, aedilis et alios deinceps magistratus obtinuit. Ultimos vero vitae annos procul a publicis negotiis transegit, ut historiae unice vacaret. Vita tandem functus est Cornelius Tacitus anno circiter 120 p.Ch.n.

Opera:

1. *Dialogus oratorum:* opus est quod causas aperit cur tam cito apud Romanos eloquentia deciderit.
2. *Agricola:* vitam resque egregie gestas narrat Agricolae, cuius filiam duxerat uxorem, ac simul Britannorum mores summa arte describit.
3. *Germania:* Mores institutaque Germanorum refert.
4. *Historiae:* in iis res narrat *sui temporis,* quas scilicet a Nerone interfecto ad Domitianum usque collegit.
5. *Annales:* res tradunt *praeteritas,* nempe quae Tiberii, Caligulae, Claudii tempore usque ad Neronis mortem evenerunt.

Iudicium. — Veritatis amator perquam diligens fuit: fontes consuluit quos potuit vel debuit. Rerum causas pervestigat easque accurate perpendit. Neutram cum plurimum sequitur partem. In personarum moribus scrutandis, primas Sallustio nullo pacto defert.

Vitiis nihilominus paucis infuscatur: res in peiorem detrahit partem; immo saepe fit ut vitia solum et corruptos mores ob oculos habere videatur. Interdum etiam, superstitionibus nescio quibus imbutus et falsis contra Christianos preiudiciis videtur infectus.

Eius autem scribendi genus pressum quidem est, significans et maxime proprium. Aliqua tamen obscuritate laborat.

Si de Taciti *fama* cognoscere velis, scito eum apud aequales haud tanti quanti par erat habitum esse. Medio autem aevo silentio fere est praetermissus. Saeculo vero renatarum artium atque litterarum et nostris praesertim temporibus, rerum scribendarum apud Romanos princeps ultro ab omnibus agnoscitur.

VIDA DE AGRÍCOLA

137. Prólogo

I. Clarorum virorum facta moresque [1] posteris tradere, antiquitus [2] usitatum [3], ne nostris quidem temporibus, quanquam incuriosa [4] suorum, aetas [5] omisit, quoties magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti [6] et invidiam. Sed apud priores [7] ut agere digna memoratu pronum [8] magisque in aperto erat, ita celeberrimus [9] quisque ingenio ad prodendam [10] virtutis memoriam, sine gratia [11] aut ambitione [12], bonae tantum conscientiae pretio [13] ducebatur. Ac plerique [14] suam ipsi

137. 1. **Mores,** *a fisionomia moral.*

2. **Antiquitus,** *desde a antiguidade, outrora* (i. é, no tempo da República).

3. **Usitatum,** *costume em voga:* Tácito usa frequentemente um particípio em vez de um substantivo.

4. **Incuriosa suorum,** *indiferente ao que lhe diz respeito.*

5. **Aetas,** *geração, época.*

6. **Ignorantia recti,** *ignorância do que é bem.*

7. **Priores,** os *antepassados:* no tempo da República.

8. **Pronum,** *era natural.* — **in aperto erat,** *era livre.*

9. **Celeberrimus quisque ingenio,** os *génios mais célebres:* em latim clássico *celeber* só se emprega para designar regiões ou lugares *frequentados:* não se aplica a pessoas.

10. **Ad prodendam memoriam,** *para perpetuar a memória (lembrança).* — **virtutis,** *do mérito.*

11. **Sine gratia,** *sem parcialidade.*

12. **Ambitio,** *adulação interesseira, espírito interesseiro.*

13. **Pretium,** *prémio, recompensa.*

14. **Plerique,** *muitos.*

vitam narrare fiduciam [15] potius morum quam arrogantiam arbitrati sunt; nec id Rutilio [16] et Scauro citra fidem [17] aut obtrectationi fuit: adeo virtutes iisdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur. At nunc narraturo mihi vitam defuncti hominis venia opus fuit, quam non petissem incusaturus [18]: tam saeva et infesta virtutibus tempora!

138. Educação de Agrícola

IV. Cn. Iulius Agricola, vetere et illustri Foroiuliensium [1] colonia ortus, utrumque avum procuratorem Caesarum [2] habuit, quae equestris nobilitas est. Pater illi Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio [3] eloquentiae sapientiaeque notus, iisque ipsis virtutibus iram Caii Caesaris [4] meritus: namque M. Silanum accusare iussus, et, quia abnuerat, interfectus est. Mater Iulia Procilla fuit, rarae castitatis [5]. In huius sinu indulgentiaque [6] educatus per omnem honestarum artium [7] cultum pueritiam adolescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium, praeter ipsius bonam integramque [8] naturam, quod statim parvulus sedem [9] ac magistram stu-

15. **Fiduciam,** *confiança* (em si). — **arrogantia,** *presunção.*

16. **Rutilius,** estadista e orador romano do século II a. C.; jurisconsulto e historiador, escreveu as suas *Memórias.* — **M. Aemilius Scaurus:** patrício, cônsul em 115 e 107, general e orador. Escreveu também a sua autobiografia. Era inimigo de Rutílio.

17. **Citra fidem,** *sem crédito;* **nec citra fidem,** *sem serem tidos por suspeitos.* — **obtrectatio,** *crítica.*

18. **Incusaturus,** *se tivesse de fazer o papel de acusador.*

138. 1. **Foroiuliensium colonia** = *Forum Iulii:* cidade de Fréjus, fundada por J. César em 46 a. C.

2. **Procuratorem Caesarum,** *procuradores imperiais.*

3. **Studium,** *gosto.*

4. **Caii Caesaris:** Calígula.

5. **Raræ castitatis,** *de rara virtude.*

6. **In sinu indulgentiaque,** *(educado) com ternura nos seus braços.*

7. **Honestae artes,** *artes liberais.*

8. **Integer,** *puro, honesto.*

9. **Sedem,** *estância, estadia.* — **magistra studiorum,** *escola.*

diorum Massiliam[10] habuit, locum Graeca comitate[11] et provinciali parcimonia mixtum ac bene compositum. Memoria teneo solitum ipsum narrare se prima in iuventa studium philosophiae acrius[12], ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse[13], ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coercuisset. Scilicet sublime[14] et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem[15] magnae excelsaeque gloriae vehementius quam caute[16] appetebat. Mox mitigavit ratio[17] et aetas, retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum[18].

139. Os Bretões

XI. Ceterum[1] Britanniam qui mortales[2] initio coluerint, indigenae an advecti[3], ut[4] inter barbaros, parum compertum. Habitus corporum[5] varii atque ex eo[6] argumenta[7]. Namque rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem asseverant[8]; Silurum[9] colorati vultus, torti[10] plerumque crines et posita contra[11] Hispania Hiberos veteres traiecisse eas-

10. **Massilia,** *Marselha:* antiga colónia aliada dos Romanos. Durante a guerra civil entre César e Pompeu, seguiu o partido de Pompeu. César, após um prolongado cerco, destruiu-a.
11. **Comitas,** *delicadeza.* — **parcimonia,** *vida simples.*
12. **Acrius,** *com demasiado ardor.*
13. **Hausisse,** *ter devorado.*
14. **Sublimis,** *nobre.* — **erectus,** *entusiasta.*
15. **Speciem,** *aspecto sedutor.*
16. **Caute** (em vez de *cautius*), *com (mais) prudência.*
17. **Ratio et aetas,** (hendíadis), *reflexão que vem com a idade.*
18. **Modum,** *a moderação.* — **ex sapientia,** *do estudo da filosofia.*

139. 1. **Ceterum:** simples forma de transição.
2. **Qui mortales... coluerint,** *quem foram os primeiros habitantes.*
3. **Advecti,** *emigrantes.*
4. **Ut,** *como é natural.*
5. **Habitus corporum,** o *exterior.*
6. **Ex eo,** *daí.*
7. **Argumenta,** *conjecturas, hipóteses.* — **rutilus,** *ruivo.*
8. **Assevero,** *atestar.*
9. **Silures,** *Silures:* na parte meridional da Gália. — **colorati,** *tatuados.*
10. **Torti,** *crespos.*
11. **Contra,** *em frente.*

que sedes occupasse[12] fidem faciunt[13]; proximi Gallis[14] et similes sunt, seu durante[15] originis vi, seu, procurrentibus in diversa terris[16], positio caeli[17] corporibus habitum dedit. In universum tamen aestimanti[18] Gallos vicinam insulam occupasse credibile est. Eorum sacra[19] deprehendas, superstitionum persuasionem[20]; sermo[21] haud multum diversus; in deposcendis periculis eadem audacia et, ubi advenere[22], in detrectandis[23] eadem formido. Plus tamen ferociae[24] Britanni praeferunt, ut quos[25] nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus; mox segnitia[26] cum otio intravit, amissa virtute pariter ac libertate. Quod Britannorum olim victis evenit: ceteri manent quales Galli fuerunt.

XII. In pedite[27] robur; quaedam nationes et curru proeliantur. Honestior[28] auriga, clientes propugnant. Olim regibus parebant, nunc per principes[29] factionibus et studiis trahuntur. Nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius[30] quam quod in commune non consulunt[31]; rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus[32]: ita singuli pugnant, universi vincuntur.

12. **Occupasse,** *invadiram.*
13. **Fidem faciunt,** *fazem crer que, confirmam a hipótese de que.*
14. **Proximi Gallis,** *os que estão mais perto da Gália.*
15. **Durare,** *persistir.* — **vis,** *característica, marca.* — **origo,** *origem comum.*
16. **Procurrentibus... terris,** *avançando as terras em direcções opostas.*
17. **Positio caeli,** *clima.*
18. **In universum aestimanti,** *a julgar duma maneira geral.*
19. **Sacra,** *culto.*
20. **Superstitionum persuasiones,** *crenças religiosas.*
21. **Sermo:** o céltico.
22. **Advenere** (suj. *pericula*).
23. **Detrectare,** *evitar, fugir* (deles).
24. **Ferocia,** *intrepidez.* — **praeferre,** *manifestar.*
25. **Ut quos** = *quippe quos* (causal).
26. **Segnitia,** *cobardia.*
27. **In pedite robur,** *a sua força está na infantaria.*
28. **Honestior,** o *mais nobre.* — **auriga** (est), *cocheiro, conduz.* — **clientes,** *vassalos.*
29. **Per principes,** *entre vários chefes.*
30. **Pro nobis utilius,** *mais útil a nós* (Romanos).
31. **In commune non consulunt,** *não deliberam em comum.*
32. **Conventus,** *acordo, coligação.*

Caelum crebris imbribus ac nebulis foedum [33]; asperitas frigorum abest. Dierum spatia ultra nostri orbis [34] mensuram, nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine [35] internoscas. Quod si nubes non officiant, adspici per noctem solis fulgorem, nec occidere [36] et exsurgere, sed transire [37] affirmant... Solum, praeter oleam [38] vitemque et cetera calidioribus terris oriri sueta, patiens [39] frugum, fecundum: tarde mitescunt [40], cito proveniunt; eademque utriusque rei causa, multus humor terrarum caelique. Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae. Gignit et Oceanus margarita [41], sed subfusca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus [42] arbitrantur: nam in Rubro mari [43] viva ac spirantia [44] saxis avelli, in Britannia, prout expulsa [45] sint, colligi: ego facilius crediderim naturam [46] margaritis deesse quam nobis avaritiam.

XIII. Ipsi Britanni delectum [47] ac tributa et iniuncta imperii [48] munera impigre [49] obeunt, si iniuriae [50] absint: has aegre tolerant, iam domiti [51] ut pareant, nondum ut serviant [52].

---

33. **Fœdum,** *obscurecido.*
34. **Nostri orbis,** *da nossa órbita.*
35. **Discrimen,** *intervalo.*
36. **Occidere,** *pôr-se.*
37. **Transire,** *passar* (do O. a E.).
38. **Olea,** *oliveira.* — **sueta,** *que costumam.*
39. **Patiens frugum,** *próprio para o cultivo.*
40. **Tarde mitescunt,** *amadurecem tarde.* — **provenire,** *germinar.*
41. **Margaritum** (ou *margarita*), *pérola.*
42. **Legentibus,** *aos que recolhem* (essas pérolas). — **artem,** *habilidade.*
43. **In Rubro mari,** *no mar Vermelho:* designa o Golfo Pérsico.
44. **Viva ac spirantia,** *vivas e palpitantes.*
45. **Expulsa,** *expelidas pelas ondas.*
46. **Naturam,** *qualidades naturais, beleza natural.*
47. **Delectus,** *recrutamento militar.*
48. **Iniuncta imperii,** *o que lhes impõe a autoridade.*
49. **Impigre,** *sem resistência.* — **munera obeunt,** *assumem os cargos.*
50. **Iniuria,** *injustiça.*
51. **Iam domiti ut,** *bastante submissos para.*
52. **Nondum ut serviant,** *mas ainda não até à escravidão.*

140. Rapacidade e crueldade dos Romanos

«Raptores orbis [1], postquam cuncta vastantibus defuere terrae, et mare scrutantur: si locuples hostis est, avari; si pauper, ambitiosi [2]; quos non Oriens, non Occidens satiaverit. Soli omnium opes atque inopiam pari affectu concupiscunt: auferre, trucidare, rapere, falsis nominibus, imperium [3], atque ubi solitudinem faciunt [4], pacem appellant.

XXXI. «Liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit: hi per delectus, alibi servituri, auferuntur. Coniuges sororesque, etiam si hostilem libidinem [5] effugiant, nomine amicorum atque hospitum polluuntur. Bona fortunae in tributam, ager et annus [6] in frumentum [7], corpora ipsa ac manus, silvis ac paludibus emuniendis, inter verbera ac contumelias, conteruntur [8]. Nata servituti mancipia [9] semel veneunt, atque ultro a dominis aluntur: Britannia servitutem suam cotidie emit, cotidie pascit. Ac sicut in familia [10] recentissimus quisque servorum etiam conservis ludibrio est [11], sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu novi nos et viles [12] in exscidium [13] petimur; neque enim arva nobis aut metalla aut portus sunt, quibus exercendis [14] reservemur. Virtus [15] porro ac ferocia subiectorum ingrata [16] imperantibus; et longinquitas ac secretum ipsum quo tutus, eo suspectius. Ita, sublata spe venae [17], tandem

---

140. 1. **Raptores orbis,** *ladrões do mundo* (os Romanos).
2. **Ambitiosi,** *arrogantes.*
3. **Imperium,** *autoridade.*
4. **Ubi solitudinem faciunt,** *onde espalham a solidão.*
5. **Hostilem libidinem,** *as violências que o inimigo costuma exercer.*
6. **Annus,** *colheita do ano.*
7. **In frumentum,** *para as prestações de trigo.*
8. **Conteruntur,** *tudo se esgota.*
9. **Mancipia,** *escravos.*
10. **Familia,** *grupo de escravos.*
11. **Ludibrio est,** *é objecto de troça.*
12. **Viles,** *sem valor, desprezíveis e desprezados.*
13. **In exscidium,** *para nos exterminar.*
14. **Quibus exercendis,** *em cuja exploração.*
15. **Virtus,** *valor, valentia.*
16. **Ingrata,** *mal vistos por.*
17. **Venia,** *indulgência.*

sumite animum, tam quibus salus quam quibus gloria carissima est. Brigantes [18], femina duce, exurere coloniam, expugnare castra, ac, nisi felctas [19] in socordiam vertisset [20], exuere iugum potuere [21] nos, integri [22] et indomiti et in libertatem, non in poenitentiam [23] bellaturi, primo statim congressu ostendamus, quos sibi Caledonia viros seposuerit [24].

141. Morte de Agrícola

XLII. Proprium humani ingenii est odisse quem laeseris: Domitiani vero natura praeceps in iram, et, quo obscurior [1], eo irrevocabilior, moderatione [2] tamen prudentiaque Agricolae leniebatur, quia non contumacia [3] neque inani iactatione libertatis [4] famam fatumque provocabat. Sciant quibus moris est illicita [5] mirari, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse, obsequiumque [6] ac modestiam, si industria [7] ac vigor adsint, eo laudis excedere [8], quo plerique per abrupta [9], sed in nullum rei publicae usum, ambitiosa morte inclaruerunt.

XLIII. Finis vitae eius nobis luctuosus [10], amicis

18. **Brigantes:** povo vizinho dos Caledónios.
19. **Felicitas,** *êxito.*
20. **In socordiam vertisset,** *(não) tivesse degenerado em loucura.*
21. **Potuere,** *poderiam.*
22. **Integri,** *não violados.* — **indomiti,** *insubmissos.*
23. **In pœnitentiam bellaturi,** *que vamos levar ao combate* (o espírito de independência e não) o *espírito de saudosismo* (pela liberdade perdida).
24. **Seposuerit,** *pôs de reserva.*

141. 1. **Obscurior,** *mais oculta, mais reservada.*
2. **Moderatio,** *sangue frio, domínio de si mesmo.* — **irrevocabilior,** *mais implacável.*
3. **Contumacia,** *insolência.*
4. **Libertatis,** *da independência.* — **fama,** *renome.* — **fatum,** *catástrofe, fatalidade.*
5. **Illicita,** *resistência ilegal.*
6. **Obsequium,** *deferência.*
7. **Si industria... adsint,** *se se lhes junta uma actividade enérgica.*
8. **Eo laudis excedere,** *se eleva ao grau de glória* (a que — quo).
9. **Per abrupta,** *por caminhos sem dúvida perigosos.* — **plerique,** *muitos.*
10. **Luctuosus,** *cruel, doloroso.*

tristis, extraneis [11] etiam ignotisque non sine cura fuit. Vulgus quoque et hic aliud agens [12] populus et ventitavere ad domum [13] et per fora et circulos locuti sunt [14]; nec quisquam, audita morte Agricolae, aut laetatus aut statim oblitus est. Augebat miserationem constans rumor veneno interceptum [15]: nobis [16] nihil comperti, ut affirmare ausim. Ceterum, per omnem valetudinem [17] eius, crebrius quam ex more principatus [18] per nuntios visentis [19] et libertorum primi et medicorum intimi venere, sive cura [20] illud sive inquisitio [21] erat. Supremo quidem die momenta [22] ipsa deficientis per dispositos cursores nuntiata constabat, nullo credente sic accelerari quae tristis audiret [23]. Speciem tamen doloris habitu [24] vultuque prae se tulit, securus iam odii et qui [25] facilius dissimularet gaudium quam metum. Satis constabat, lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piisimae filiae Domitianum scripsit [26], laetatum eum velut honore iudicioque [27]. Tam caeca et corrupta mens assiduis adulationibus erat, ut nesciret a bono patre non scribi heredem nisi malum principem.

XLIV. Natus erat Agricola Caio Caesare tertium

11. **Extraneis,** *para os estranhos:* os que não eram nem parentes, nem seus amigos. — **ignotis,** *para os que não conheciam.* — **cura,** *pesar.*
12. **Aliud agens,** *que tem outros interesses.*
13. **Ad domum,** *até à porta da casa mortuária.*
14. **Locuti sunt,** *falaram* (de Agrícola).
15. **Intercipere,** *matar às escondidas.*
16. **Nobis:** refere-se à família de Agrícola. — **nihil comperti,** *nada demonstrado.*
17. **Valetudinem,** *doença.*
18. **More principatus,** *do que é costume nos príncipes.*
19. **Per nuntios visentis,** (o *imperador) mandou visitá-lo:* construir: *principatus visentis.*
20. **Cura,** *solicitude.*
21. **Inquisitio,** *espionagem.*
22. **Momenta deficientis,** *as fases da agonia.*
23. **Quæ tristis audiret,** *uma notícia que ele receberia com tristeza.*
24. **Habitu,** *atitude.*
25. **Et qui dissimularet,** *e capaz de dissimular.*
26. **Coheredem scripsit,** *fez coerdeiro:* para salvar o resto da herança, Agrícola fez como tantos outros, deixando uma parte ao imperador.
27. **Honore iudicióque,** *com esta homenagem e com esta prova de estima.*

consule, idibus Iuniis [28]: excessit [29] quarto et quinquagesimo anno, decimo kalendas Septembres [30], Collega Priscoque consulibus. Quod si habitum [31] quoque eius posteri noscere velint, decentior [32] quam sublimior fuit; nihil impetus [33] in vultu: gratia oris [34] supererat. Bonum virum facile crederes, magnum libenter. Et ipse quidem, quanquam medio in spatio integrae aetatis ereptus, quantum ad gloriam, longissimum aevum peregit. Quippe et vera bona, quae in virtutibus sita sunt, impleverat, et consulari ac triumphalibus ornamentis praedito quid aliud adstruere fortuna poterat? Opibus nimiis non gaudebat, speciosae [35] contigerant. Filia atque uxore superstitibus, potest videri etiam beatus, incolumi dignitate, florente fama, salvis affinitatibus et amicitiis, futura [36] effugisse. Nam sicuti non licuit durare in hanc beatissimi saeculi lucem ac principem Traianum videre, quod augurio [37] votisque apud nostras aures ominabatur, ita festinatae [38] mortis grande solatium tulit evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus, non iam per intervalla ac spiramenta temporum [39], sed continuo et velut uno ictu rem publicam exhausit [40].

XLV. Non vidit Agricola obsessam [41] curiam et clausum armis senatum et eadem strage tot consularium caedes, tot nobilissimarum feminarum exsilia et fugas [42].

---

28. **Idibus Iuniis,** *no dia 13 de Junho* (do ano 39 d. C.).
29. **Excessit,** *morreu.*
30. **Decimo Kalendas Septembres,** no dia 23 de Agosto (do ano 93 d. C.).
31. **Habitum,** *exterior.*
32. **Decens,** *bem proporcionado.* — **sublimis,** *de elevada estatura.*
33. **Nihil impetus,** *nada de fogoso, nada de apaixonado.*
34. **Gratia oris,** *amabilidade.* — **supererat,** *era a sua qualidade predominante.*
35. **Speciosae,** *honesto.*
36. **Futura,** as futuras crueldades de Domiciano.
37. **Augurio votisque,** *com os seus pressentimentos e com os seus desejos.* — **ominari,** *pressagiar.*
38. **Festinatae,** *prematura.* — **tulit,** *obteve.* — **evasisse,** *o ter escapado.*
39. **Spiramenta temporis,** *pausa.*
40. **Exhausit,** *arruinou completamente.*
41. **Obsessam,** *cercada por soldados.*
42. **Fugas,** *exílios voluntários.*

Una adhuc victoria [43] Carus Metius censebatur, et intra Albanam arcem [44] sententia Messalini strepebat, et Massa Baebius [45] tum reus erat. Mox nostrae [46] duxere Helvidium in carcerem manus; nos Mauricum Rusticumque divisimus [47]; nos innocenti sanguine Senecio perfudit. Nero tamen [48] subtraxit oculos suos iussitque scelera, non spectavit: praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et adspici [49], cum suspiria nostra subscriberentur [50], cum denotandis [51] tot hominum palloribus [52] sufficeret saevus ille vultus et rubor [53], quo se contra pudorem [54] muniebat.

Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate, sed etiam opportunitate mortis. Ut perhibent qui interfuerunt novissimis sermonibus tuis, constans [55] et libens fatum excepisti, tanquam pro virili portione [56] innocentiam principi donares [57]. Sed mihi filiaeque eius, praeter acerbitatem [58] parentis erepti, auget maestitiam, quod assidere valetudini [59], fovere deficientem [60], satiari vultu

---

43. **Victoria,** *condenação:* abl. de preço. — **censebatur,** *tinha-se assinalado.* — **Carus Metius:** delator célebre.
44. **Intra... arcem,** *no palácio do Monte Albano* (palácio de Domiciano). — **setentia strepebat,** *ressoava a sentença.* — **Messalinus:** confidente de Domiciano e famoso pelas suas denúncias.
45. **Massa Baebius:** outro delator.
46. **Nostrae manus:** *as mãos dos senadores.*
47. **Divisimus,** *vimos arrancar dos braços um do outro.*
48. **Tamen,** *pelo menos.*
49. **Videre et adspici,** *ver Domiciano e ser visto por ele.*
50. **Subscriberentur,** *eram registados* (pelos espiões de Domiciano).
51. **Denotare,** *indicar aos delatores.*
52. **Tot... palloribus,** *tantos homens que empalideciam.*
53. **Rubor,** *vermelhidão natural:* Domiciano tinha a tez vermelha.
54. **Pudorem,** *rubor.*
55. **Constans,** *firme.* — **fatum,** *morte natural.*
56. **Pro virili portione,** *pela tua parte.*
57. **Tanquam innocentiam ...donares,** *como se quisesses livrar o imperador da suspeita* (do envenenamento).
58. **Acerbitatem,** *amargura.*
59. **Assidere valetudini,** *assistir-lhe na sua doença.*
60. **Fovere deficientem,** *sustentar as suas forças.*

complexuque non contigit [61]. Excepissemus certe [62] mandata vocesque, quas penitus animo figeremus. Noster hic dolor, nostrum vulnus: nobis tam longae absentiae conditione ante quadriennium [63] amissus est. Omnia sine dubio, optime parentum, assidente amantissima uxore, superfuere [64] honori tuo: paucioribus tamen lacrimis comploratus es, et novissima in luce [65] desideravere aliquid oculi tui.

XLVI. Si quis piorum manibus locus, si, ut sapientibus placet [66], non cum corpore exstinguuntur magnae animae, placide quiescas, nosque, domum tuam, ab infirmo desiderio [67] et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri neque plangi fas est [68]. Admiratione te potius et immortalibus [69] laudibus et, si natura suppeditet [70], similitudine [71] colamus: is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas. Id filiae quoque uxorique praeceperim, sic patris, sic mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque eius secum revolvant, formamque ac figuram animi [72] magis quam corporis complectantur; non quia intercedendum [73] putem imaginibus quae marmore aut aere finguntur; sed, ut vultus hominum, ita simulacra vultus [74] imbecilla ac mortalia sunt, forma mentis aeterna, quam tenere [75] et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis. Quidquid ex

61. **Non contigit,** *não tivemos a dita.*
62. **Certe,** *pelo menos.*
63. **Ante quadriennium,** *quatro anos antes.*
64. **Superfuere,** *foram prodigalizadas, não faltaram.* — **Honori,** *honras supremas.*
65. **Novissima in luce,** *ao abrirem-se pela última vez os teus olhos.*
66. **Placet,** como *ensinam.* — **sapientes,** os *filósofos.*
67. **Ab infirmo desiderio,** *de saudades estéreis.*
68. **Quas... fas est:** que seriam profanadas por lágrimas e soluços.
69. **Immortalibus,** *contínuas.*
70. Si... **suppeditet,** *se a natureza o permitir.*
71. **Similitudine,** *imitando-te.*
72. **Figura animi,** *aspecto moral.*
73. **Intercedendum,** *que devamos insurgir-nos contra.*
74. **Simulacra vultus,** *retrato*
75. **Tenere,** *conservar.*

Agricola amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum, in aeternitate temporum, fama rerum [76]. Nam multos veterum velut inglorios et ignobiles oblivio obruit: Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit [77].

142. Morte de Agripina

III. Igitur Nero vitare [1] secretos eius congressus [2], abscedentem in hortos aut Tusculanum [3] vel Antiatem in agrum laudare quod otium capesseret. Postremo, ubicumque haberetur [4], praegravem [5] ratus, interficere constituit, hactenus [6] consultans, veneno an ferro vel qua alia vi. Placuitque primo venenum: sed inter epulas principis si daretur, referri ad casum [7] non poterat, tali iam Britannici exitio [8], et ministros tentare [9] arduum videbatur mulieris usu [10] scelerum adversus insidias intentae; atque ipsa praesumendo remedia munierat corpus. Ferrum et caedes [11] quonam modo occultaretur, nemo reperiebat; et, ne quis illi tanto facinori delectus iussa sperneret, metuebant. Obtulit ingenium [12] Anicetus libertus, classi apud Misenum praefectus [13] et pueritiae Neronis educator, ac mutuis odiis Agrippinae invi-

76. **Fama rerum,** *na história da sua vida.*
77. **Superstes erit,** *sobrevirá.*
142. 1. **Vitare,** *evitava* (inf. hist.).
2. **Secretos congressus,** *de se encontrar só* (com Agripina).
3. **Tusculanum:** perto de Frascati. — **Antiatem:** Âncio era uma vila do Lácio, a 52km. ao sul de Roma, junto ao mar.
4. **Haberetur,** *que ela estivesse.*
5. **Prægravem ratus,** *considerando que ela se tornava uma carga bem pesada.*
6. **Hactenus,** *sòmente.* — **consultans,** *deliberando, duvidando.*
7. **Ad casum,** *a uma casualidade.*
8. **Tali... exitio,** *dada já a morte semelhante de Britânico.*
9. **Tentare,** *corromper, comprar.*
10. **Mulieris usu scelerum,** *dada a prática do crime naquela mulher.* — **intentæ,** *atenta a.*
11. **Ferrum et cædes,** *a morte pelo ferro.*
12. **Ingenium,** *invenção, expediente.*
13. **Classi præfectus,** *que estava à testa da armada.*

sus. Ergo navem posse componi docet, cuius pars, ipso in mari per artem[14] soluta, effunderet ignaram: «nihil tam capax fortuitorum quam mare; et, si naufragio intercepta sit[15], quem adeo iniquum[16] ut sceleri assignet quod venti et fluctus deliquerint? Additurum[17] principem defunctae templum et aras et cetera ostentandae pietati».

IV. Placuit sollertia[18], tempore etiam iuta, quando Quinquatruum[19] festos dies apud Baias frequentabat. Illuc matrem elicit, ferendas[20] parentium iracundias et placandum animum dictitans, quo[21] rumorem reconciliationis efficeret acciperetque Agrippina, facili feminarum credulitate[22] ad gaudia. Venientem dehinc obvius in littora (nam Antio adventabat) excipit manu et complexu ducitque Baulos[23]: id villae nomen est, quae, promontorium Misenum inter et Baianum lacum[24], flexo mari[25] alluitur. Stabat inter alias navis ornatior, tanquam id quoque honori matris daretur: quippe[26] sueverat triremi et classiariorum remigio vehi; ac tum invitata ad epulas erat, ut occultando facinori nox adhiberetur. Satis constitit exstitisse proditorem, et Agrippinam, auditis insidiis, an crederet ambiguam, gestamine sellae[27] Baias pervectam. Ibi blandimentum sublevavit metum, comiter excepta superque ipsum[28] collocata. Nam

14. **Per artem,** *artificialmente.*
15. **Si intercepta sit,** *se ela perecesse.*
16. **Quem adeo iniquum,** *que homem tão injusto.*
17. **Additurum templum,** *edificaria um templo.*
18. **Sollertia,** *este hábil projecto.* — **tempore,** *pelas circunstâncias.*
19. **Quinquatruum,** *festas em honra de Minerva*: durava cinco dias (de 19 a 24 de Março).
20. **Ferendas iracundias,** *que se deviam suportar os movimentos de cólera.*
21. **Quo,** *para que por esse meio.*
22. **Credulitate,** *dada a credulidade.*
23. **Baulos:** esta vila pertencera a Hortênsio e era agora propriedade imperial.
24. **Baianum lacum,** *o lago Lucrino.*
25. **Flexo mari,** *formando o mar uma enseada.*
26. **Quippe,** *pois que.*
27. **Gestamine vellæ... pervectam,** *fez-se transportar para Baias em sede gestatória.* — **ambigua,** *duvidosa.*
28. **Super ipsum,** *acima dele* (Nero): em lugar de honra.

pluribus sermonibus, modo familiaritate iuvenili Nero et rursus adductus[29], quasi seria consociaret, tracto[30] in longum convictu, prosequitur abeuntem, arctius oculis et pectori haerens, sive explenda simulatione[31], seu periturae matris supremus adspectus quamvis ferum animum retinebat.

V. Noctem sideribus illustrem[32] et placido mari quietam, quasi convincendum ad scelus, dii praebuere. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus, ex quis[33] Crepereius Gallus haud procul gubernaculis adstabat[34], Acerronia, super pedes cubitantis reclinis[35], poenitentiam filii et recuperatam matris gratiam per gaudium[36] memorabat, cum, dato signo, ruere tectum loci[37], multo plumbo grave; pressusque Crepereius et statim exanimatus est. Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus[38] ac forte validioribus, quam ut[39] oneri cederent, protectae sunt. Nec dissolutio navigii sequebatur, turbatis omnibus, et quod plerique ignari etiam conscios impediebant. Visum dehinc remigibus unum in latus inclinare atque ita navem submergere. Sed neque ipsis promptus in rem subitam consensus, et alii, contra nitentes[40], dedere facultatem lenioris in mare iactus. Verum Acerronia, imprudentia[41] dum se Agrippinam esse utque subveniretur matri principis clamat, contis

29. **Adductus,** *sério, severo.*
30. **Tracto... convictu,** *prolongando até altas horas o festim.*
31. **Explenda simulatione,** *como complemento da sua dissimulação, para cúmulo da hipocrisia.*
32. **Sideribus illustrem,** *estrelada.*
33. **Ex quis** = *ex quibus.*
34. **Haud procul... adstabat,** *encontrava-se não longe do leme.*
35. **Super pedes... reclinis,** *apoiada sobre os pés da cama em que repousava a sua ama.*
36. **Per gaudium,** *com alegria.*
37. **Ruere tectum loci,** *desabou o tecto da cabine.* — **multo plumbo grave,** *carregado de chumbo.*
38. **Lecti parietibus,** *pelos lados da cama.* — **eminentibus,** *que se erguiam acima delas.*
39. **Validioribus quam ut,** *demasiado sólidas para.*
40. **Contra nitentes,** *fazendo esforço em sentido contrário.*
41. **Imprudentia,** *por imprudência.*

et remis et, quae fors obtulerat [42], navalibus telis [43] conficitur: Agrippina silens eoque minus agnita unum tamen vulnus humero excepit; nando, deinde occursu lenunculorum Lucrinum in lacum vecta, villae suae infertur [44].

VI. Illic reputans ideo se fallacibus litteris accitam et honore praecipuo [45] habitam, quodque littus iuxta, non ventis acta, non saxis impulsa navis summa sui parte, veluti terrestre machinamentum [46], concidisset, observans etiam Acerroniae necem, simul suum vulnus adspiciens, solum insidiarum remedium esse sensit, si non intellegerentur [47]; misitque libertum Agerinum, qui nuntiaret filio benignitate deum et fortuna eius evasisse gravem casum [48]; orare ut, quamvis periculo matris exterritus, visendi curam differret; sibi ad praesens [49] quiete opus. Atque interim, securitate simulata, medicamina vulneri et fomenta corpori adhibet; testamentum Acerroniae requiri bonaque obsignari [50] iubet, id tantum non per simulationem.

VII. At Neroni, nuntios patrati facinoris opperienti [51], affertur evasisse ictu levi sauciam, et hactenus [52] adito discrimine, ne auctor dubitaretur. Tum pavore exanimis et iam iamque affore obtestans [53] vindictae properam, sive servitia armaret vel militem accenderet, sive ad senatum et populum pervaderet, naufragium

---

42. **Quae fors obtulerat,** *que o acaso oferecera, que encontrara à mão.*
43. **Navalibus telis,** *com os aprestos empregados como dardos.*
44. **Villae suae infertur,** *foi levada à sua casa de campo.*
45. **Honore praecipuo,** *com tantas honras.*
46. **Veluti terrestre machinamentum,** *como se o caso se tivesse passado em terra por meio de uma máquina.*
47. **Si non intellegerentur,** *se se fizesse desentendida.*
48. **Gravem casum,** *grave acidente.*
49. **Ad praesens,** *por agora.*
50. **Obsignari,** *selar.*
51. **Opperior,** *aguardar.*
52. **Hactenus... discrimine,** *do risco corrido sòmente (não restavam dúvidas sobre o autor).*
53. **Affore obtestans,** *jurando que ela ia vir.* — **vindictae properam,** *depressa para se vingar.* — **servitia,** *escravos.*

et vulnus et interfectos amicos obiciendo: quod contra [54] subsidium sibi? nisi quid Burrus et Seneca [55]. Quos statim acciverat, incertum [56] an et ante gnaros. Igitur longum utriusque silentium, ne irriti dissuaderent [57], an eo descensum credebant, ut, nisi praeveniretur Agrippina [58], pereundum Neroni esset? Post Seneca hactenus promptius [59], respicere Burrum ac sciscitari an militi imperanda caedes esset. Ille praetorianos, toti Caesarum domui obstrictos [60] memoresque Germanici, nihil adversus progeniem eius atrox ausuros respondit: perpetraret Anicetus promissa. Qui, nihil cunctatus, poscit summam [61] sceleris. Ad eam vocem Nero illo sibi die dari imperium auctoremque tanti muneris libertum profitetur: iret propere duceretque promptissimos ad iussa [62]. Ipse, audito [63] venisse missu Agrippinae nuntium Agerinum, scaenam [64] ultro criminis parat, gladiumque, dum mandata perfert, abicit inter pedes eius; tum quasi deprehenso, vincla inici iubet, ut exitium principis molitam matrem et, pudore deprehensi sceleris, sponte mortem sumpisse confingeret.

VIII. Interim vulgato Agrippinae periculo, quasi casu evenisset ut quisque acceperat, decurrere ad littus. Hi molium obiectus [65], hi proximas scaphas scandere; alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare; quidam manus protendere; questibus, votis, clamore diversa rogitantium aut incerta respondentium omnis ora com-

---

54. **Contra,** *pelo contrário.*
55. **Nisi... Seneca,** *a não ser que Burro e Séneca (encontrassem algum expediente).*
56. **Incertum an... gnaros,** *não se sabe se eles estavam já ao corrente.*
57. **Ne irritum dissuaderent,** *receando perder o tempo a dissuadi-lo.* — **eo descensum,** *que se tinha chegado a tal ponto.*
58. **Nisi... Agrippina,** *se não se adiantasse a Agripina.*
59. **Hactenus promptius,** *com mais decisão, mas uma decisão que se limitava (a sugerir indirectamente o crime).*
60. **Obstrictos,** *afeiçoados.*
61. **Poscere summam sceleris,** *encarregar-se de consumar o crime.*
62. **Ad iussa,** *para a execução das suas ordens.*
63. **Audito,** *tendo ouvido dizer que.*
64. **Scaena,** *máscara, ficção.*
65. **Molium obiectus,** *diques, paredão.*

pleri; affluere ingens multitudo cum luminibus, atque, ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum[66] sese expedire, donec adspectu armati et minitantis agminis disiecti sunt. Anicetus villam statione circumdat refractaque ianua[67] obvios servorum abripit, donec ad fores cubiculi veniret; cui pauci adstabant, ceteris terrore irrumpentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat et ancillarum una, magis ac magis anxia Agrippina[68], quod nemo a filio[69] ac ne Agerinus quidem: aliam fore[70] laetae rei faciem; nunc solitudinem ac repentinos strepitus et extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla: «Tu quoque me deseris» prolocuta, respicit Anicetum, trierarcho Herculeio et Obarito, centurione classiario, comitatum, ac, si ad visendum venisset, refotam nuntiaret[71]: sin facinus patraturus, nihil se de filio credere; non imperatum parricidium. Circumsistunt lectum percussores; et prior trierarchus fusti caput eius afflixit. Iam in mortem centurioni ferrum destringenti protendens uterum: «Ventrem feri», exclamavit, multisque vulneribus confecta est.

IX. Haec consensu produntur[72]. Adspexeritne matrem exanimem Nero et formam[73] corporis eius laudaverit, sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. Cremata est nocte eadem convivali lecto[74] et exsequiis vilibus: neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta aut clausa humus[75]. Mox domesticorum cura levem tumulum accepit, viam Miseni propter[76] et villam Caesaris dictatoris,

---

66. **Ad gratandum,** *para felicitar.* — **sese expedire,** *preparavam-se.*
67. **Refractaque ianua,** *arrombando a porta.*
68. **Anxia Agrippina:** abl. absoluto.
69. **A filio,** *da parte do filho.*
70. **Aliam fore... faciem,** *que outro havia de ser o aspecto se as coisas tivessem corrido bem.*
71. **Refotam nuntiaret,** *lhe anunciasse que já estava curada.*
72. **Consensu produntur,** *(sobre estas coisas) a tradição é unânime.*
73. **Forma,** *beleza.*
74. **Convivali lecto,** *sobre um leito de mesa.*
75. **Congesta... humus,** *não lhe foi erguido nenhum montículo de terra nem monumento algum.*
76. **Propter,** *perto.*

quae subiectos sinus editissima prospectat[77]. Accenso rogo libertus eius, cognomento Mnester, ipse se ferro transegit, incertum caritate in patronam an metu exitii. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina contempseratque. Nam consulenti super Nerone responderant Chaldaei fore ut imperaret, matremque occideret; atque illa: «Occidat, inquit, dum imperet».

X. Sed a Caesare perfecto demum scelere magnitudo eius intellecta est. Reliquo noctis[78], modo per silentium defixus[79], saepius pavore exsurgens et mentis inops, lucem opperiebatur, tanquam exitium allaturam. Atque eum, auctore Burro[80], prima centurionum tribunorumque adulatio ad spem firmavit, prensantium manum gratantiumque quod discrimen improvisum et matris facinus evasisset. Amici dehinc adire templa[81], et, coepto exemplo, proxima Campaniae municipia victimis et legationibus laetitiam testari[82]: ipse, diversa simulatione maestus et quasi incolumitati suae infensus ac morti parentis illacrimans. Quia tamen non, ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur, obversabaturque[83] maris illius et littorum gravis adspectus (et erant qui crederent sonitum tubae collibus circum[84] editis planctusque tumulo matris audiri), Neapolim concessit[85], litterasque ad senatum misit, quarum summa[86] erat repertum cum ferro percussorem Agerinum, ex intimis Agrippinae libertis, et luisse[87] eam poenam conscientia qua scelus paravisset.

---

77. **Quae... prospectat,** *a qual do alto do promontório contempla os golfos que se espraiam a seus pés.*
78. **Reliquo** (*tempore*) **noctis,** *durante o resto da noite.*
79. **Modo... defixus,** *ora transido numa atitude imóvel e muda.*
80. **Auctore Burro,** *por instigação de Burro.*
81. **Adire templa,** *vão aos templos.*
82. **Laetitiam testari,** *atestam o seu regozijo.*
83. **Obversabatur,** *estava diante dos seus olhos.*
84. **Collibus circum editis,** *nas colinas circunvizinhas.*
85. **Concessit,** *retirou-se.*
86. **Quarum summa,** *o resumo das quais (era), que em resumo diziam.*
87. **Luisse eam poenam,** *que ela mesma se tinha dado a morte.*

XI. Adiciebat crimina longius[88] repetita, «quod consortium imperii iuraturasque in feminae verba[89] praetorias cohortes, idemque dedecus senatus et populi speravisset; ac postquam frustra habita sit[90], infensa militi patribusque et plebi, dissuasisset donativum[91] et congiarum periculaque viris illustribus instruxisset. Quanto suo labore perpetratum ne irrumperet curiam, ne gentibus externis responsa daret»! Temporum quoque Claudianorum obliqua insectatione[92], cuncta eius dominationis flagitia in matrem transtulit, publica fortuna exstinctam referens. Namque et naufragium narrabat: quod fortuitum fuisse quis adeo hebes inveniretur ut crederet, aut a muliere naufraga missum cum telo unum qui cohortes et classes imperatoris perfringeret? Ergo non iam Nero, cuius immanitas omnium questus anteibat, sed Seneca adverso[93] rumore erat, quod oratione tali confessionem scripsisset.

XII. Miro tamen certamine procerum decernuntur supplicationes[94] apud omnia pulvinaria[95], utque Quinquatrus, quibus apertae essent insidiae, ludis annuis celebrarentur; aureum Minervae simulacrum in curia et iuxta principis imago statuerentur; dies natalis Agrippinae inter nefastos esset. Thrasea Paetus, silentio vel brevi assensu priores adulationes transmittere solitus, exiit tum senatu, ac sibi causam periculi fecit[96], ceteris libertatis initium non praebuit.

---

88. **Longius repetita**, *tomados desde mais longe.*
89. **In verba alicuius iurare**, *prestar juramento de obediência a alguém*: repetindo a fórmula de juramento ditada por ele.
90. **Frustra habita sit**, *tendo trabalhado em vão.*
91. **Donativum**, *gratificação* que se costumava dar aos soldados quando surgia um novo imperador.
92. **Obliqua insectatione**, *com um ataque indirecto.*
93. **Adverso rumore erat**, *ficava mal parado ante a opinião pública.*
94. **Supplicationes**, *acções de graças.*
95. **Pulvinaria**, *templos.*
96. **Causam periculi fecit**, *pôs-se em perigo.*

143. Incêndio de Roma

XXXVIII. Sequitur clades[1], forte[2] an dolo principis incertum (nam utrumque auctores prodidere), sed omnibus, quae huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. Initium in ea parte Circi ortum, quae Palatino Caelioque montibus contigua est; ubi per tabernas[3], quibus id mercimonium[4] inerat quo flamma alitur, simul coeptus ignis et statim validus ac vento citus[5] longitudinem Circi corripuit[6]: neque enim domus munimentis[7] saeptae vel templa muris cincta, aut quid aliud[8] morae interiacebat. Impetu pervagatum incendium plana[9] primum, deinde in edita[10] assurgens, et rursus inferiora populando, anteiit remedia velocitate mali, et obnoxia[11] urbe arctis itineribus hucque et illuc flexis[12], atque enormibus vicis[13], qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta paventium feminarum, fessa aut rudis pueritiae aetas[14], quique[15] sibi quique aliis consulebant, dum trahunt invalidos aut opperiuntur, pars mora, pars festinans, cuncta impediebant. Et saepe,

---

143. 1. **Sequitur clades**, *sobreveio em seguida um desastre.*
2. **Forte an dolo incertum**, *não se sabe se por acaso ou por maldade.*
3. **Taberna**, *loja.*
4. **Mercimonium**, *mercadoria:* nome genérico para designar materiais combustíveis, como: pez, resina, azeite, enxofre, etc.
5. **Vento citus**, *impelido pelo vento.*
6. **Longitudinem . . . corripuit**, *alastrou-se por todo o comprimento do circo.*
7. **Munimentis**: sólidos muros dos jardins que separavam entre si as casas dos nobres romanos.
8. **Aut quid aliud . . . interiacebat**, *nem nenhuma outra coisa que se opusesse ao progresso da catástrofe.*
9. **Plana primum**, *primeiramente nas partes planas.*
10. **In edita assurgens**, *lançando-se para as partes altas.*
11. **Obnoxia urbe**, *estando a cidade exposta* (aos incêndios). — **arctibus itineribus**, *pelas suas ruas estreitas.*
12. **Huc et illuc flexis**, *tortuosas.*
13. **Enormibus vicis**, *com as suas ruas irregulares.*
14. **Fessa aetas**, *a velhice.* — **rudis pueritia**, *a inexperiência das crianças.*
15. **Quique**, *os que.* — **consulere** (dat.), *olhar por.* — **opperior**, *esperar.*

dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur; vel si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam quae longinqua crediderant in eodem casu reperiebant. Postremo, quid vitarent, quid peterent ambigui [16], complere vias, sterni per agros; quidam, amissis omnibus fortunis, diurno quoque victu, alii caritate [17] suorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio, interiere. Nec quisquam defendere [18] audebat, crebris multorum minis [19] restinguere prohibentium, et quia alii palam faces iaciebant atque esse sibi auctorem [20] vociferabantur, sive raptus licentius exercerent, seu iussu.

XXXIX. Eo in tempore Nero, Antii agens, non ante in Urbem regressus est, quam domui eius, qua Palatium et Maecenatis hortos continuaverat [21], ignis propinquaret. Neque tamen sisti [22] potuit, quin et Palatium et domus et cuncta circum haurirentur. Sed, solatium populo exturbato ac profugo [23], campum Martis ac monumenta Agrippae [24], hortos, quin etiam suos [25] patefecit, et subitaria [26] aedificia exstruxit, quae multitudinem inopem acciperent; subvectaque utensilia [27] ab Ostia et propinquis municipiis, pretiumque frumenti minutum usque ad ternos nummos [28]. Quae, quanquam popularia, in irritum [29] cadebant, quia pervaserat rumor

16. **Ambigui,** *duvidosos, sem saber.*
17. **Caritate suorum,** *por amor para com os seus.*
18. **Defendere,** *impedir.*
19. **Crebris minis,** *por causa das frequentes ameaças.*
20. **Sibi auctorem,** *que estavam autorizados.*
21. **Continuaverat,** *tinha unido.*
22. **Neque sisti potuit,** *não se pôde deter.* — **quin,** *sem que.*
23. **Exturbato ac profugo,** *errante e sem asilo.*
24. **Monumenta Agrippae:** Agripa tinha ornamentado o campo de Marte com numerosos monumentos.
25. **Suos,** *os seus jardins* (no Vaticano).
26. **Subitaria ... exstruxit,** *mandou construir à pressa barracas.*
27. **Subvectaque utensilia,** *foram trazidos* (mandou vir) *artigos de primeira necessidade* (víveres).
28. **Pretium... nummos,** *fez baixar o preço do trigo até três sestércios* (o alqueire).
29. **In irritum cadebant,** *não sortiam efeito.*

in ipso tempore flagrantis Urbis inisse eum domesticam scaenam [30] et cecinisse Troianum excidium, praesentia mala vetustis cladibus assimulantem [31].

XL. Sexto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus, prorutis per immensum [32] aedificiis, ut continuae violentiae campus [33] et velut vacuum caelum occurreret. Necdum positus [34] metus, et redibat haud levius rursum grassatus ignis, patulis [35] magis Urbis locis; eoque [36] strages hominum minor, delubra deum et porticus amoenitati dicatae latius procidere [37]. Plusque infamiae [38] id incendium habuit, quia praediis Tigellini Æmilianis proruperat, videbaturque Nero condendae urbis novae et cognomento suo appellandae gloriam quaerere. Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur: quarum quatuor integrae manebant, tres solo tenus [39] deiectae; septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera et semusta [40].

30. **Inisse... scaenam,** *subira ao seu teatro particular.*
31. **Praesentia... assimulantem,** *procurando no passado semelhanças com o desastre presente.*
32. **Prorutis... aedificiis,** *demolindo uma grande extensão de edifícios.*
33. **Campus occurreret,** *(para que à sua contínua violência) se opusesse o descampado e, por assim dizer, o vazio do céu.*
34. **Positus,** *banido.*
35. **Patulis locis,** *nos lugares mais abertos.*
36. **Eoque minor,** *por isso houve menos perdas humanas.*
37. **Latius procidere,** *ruíram em maior extensão.*
38. **Plus infamiæ habuit,** *deu aso a mais maledicência.*
39. **Solo tenus deiectae,** *destruídas até ao solo.*
40. **Lacera et semusta,** *arruinadas e semi-queimadas.*

144. PLINIUS IUNIOR

Vita. — C. Plinius Caecilius Secundus, qui quidem Iunior communiter appellatur, ut a Plinio Seniore, avunculo suo, distinguatur, Novi Comi, ad Larium lacum, anno sexagesimo primo vel altero post Christum natum in lucem est genitus. Quintiliano magistro usus, tantopere in dicendi arte profecit, ut in foro magna cum laude versatus sit. Mox tamen in Syriam stipendia facturus profectus, Romam inde repetivit, ubi sub Traiano imperatore tanta floruit gratia, ut omnes honorum gradus ascenderit. Divitias, quibus ultra modum abundabat, bibliothecae in patria urbe condendae, litterarum ludis instituendis et eruditorum virorum inopiae sublevandae liberaliter impendit. Vita concessit anno fere 113 p.Ch.n.

Opera. — Scripsit Plinius Minor *Traiani Panegyricum* et *Epistularum libros X*. Quamquam fatendum est fere illum omnia litterarum genera delibasse.

Iudicium.— Si quidem ab ea Ciceronis praestantia, quam quidem assequi studuit, longissime abest, nihilominus ad nostram vitam magis accedit ac tanta pollet gratia ut eum hodie legentibus maximae sit delectationi.

In *Epistulis* singularis elucet eius ingenii praestantia ac fama nobilior. At animus ille candidus, cuius Ciceronis litterae egregium exstant exemplum, sine dubio desideratur.

145. A erupção do Vesúvio no ano 79

C. Plinius Cornelio Tacito suo s.

Ais te adductum litteris, quas exigenti tibi de morte avunculi mei scripsi, cupere cognoscere, quos ego, Miseni relictus, (id enim ingressus abruperam [1]) non solum metus, verum etiam casus pertulerim.

145. 1. **Abruperam,** *tinha-o interrompido.* — **pertulerim,** *tive que passar.*

Quanquam animus meminisse horret...
Incipiam [2].

Profecto [3] avunculo, ipse reliquum tempus studiis (ideo remanseram) impendi, Mox balneum, cena, somnus inquietus et brevis. Praecesserat per multos dies tremor terrae, minus formidolosus, quia Campaniae solitus. Illa vero nocte ita invaluit, ut non moveri omnia, sed everti crederentur. Irrumpit cubiculum meum mater: surgebam, invicem [4], si quiesceret, excitaturus. Residimus in area domus, quae mare a tectis modico spatio dividebat. Dubito constantiam vocare an imprudentiam debeam; agebam enim duodevicesimum annum. Posco librum Titi Livii, et quasi per otium lego, atque etiam, ut coeperam, excerpo. Ecce amicus avunculi, qui nuper ad eum ex Hispania venerat, ut me et matrem sedentes, me vero etiam legentem videt, illius patientiam, securitatem meam corripit [5]: nihilo segnius [6] ego intentus in librum. Iam hora diei prima, et adhuc dubius et quasi languidus dies. Iam quassatis [7] circumiacentibus tectis, quanquam in aperto loco, angusto tamen, magnus et certus ruinae metus. Tum demum excedere oppido visum [8]. Sequitur vulgus attonitum; quodque in pavore simile prudentiae, alienum consilium suo praefert, ingentique agmine abeuntes premit et impellit. Egressi tecta consistimus. Multa ibi miranda, multas formidines patimur. Nam vehicula, quae produci iusseramus, quanquam in planissimo campo, in contrarias partes agebantur [9], ac ne lapidibus quidem fulta [10] in eodem vestigio [11] quiescebant. Praeterea mare in se resorberi, et tremore terrae quasi repelli videbamus. Certe proces-

2. Virgílio, *En.*, *II*, 12.
3. **Profecto,** *tendo partido.*
4. **Invicem,** *por minha parte.*
5. **Corripit,** *censura.*
6. **Nihilo segnius,** *com não menos ardor.*
7. **Quassatis,** *sacudidos, abalados.*
8. **Visum** (*est*), *pareceu.*
9. **Agebantur,** *eram arrastados.*
10. **Fulta,** *calçados, sustidos.*
11. **In eodem vestigio,** *no mesmo sítio*

serat littus, multaque animalia maris siccis arenis detinebat. Ab altero latere nubes atra et horrenda, ignei spiritus tortis [12] vibratisque discursibus rupta, in longas flammarum figuras dehiscebat [13]: fulgoribus illae et similes et maiores erant.

Tum vero ille idem ex Hispania amicus, acrius et instantium: «Si frater, inquit, tuus, tuus avunculus vivit, vult esse vos salvos: si periit, superstites voluit: proinde quid cessatis evadere?» Respondimus, non commissuros nos, ut de salute eius incerti, nostrae consuleremus. Non moratus ultra, proripit se [14], effusoque cursu periculo aufertur. Nec multo post, illa nubes descendere in terras, operire maria. Cinxerat Capreas [15] et absconderat: Miseni quod procurrit [16] abstulerat. Tum mater orare, hortari, iubere, quoquo modo fugerem; posse enim iuvenem; se et annis et corpore gravem bene [17] morituram, si mihi causa mortis non fuisset. Ego contra, salvum me, nisi una [18], non futurum; deinde manum eius amplexus, addere gradum [19] cogo. Paret aegre, incusatque se, quod me moretur.

Iam cinis, adhuc tamen rarus. Respicio: densa caligo tergis imminebat, quae nos, torrentis modo infusa terrae [20], sequebatur. «Deflectamus [21], inquam, dum videmus, ne in via strati, comitantium turba in tenebris obteramur». Vix consederamus, et nox, non qualis illunis [22] aut nubila, sed qualis in locis clausis lumine exstincto. Audires [23] ululatus feminarum, infantium quiritatus, clamores virorum. Alii parentes, alii liberos, alii

12. **Tortis vibratisque discursibus rupta,** *rasgados por rápidos zizgagues.*
13. **Dehiscebant,** *rasgavam-se, abriam-se.*
14. **Prorripit se,** *adianta-se.*
15. **Capreas,** *Capri.*
16. **Miseni quod procurrit,** *a parte do monte Miseno que avança para o mar.*
17. **Bene,** *contente.*
18. **Nisi una,** *a não ser juntamente com ela.*
19. **Addere gradum,** *a estugar (apressar) o passo.*
20. **Infusa terrae,** *espalhando-se pelo solo.*
21. **Deflectamus ... obteramur,** *deixemos o caminho, não seja caso que a multidão que nos segue nos esmague na escuridão.*
22. **Illunis,** *sem lua.*
23. **Audires,** *poder-se-ia ouvir.*

coniuges vocibus requirebant, vocibus noscitabant [24]. Hi suum casum, illi suorum miserabantur. Erant qui metu mortis mortem precarentur. Multi ad deos manus tollere, plures nusquam iam deos ullos, aeternamque illam et novissimam noctem mundo interpretabantur. Nec defuerunt qui fictis mentitisque terroribus vera pericula augerent. Aderant qui Miseni illud ruisse, illud ardere, falso, sed credentibus, nuntiabant.

Paulum reluxit; quod non dies nobis, sed adventantis ignis indicium videbatur. Et ignis quidem longius substitit: tenebrae rursus, cinis rursus multus et gravis. Hunc identidem [25] assurgentes excutiebamus: operti alioqui atque etiam oblisi pondere essemus. Possem gloriari, non gemitum mihi, non vocem parum fortem in tantis periculis excidisse, nisi me cum omnibus, omnia mecum perire, misero, magno tamen mortalitatis solatio credidissem. Tandem illa caligo tenuata quasi in fumum nebulamve discessit: mox dies verus, sol etiam effulsit, luridus [26] tamen, qualis esse, cum deficit, solet. Occursabant [27] trepidantibus adhuc oculis mutata omnia, altoque cinere, tanquam nive, obducta [28].

Regressi Misenum, curatis utcumque corporibus, suspensam dubiamque noctem spe ac metu exegimus [29]. Metus praevalebat: nam et tremor terrae perseverabat, et plerique lymphati [30] terrificis vaticinationibus et sua et aliena mala ludificabantur [31]. Nobis tamen ne tunc quidem, quanquam et expertis periculum et exspectantibus [32], abeundi consilium, donec de avunculo nuntius veniret.

Haec, nequaquam historia digna, non scripturus leges, et tibi, scilicet qui requisisti, imputabis, si digna ne epistola quidem videbuntur. Vale. (VI, 20).

24. **Noscitabant,** *procuravam reconhecer.*
25. **Identidem,** *por diversas vezes.*
26. **Luridus,** *sombrio.*
27. **Occursabant,** *os objectos apresentavam-se.*
28. **Obducta,** *cobertos de.*
29. **Noctem exegimus,** *passámos a noite.*
30. **Lymphatus,** *louco.*
31. **Ludificabantur,** *convertiam em objecto de riso, exageravam burlescamente.*
32. **Exspectantibus,** *aguardando* que o perigo voltasse.

146. IUVENALIS

Vita. — De huius poetae vita pauca nobis pro certo constant. De anno ipso quo in vitam venerit, satis etiam ambigitur. Aquini, in Volscorum oppido, ad extremum saeculum post Christum primum nobili genere ortum videtur habuisse. Romam venit, ubi in publicis recitationibus, ad plausus capiendos orationes de rebus commenticiis declamitabat. Martiale usus est amico, qui plura ei epigrammata dicavit. Deinde cum operam poesi navare coepisset, sub Traïano et Hadriano satiras composuit. Sunt qui coniciant Hadrianum per speciem honoris Iuvenalem, cum senex iam octogenarius esset, praefectum in extremam Aegypti partem relegasse, quod in Paridem histrionem, qui imperatori gratus admodum erat, nimis petulanter esset invectus. Ibidem, uti memoria traditum est, senio et vitae taedio confectus suum obiit diem.

Opera.—Sexdecim exstant Iuvenalis *satirae* in quinque libros distributae. In iis mores depingit, non quidem sui temporis, sed hominum qui temporibus Claudii et Neronis vivebant; neque tamen totam veritatem pandit, non quin verum sit quod asserit, sed quia de virtutibus, quae tantorum illis temporibus vitiorum libramenta erant, penitus tacet. Etiam de feminis agit quae nimis doctae cupiunt videri; de flagitiis Romanorum, de litteratorum egestate, de contemptu quo iacent multus disserit.

Iudicium — Iuvenalis poeta est eloquens, atque adeo eloquentior est, quam verior poeta: recitat quippe. Cum in vitium indignatur, sincere vereque conclamat, at inflatius tumidoque ore delitigat. Ipse enim sic sentiebat necessarium, nam

Si natura negat, facit indignatio versum (Sat. I, 79).

Quaedam ex eius carminibus sunt mira brevitate pressa ac vigore pollent. Non pauca etiam in paroemiam abierunt. Sic exempli gratia:

Mens sana in corpore sano (Sat. X, 356).

Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas (Sat. VI, 223).

Maxima debetur puero reverentia (Sat. XIV, 47).

Si minus esset obscurus et rudis in scribendo, magis profecto laudari posset Iuvenalis ex vigore in carminibus pangendis, ex splendore in cogitando, ex brevitate rerum plena.

Vituperandus non semel est quod obscenitates saepius adhibuit. Quamquam eiusmodi turpitudines, quas pingit, nedum legentium animos ad vitia alliciant, id saepe efficiunt ut a turpibus magis abhorreant.

147. Adeus à Roma pervertida

Hic tunc Umbricius: «Quando [1] artibus, inquit, honestis
Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
Res hodie minor est here [2] quam fuit, atque eadem cras
Deteret exiguis aliquid [3], proponimus illuc [4]
Ire, fatigatas ubi Daedalus exuit alas. 25
Dum nova canities [5], dum prima et recta [6] senectus,
Dum superest [7] Lachesi quod torqueat, et pedibus me
Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo,
Cedamus patria [8]: vivant Artorius istic
Et Catulus; maneant, qui nigrum in candida vertunt, 30
Quis [9] facile est aedem conducere [10], flumina, portus,
Siccandam eluviem [11], portandum ad busta cadaver [12]

---

147. 1. **Quando,** *visto que.*
2. **Here,** *ontem.*
3. **Deteret exiguis aliquid,** *perderá ainda alguma coisa do seu pouco.*
4. **Illuc,** *para aqueles lugares:* foi em Cumas que Dédalo *«depôs as suas asas cansadas».*
5. **Dum nova canities,** *enquanto os cabelos mal começam a pôr-se grisalhos.*
6. **Dum prima et recta senectus,** *enquanto a minha velhice é ainda recente e vigorosa.*
7. **Dum superest... quod torqueat,** *enquanto Laquese ainda tem que fiar a meu respeito:* Laquese era uma das Parcas.
8. **Cedamus patria,** *deixemos a pátria.*
9. **Quis** (= *quibus*), *aos quais.*
10. **Conducere,** *tomar de empreitada.*
11. **Siccandam eluviem,** *limpar as cloacas.*
12. **Portandum... cadaver**

Et praebere caput domina venale sub hasta[13].
Quondam hi cornicines[14] et municipalis arenae
Perpetui comites notaeque per oppida buccae. 35
Munera nunc edunt[15], et, verso pollice[16], vulgus
Quem iubet occidunt populariter[17]: inde reversi
Conducunt foricas; et cur non omnia[18], cum sint,
Quales ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit, quoties voluit Fortuna iocari? 40
Quid Romae faciam? Mentiri nescio; librum,
Si malus est, nequeo laudare et poscere[19], motus
Astrorum ignoro; funus promittere patris[20]
Nec volo nec possum; ranarum viscera nunquam
Inspexi[21], ferre ad nuptam, quae mittit adulter, 45
Quae mandat, norunt alii; me nemo ministro[22]
Fur erit, atque ideo nulli comes exeo[23], tanquam
Mancus et exstinctae corpus non utile dextrae[24].
Quis nunc diligitur, nisi conscius[25], et cui fervens
Æstuat occultis animus semperque tacendis? 50
Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam,
Participem qui te secreti fecit honesti;
Carus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult
Accusare potest. Tanti tibi non sit opaci[26]

levar um cadáver para a cremação, isto é, tratar dos funerais.

13. **Praebere caput venale,** *pôr à venda cabeças de escravos.* — **domina sub hasta,** *sob a lança soberana*: a lança simbolizava, no leilão, o *dominium.*

14. **Cornicines,** *corneteiros*: tocavam trombeta nas arenas dos municípios.

15. **Munera edunt,** *dão jogos.*

16. **Verso pollice,** *com o polegar voltado* (para baixo): era o gesto que fazia acabar com o gladiador ferido e suplicante.

17. **Populariter,** *para obedecer* à multidão.

18. **Cur non omnia,** *e por que não?*

19. **Poscere,** *pedir emprestado.*

20. **Funus... patris,** *prometer a um filho que seu pai em breve morrerá.*

21. **Inspexi,** *consultei*: à maneira dos feiticeiros.

22. **Me ministro,** *com os meus serviços, com o meu auxílio.*

23. **Nulli comes exeo,** *não saio como companheiro de ninguém, ninguém me toma por companheiro.*

24. **Extinctae corpus dextrae,** *um corpo que já não tem a mão direita.*

25. **Conscius,** *cúmplice.*

26. **Tanti tibi non sit... ut,** *não aprecies tanto... que.* — **opacus,** *sombreado.*

Omnis arena Tagi quodque in mare volvitur aurum, 55
Ut somno careas ponendaque[27] praemia sumas
Tristis et a magno semper timearis amico.
Quae nunc divitibus gens acceptissima nostris,
Et quos praecipue fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit. Non possum ferre, Quirites, 60
Graecam urbem[28]; quamvis quota[29] portio faecis Achaei?
Iam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes[30],
Et linguam et mores et cum tibicine chordas
Obliquas[31] nec non gentilia tympana secum
Vexit... 65
Rusticus ille tuus sumit trechedipna[32], Quirine,
Et ceromatico fert niceteria[33] collo!
Ingenium velox[34], audacia perdita, sermo
Promptus et Isaeo torrentior[35]: ede, quid illum
Esse putes? quemvis hominem secum attulit ad nos:
Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes[36], 75
Augur, schoenobates, medicus, magus, omnia novit
Graeculus esuriens[37]; in caelum, iusseris[38], ibit.
In summa, non Maurus erat neque Sarmata nec Thrax,
Qui sumpsit pinnas[39], mediis sed natus Athenis.
Horum ego non fugiam conchylia? Me prior ille 80
Signabit[40] fultusque toro meliore[41] recumbet,

27. **Ponenda,** *que deverás abandonar.*

28. **Urbem,** *uma Roma.*

29. **Quota... Achaei,** *que pequena dose de elementos (lodo) gregos* (subent. há em Roma).

30. **Orontes,** o *Oronte*: rio da Síria.

31. **Chordas obliquas,** *as harpas de cordas oblíquas.*

32. **Trechedipna,** *veste de parasita*: palavra grega.

33. **Niceteria:** insígnias de vitória atlética. — **ceromatico collo,** *no pescoço untado com ceroma:* espécie de gordura com que se untavam os atletas.

34. **Ingenium velox,** *eis um homem de espírito subtil.*

35. **Isaeo torrentior,** *mais eloquente do que Iseu*: Iseu era um orador grego.

36. **Aliptes,** *massagista.* — **schoenobates,** *funâmbulo.*

37. **Graecus esuriens,** *esse grego famélico.*

38. **Iusseris,** *se lhe ordenares.*

39. **Qui sumpsit pinnas,** o *que tomou asas*: Dédalo.

40. **Me prior signabit,** *assinará antes de mim.*

41. **Toro meliore,** *num lugar melhor* (à mesa).

Advectus Romam [42] quo pruna et cottona vento?
Usque adeo nihil est, quod nostra infantia caelum
Hausit Aventini, bacca [43] nutrita Sabina?
Quid quod adulandi gens prudentissima laudat 85
Sermone indocti, faciem deformis amici,
Et longum invalidi collum cervicibus aequat
Herculis, Antaeum procul a tellure tenentis,
Miratur vocem augustam, qua deterius nec
Ille sonat, quo mordetur galina marito [44]?... 100
Natio comoeda est. Rides; maiore cachinno
Concutitur; flet, si lacrimas conspexit amici,
Nec dolet; igniculum [45] brumae si tempore poscas,
Accipit endromidem [46]; si dixeris «aestuo», sudat.
Non sumus ergo pares...

148. A mulher doutora

Illa tamen gravior [1], quae, cum discumbere coepit,
Laudat Vergilium, periturae ignoscit Elissae [2], 435
Committit [3] vates et comparat; inde Maronem [4]
Atque alia parte in trutina [5] suspendit Homerum.
Cedunt grammatici, vincuntur rhetores, omnis
Turba tacet; nec causidicus, nec praeco loquetur,
Altera nec mulier: verborum tanta cadit vis; 440
Tot pariter [6] pelves ac tintinnabula dicas
Pulsari. Iam nemo tubas, nemo aera fatiget [7];

42. **Advectus Romam,** *trazido a Roma.* —
43. **Bacca,** *azeitona.*
44. **Marito,** modo jocoso de exprimir o que dizemos: *«cantar de galo».*
45. **Igniculum,** *um pouco de fogo.* — **brumae tempore,** *em tempo de frio.*
46. **Endromidem,** *manto.*
148. 1. **Gravior,** *mais insuportável,* — **discumbere,** *sentar-se à mesa:* entre os romanos, os homens comiam reclinados sobre leitos; as mulheres comiam sentadas.
2. **Elissae,** *Dido.* — **periturae,** *prestes a morrer.*
3. **Comittit vates,** *põe em paralelo os poetas.*
4. **Maronem,** *Virgílio,*
5. **In trutina,** *na balança.*
6. **Tot pariter dicas,** *dir-se-iam outras tantas.*
7. **Iam nemo fatiget,** *já não é preciso atormentar (fatigar).*

Una laboranti poterit succurrere lunae [8].
Imponit finem sapiens et rebus honestis;
Nam quae docta nimis cupit et facunda videri, 445
Crure tenus [9] medio tunicas succingere debet,
Caedere [10] Silvano porcum, quadrante [11] lavari.
Non habeat matrona [12], tibi quae iuncta recumbit,
Dicendi genus [13], aut curvum sermone rotato [14]
Torqueat enthymema [15], nec historias sciat omnes [16]; 450
Sed quaedam ex libris et non intelligat. Odi
Hanc ego, quae repetit volvitque Palaemonis artem [17],
Servata semper lege et ratione loquendi [18],
Ignotosque mihi tenet antiquaria [19] versus,
Nec curanda viris opicae castigat amicae [20] 455
Verba: soloecismum liceat fecisse marito. *(Sat.* VI)

149. Miséria dos gramáticos em Roma

Quis gremio [1] Celadi doctique Palaemonis affert, 215
Quantum grammaticus meruit labor? Et tamen ex hoc,
Quodcumque [2] est (minus est autem quam rhetoris
[aera [3]),

8. **Una... lunæ,** *ela só será capaz de socorrer a lua nos seus eclipses (em trabalhos):* quando havia eclipse da lua, os antigos faziam grande ruído com címbalos e latões.
9. **Crure tenus medio,** *até meio da perna.*
10. **Caedere,** *imolar.*
11. **Quadrante lavari,** *banhar-se por um quarto de ás,* isto é, fazer tudo o que fazem os homens.
12. **Matrona,** *a mulher.*
13. **Dicendi genus,** *estilo.*
14. **Sermone rotato,** *com frases arredondadas.*
15. **Enthymema,** *silogismo.*
16. **Nec historias sciat omnes,** *nem saiba toda a história,* i. é, ignore um pouco de história.
17. **Palaemonis artem,** *o método de Palémon:* gramático do tempo de Nero.
18. **Servata... loquendi,** *sem nunca faltar às regras da linguagem.*
19. **Antiquaria,** *apaixonada por antiqualhas.*
20. **Nec... amicae,** *e que repreende numa amiga ignorante faltas (palavras) a que os homens não prestam atenção.*
149. 1. **Gremio,** *ao bolso.* — **Celadus e Palaemon:** gramáticos.
2. **Quodcumque est,** *apesar de já tão escasso.*
3. **Minus quam aera,** *inferior ao salário.*

Discipuli custos praemordet Acoenonoetus [4];
Et qui dispensat, frangit cibi [5]. Cede, Palaemon,
Et patere [6] inde aliquid decrescere, non aliter quam 220
Institor hibernae tegetis niveique cadurci,
Dummodo non pereat, mediae quod noctis ab hora [7]
Sedisti, qua nemo faber, qua nemo sederet
Qui docet obliquo lanam deducere ferro [8];
Dummodo non pereat, totidem olfecisse lucernas [9], 225
Quot stabant pueri, cum totus decolor esset
Flaccus, et haereret nigro fuligo Maroni.
Rara tamen merces, quae cognitione tribuni [10]
Non egeat. Sed vos [11] saevas imponite leges,
Ut praeceptori verborum regula constet [12], 230
Ut legat historias [13], auctores noverit omnes,
Tanquam ungues digitosque suos [14]...
Exigite ut mores teneros ceu pollice ducat [15],
Ut si quis cera vultum facit; exigite ut sit
Et pater ipsius coetus [16], ne turpia ludant.
«Haec, inquit [17], cura»: sed, cum se verterit annus, 240
Accipe, victori [18] populus quod postulat, aurum.
(Sat. VII).

4. **Custos Acoenonoetus,** o *pedagogo que não reparte:* atributo grego humorístico do pedagogo que acompanhava a criança à escola. — **praemordet,** *começa por retirar a sua parte.*
5. **Qui dispensat... cibi,** o *administrador toma também uma parte do salário.*
6. **Patere,** *deixa que.*
7. **Noctis ab hora:** as escolas abriam ao romper da alba.— **quod sedisti,** o *teres-te sentado.*
8. **Obliquo... ferro,** *fiar a lã com um ferro oblíquo:* o tecelão.
9. **Olfecisse lucernas,** *respirar o cheiro de tantas candeias:* os alunos traziam candeias que alumiavam mal os trechos de Horácio e de Virgílio.
10. **Cognitione tribuni,** *um inquérito do tribuno.*
11. **Vos,** *vós:* os pais.
12. **Verborum... constet,** *que esteja familiarizado com as regras da linguagem.*
13. **Legat historias,** *saiba a história.*
14. **Tamquam ungues digitosque suos,** *na ponta da unha, como a palma da mão.*
15. **Ducat,** *molde.* — **ceu pollice,** *como com o polegar.* — **mores teneros,** *os caracteres tenros (maleáveis).*
16. **Coetus,** *desse bando de crianças.*
17. **Inquit,** *diz:* o pai.
18. **Victori,** *para um cocheiro vencedor.*

PARS ALTERA

DE MEDII AEVI LATINITATE

150. DE LATINITATE CHRISTIANA

Quemadmodum apud Romanos duplex viguit Latinitas, altera erudita, popularis altera, nec eadem cuique scriptori loquendi fuit scribendique ratio, ita Medio Aevo utrumque dicendi genus cognitum adhibitumque est.

Porro autem Christianorum Latinitas, utpote qui praecipui Romanorum sermonis cultores exstiterint, triplicis generis vim passa est: non modo classicae Latinitatis scriptorum vestigia secuti elegantissima nobis litterarum monumenta prodiderunt Minucius Felix, Tertullianus, Hieronymus, Augustinus, Lactantius, aliique non pauci, verum etiam graeci sermonis influxum subierunt et novum quendam stilum novas ideas concipiendi modo accommodatum sibi effinxerunt.

Hoc in carminibus condendis potissimum factum est. Nam praeter carmina nonnulla ad antiquae Latinitatis exemplar excussa, multo plura extremis verbis similiter sonantibus fuderunt.

Exempla perpauca cum liberi sermonis tum orationis adstrictae exscripsimus, quandoquidem tanti non esse ducimus ut in hisce immoremur quae ceteroquin parum inter se differant.

151. MINUCIUS FELIX

Vita. — Minucius Felix, Africanus genere, saeculo II p.Ch.n. in lucem venit. Iuris consulti officium nactus, Romae causas egit, ibique doctrinam christianam amplexatus est, quam ad provectam usque aetatem retinuit eaque communitus diem obiit anno ferme 260.

Opera. — Ut christianam doctrinam ab inimicis defenderet, dialogum composuit, qui *Octavius* inscribitur, in quo Ciceronis more disserendique ratione, Ostiae ad maris litus, duos suos amicos, Caecilium et Octavium disceptantes induxit. Caecilius religionem quidem suam propugnat, Christianorum vero sectam utpote impiam atque ad flagitia pronam acriter insectatur. Vicit tamen Octavius, qui non modo inanem ac falsam esse paganorum superstitionem ostendit, verum etiam Christianorum vitae sanctitate firmis argumentis vindicata, Caecilio persuadet ut, deorum religione eiurata, ad novam fidem se convertat.

Iudicium. — Minucius, qui causidicus esset, eximia valet argumentandi vi. Quae autem ab eo probandi rationes afferuntur, magnam iam partem apud Tertullianum in *Apologetico* inveniuntur. Hinc magna inter doctos exorta controversia est, prior utrum Tertullianus an Minucius scripserit:

sub iudice adhuc lis est. Hoc tamen potius dicendum videtur, argumenta a Minucio adducta non a Tertulliano necessario esse hausta, sed ea passim ab aliis christianae fidei defensoribus evulgata esse.

Minucii genus scribendi tantam gratiam, elegantiam, leporem urbanitatemque prae se fert, ut ad Ciceronem quam proxime accedere videatur.

152. Coragem dos cristãos

Quam pulchrum spectaculum Deo, cum Christianus cum dolore congreditur [1]! cum adversus minas et supplicia et tormenta componitur [2]; cum, strepitum mortis et horrorem carnificis irridens, insultat [3]! cum libertatem suam adversus reges et principes erigit [4]! Soli Deo, cuius est, cedit! cum triumphator et victor ipsi, qui adversum se sententiam dixit, insultat! Vicit enim qui, quod contendit, obtinuit. Quis non miles sub oculis imperatoris [5] audacius periculum provocet? Nemo enim praemium percipit ante experimentum; et imperator tamen, quod non habet, dat; non potest propagare vitam: potest honestare militiam [6]. At enim [7] Dei miles nec in dolore deseritur nec morte finitur. Sic Christianus miser videri potest: non potest inveniri [8]. Vos ipsi calamitosos viros fertis ad caelum [9], Mucium Scaevolam, qui, cum errasset [10] in regem, periisset in hostibus, nisi dexteram perdidisset. Et quot ex nostris non dexteram solum, sed totum corpus uri, cremari, sine ullis eiulatibus [11], pertulerunt, cum dimitti praesertim haberent in sua potestate! Viros cum Mucio vel cum Aquilio [12] aut Regulo comparo! Pueri et mulierculae nostrae cruces et tormenta, feras et omnes suppliciorum terriculas, inspirata [13] patientia doloris, illudunt [14]. Nec intelligitis, o miseri, neminem esse qui aut sine ratione velit poenam subire, aut tormenta sine Deo possit sustinere.

Nisi forte vos decipit, quod [15] Deum nescientes [16] divitiis

150. 1. **Congreditur,** *luta.*
1. **Componitur adversus,** *se dispõe a desafiar.*
3. **Insultat,** *arrosta com.*
4. **Erigit,** *defende.*
5. **Imperatoris,** *general.*
6. **Honestare militiam,** *honrar o valor militar.*
7. **At enim,** *mas pelo contrário.*
8. **Inveniri** (sub. *miser*).
9. **Ferre ad caelum,** *pôr nos cornos da lua.*
10. **Errasset:** Múcio Cévola julgava ter ferido Porsena, mas enganara-se.
11. **Sine ullis eiulatibus,** *sem um grito.*
12. **Aquilio:** foi vencido e torturado por Mitrida.
13. **Inspirata,** *sobrenatural.*
14. **Illudunt,** *desprezam.*
15. **Quod,** *o facto de.*
16. **Deum nescientes,** *os que ignoram a Deus.*

affluant, honoribus floreant, polleant [17] potestatibus. Miseri! in hoc altius [18] tolluntur, ut decidant altius [19]. Ibi enim, ut victimae, ad supplicium saginantur; ut hostiae, ad poenam coronantur. Absque [20] enim notitia Dei, quae potest esse solida felicitas, cum mors sit? Somnio similis, antequam tenetur, elabitur. Rex es? Tam times, quam timeris; et quamlibet sis multo comitatu stipatus [21], ad periculum tamen solus es. Dives es? Sed fortunae male creditur, et magno viatico [22] breve vitae iter non instruitur, sed oneratur. Fascibus et purpuris gloriaris? Vanus error hominis, et inanis cultus dignitatis, fulgere purpura, mente sordescere. Nobilitate generosus es [23]? Parentes tuos laudas? Omnes tamen pari sorte nascimur; sola virtute distinguimur. Nos igitur, qui moribus et pudore censemur, merito malis voluptatibus et pompis vestris et spectaculis abstinemus; quorum et de sacris originem [24] novimus, et noxia blandimenta [25] damnamus. Nam in ludis currilibus, quis non horreat populi in se rixantis insaniam [26]? In gladiatoriis, homicidii disciplinam [27]? In scaenicis etiam non minor furor, et turpitudo prolixior [28].

(*Octavius,* XXXVII).

17. **Polleant potestatibus,** *gozam de dignidades.*
18. **Altius,** *mais alto.*
19. **Altius,** *mais fundo.*
20. **Absque,** *fora de.*
21. **Multo comitatu stipatus,** *acompanhada por grande séquito.*
22. **Magno viatico,** *com grandes preparativos.*
23. **Nobilitate generosus,** *orgulhoso da vossa nobreza.*
24. **De sacris originem,** *a sua origem tirada do culto.*
25. **Noxia blandimenta,** *os atractivos nocivos.*
26. **Insaniam,** *demência.*
27. **Disciplina,** *escola.*
28. **Prolixior,** *mais desenfreado, mais difundido.*

153. TERTULLIANUS

Vita. — Q. Septimius Florens Tertullianus, natione Afer, anno fere 150 p.Ch.n. Carthagine ortus, sub Severo et Caracalla floruit. Antequam Christo initiatus est, Christianorum religionem aliquamdiu irrisit; quam tamen enixius perpensam amplexus est quadragesimum ferme annum agens, eamque strenuissime atque eruditissime defendit. Postremo tamen, sacerdotio auctus, cum ob nimium virtutis morumque integritatis studium Christi consilia a praeceptis parum secerneret, idemque omnibus Christianis imponere vellet, quae paucis Christus suasisset, a quibusdam Ecclesiae romanae ministris accusatus, tanta ira exarsit, ut in Montani haeresim prolapsus eius quoque insaniam brevi quodammodo superaverit.

Opera. — Complura exstant Tertulliani opera, sive adversus haereticos, ut *adversus Marcionem, adversus Valentinianos, adversus Hermogenem* et *de praescriptione haereticorum,* sive pro Christianis, velut *Exhortatio ad martyres, de spectaculis,* quo Christianos hortatur ut publicos ludos fugiant tamquam «cathedram pestilentiarum», *de cultu feminarum* et *de virginibus,* ubi mulieres monet ut ab omni corporis ornatu se abstineant, etc.

Sed omnibus praestat *Apologeticus,* quo ut verbum ipsum innuit a graecanico sermone detortum, mira Christianorum contra persecutores continetur *defensio.*

Iudicium. — Tertulliani doctrina partim est sana, partim est Montani erroribus infecta. Ubi contra haereticos aut adversus Christianorum persecutores invehitur, multo Minucio Felice est vehementior, acriore pollet ingenii acumine, sed minore etiam humanitate commendatur.

Quoad litterarum pretium, Tertullianus est post S. Augustinum unus maximus ac propriissimus Ecclesiae scriptor. Multa namque vocabula a Graecis deduxit, multa nova excudit, multa in diversam significationem detorsit: ergo non solum genus scribendi effecit proprium, sed aliquid etiam novi in latinum sermonem induxit.

154. Condenação dos espectáculos

An ille recogitabit eo tempore de Deo, positus illic ubi nihil est de Deo? Pacem, opinor, habebit, in animo, contendens pro auriga? Pudicitiam ediscet, attonitus in mimos? Nemo denique in spectaculo ineundo prius cogitat, nisi videri et videre. Sed, tragoedo vociferante, exclamationes ille alicuius prophetae retractabit, et inter effeminati histrionis

modos psalmum secum comminiscetur? et cum athletae agent, ille dicturus est «repercutiendum non esse?» Poterit et de misericordia moneri defixus in morsus ursorum et spongias retiarorum? Avertat Deus a suis tantam voluptatis exitiosae cupiditatem!...

Odisse debemus istos conventus et coetus ethnicorum, vel quod [1] illic nomen Dei blasphematur; illic cotidiani in nos leones expostulantur; inde persecutiones decernuntur, inde tentationes [2] emittuntur. Quid facies in illo suffragiorum impiorum aestuario deprehensus? Non quasi [3] aliquid illic pati possis ab hominibus: nemo te cognoscit Christianum; sed recogita quid de te fiat in caelo. Dubitas enim illo momento, quo in diaboli ecclesia [4] fueris, omnes angelos prospicere de caelo, et singulos denotare quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo adversus Deum administraverit? Non ergo fugies sedilia hostium Christi, illam cathedram pestilentiarum, ipsumque aerem, qui desuper incubat, scelestis vocibus conspurcatum?

Sin dulcia licet et grata et simplicia, etiam honesta quaedam. Nemo venenum temperat felle et elleboro [5], sed conditis pulmentis et bene saporatis et plurimum dulcibus [6] id mali inicit: ita et diabolus letale quod conficit, rebus Dei gratissimis et acceptissimis imbuit. Omnia illic seu fortia, seu honesta, seu canora, seu subtilia, proinde habe ac si [7] stilicidia mellis de renunculo venenato: nec tanti [8] gulam facias voluptatis, quanti periculum per suavitatem.

(*De Spectaculis,* XVI).

154. 1. **Vel quod,** *até pelo facto de.*
2. **Tentationes,** *medidas para pôr os cristãos à prova.*
3. **Non quasi,** *não é que.*
4. **Ecclesia,** (sentido original), *assembleia.*
5. **Elleboro,** *eléboro*: espécie de purgante.
6. **Plurimum dulcibus,** os *mais doces possível.*
7. **Proinde ac si** (*essent*), como se (fossem).
8. **Tanti facere,** *estimar tanto...*

155. S. HIERONYMUS

Vita. — Sophronius Eusebius Hieronymus Stridone, in Dalmatia, anno circiter 340 a parentibus christianis ortum habuit. Iuvenis vitiis aliquantulum indulsit; sed a Pontifice Liberio in Christianorum numerum ascitus, paenitentiae se dedit ac variis peragratis locis sacrae Scripturae studio operam navare coepit. Linguae latinae, graecae et hebraicae, quantum umquam alius inter Patres latinos fuit eruditus. Romanos porro auctores sic assidue lectitavit, ut latini sermonis scribendi tam peritus evaserit quam qui maxime.

Pontificis Damasi iussu, Veteris Testamenti libros recensuit ac Novum Testamentum emendavit graecaeque reddidit fidei. Psalterium denique ex hebraico sermone in latinum ita adamussim eleganterque convertit, ut facile sit arguere quantum ventustatis *Vulgatae* contulisset, si tanta eam elegantia exornare voluisset.

Postquam Romae nobilissimarum quarundam matronarum ac virginum spiritualem curam suscepit, in Palaestinam revectus ibidem apud Betlehem, qua sacrarum litterarum studio intentus, qua caelestibus contemplationibus traditus, reliquum vitae suae tempus ad annum usque 420 consumpsit.

Opera. — Praeter libros sacros, quibus accurate vertendis eruditissimisque commentariis illustrandis summa industria incubuit, scripsit *de viris illustribus*, ubi facta recenset quae usque ad annum Theodosii Principis decimum quartum colligere potuit.

Iudicium. — Qua mentis acie, animi fortitudine et ingenii pervicacitate erat, non modo adversus quosdam haereticos acer vehemensque fuit, verum etiam aliorum opiniones, cum in suam pedibus non irent, aegre ferre videbatur. Itaque ab Augustino atque ab Ambrosio nonnumquam dissensit.

Hieronymi dicendi genus adeo est facile, ut plebis captui facile accommodetur; ita purum, elegans emendatumque est, ut non multum a Ciceronis nitore discedat. Quare sermonis latini christiani iure meritoque pater ac princeps est appellatus.

156. Renúncia aos autores pagãos

Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis et, quod his? difficilius est, consuetudo lautioris cibi propter caelorum me regna castrassem [1] et Hierosolymam militaturus pergerem, bibliotheca [2], quam mihi Romae summo studio ac labore confeceram, carere non poteram.

156. 1. **Castrassem,** *separar-se.*

2. **Bibliotheca,** *colecção de manuscritos* (não o edifício!).

Itaque miser ego lecturus [3] Tullium ieiunabam. Post noctium crebras vigilias, post lacrimas, quas mihi praeteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manibus. Si quando in memet [4] reversus prophetam [5] legere coepissem, sermo horrebat incultus et, quia lumen caecis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet, in media ferme Quadragesima medullis infusa febris corpus invasit exhaustum et sine ulla requie [6] — quod dictu quoque incredibile sit [7] — sic infelicia membra depasta est ut ossibus vix haererem [8].

Interim parabantur exequiae et vitalis animae calor toto frigente iam corpore in solo tantum tepente pectusculo palpitabat, cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor, ubi tantum luminis et tantum [9] ex circumstantium claritate fulgoris ut proiectus in terram sursum adspicere non auderem. Interrogatus condicionem, Christianum me esse respondi, et Ille qui residebat [10]: Mentiris, ait: Ciceronianus es, non Christianus; «ubi thesaurus tuus, ibi et cor tuum».

Ilico obmutui et inter verbera — nam caedi [11] me iusserat — conscientiae magis igne torquebar [12] illum mecum versiculum reputans [13]: «In inferno autem quis confitebitur Tibi?» Clamare tamen coepi et eiulan [14] dicere: «Miserere mei, Domine, miserere mei». Haec vox inter flagella audiebatur. Tandem ad praesidentis genua provoluti, qui adstiterant, precabantur ut veniam tribueret adulescentiae, ut errori locum paenitentiae commodaret, exacturus [16] deinde cruciatum si gentilium [17] litterarum libros aliquando legissem. Ego qui

3. **Lecturus,** *com o propósito de ler.*

4. **In memet,** *sobre mim mesmo.*

5. **Prophetam,** *um profeta.*

6. **Sine ulla requie,** *sem intermitências*: refere-se à febre, e não a S. Jerónimo.

7. **Sit,** *seria.*

8. **Ut ossibus vix hærerem,** *que fiquei só pele e osso.*

9. **Tantum** (subent. **erat**).

10. **Residebat,** *estava sentado*: o latim posterior denota certa preferência pelas formas verbais compostas; o prefixo **re** é frequente.

11. **Cædi,** *açoitar.* Alguns críticos, como Pedro Labriolle, não atribuem a este sonho mais valor do que o de um elegante trecho literário, fruto da imaginação oriental de S. Jerónimo.

12. **Torquebar,** *era torturado.*

13. **Mecum reputans,** *repetindo-me, meditando.*

14. **Eiulans,** *dando gritos de dor, lamentando-me.*

15. **Qui adstiterant,** *os assistentes.*

16. **Exacturus cruciatum,** *que eu havia de sofrer o suplício merecido.*

17. **Gentilium,** *dos autores pagãos.*

tanto constrictus articulo[18] vellem etiam maiora promittere, deiurare coepi et nomen eius obtestans[19] dicere: Domine, si umquam habuero codices saeculares, si legero, te negavi.

In haec sacramenti[20] verba dimissus revertor ad superos[21], et mirantibus cunctis oculos operio tanto lacrimarum imbre perfusos ut etiam incredulis fidem facerent[22] ex dolore. Nec vero sopor ille fuerat aut vana somnia quibus saepe deludimur. Teste est tribunal, ante quod iacui, iudicium teste est quod timui — ita mihi numquam contingat talem incidere quaestionem! —, liventes[23] habuisse me scapulas, plagas sensisse post somnum, et tanto dehinc studio divina legisse quanto mortalia[24] ante non legeram.

(Epist. XXII ad Eustochium, 30)

157. As ruinas de Roma e meditação da morte

Horret animus temporum nostrorum ruinas persequi[1]. Viginti et eo amplius[2] anni sunt, quod inter Constantinopolim et Alpes Iulias, cotidie Romanus sanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessaliam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Wandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt. Quot matronae, quot virgines Dei, et ingenua[3] nobiliaque corpora, his beluis fuere ludibrio! Capti episcopi, capti presbyteri, et diversorum officia clericorum; subversae ecclesiae, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossae reliquiae:

> ubique
> Luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.

Romanus orbis ruit, et tamen cervix nostra[5] non flectitur. Quid putas nunc animi[6] habere Corinthios, Athenienses, Lacedaemonios, Arcadas, cunctamque Graeciam, quibus imperant Barbari? Et certe paucas urbes nominavi, in quibus olim fuere regna non modica. Immunis ab his videbatur Oriens, et tantum nuntiis consternatus. Ecce tibi, anno praeterito, ex ultimis Caucasi rupibus immissi in nos, non iam

18. **Tanto... articulo,** *em transe tão crítico.*
19. **Nomen obtestans,** *tomando o seu nome por testemunha.*
20. **Sacramenti,** *juramento.*
21. **Ad superos,** *à terra.*
22. **Fidem facerent ex dolore,** *atestavam a minha dor.*
23. **Liventes scapulas,** *os ombros inchados.*
24. **Mortalia,** *as obras dos mortais.*

157. 1. **Persequi,** *percorrer.*
2. **Et eo amplius,** *ou talvez mais.* — **quod,** *que.*
3. **Ingenua,** *nascidos livres.*
4. Virg. *En., II,* 369.
5. **Nostra,** *nossa* (dos Cristãos).
6. **Quid animi,** *que coragem.*

Arabiae sed Septentrionis lupi, tantas brevi provincias percurrerunt! Quot monasteria capta! quantae fluviorum aquae humano cruore mutatae sunt! Obsessa Antiochia et urbes reliquae, quas Halys, Cydnus, Orontes Euphratesque praeterfluunt. Tracti greges captivorum; Arabia, Phoenice, Palaestina, Ægyptus timore captivae:

> Non mihi si linguae centum sint oraque centum,
> Ferrea vox...
> Omnia poenarum percurrere nomina possim...

Felix Nepotianus, qui haec non videt; felix, qui ista non audit. Nos miseri, qui aut patimur aut patientes fratres nostros tanta perspicimus. Et tamen vivere volumus, eosque qui his[8] carent, flendos potius quam beatos putamus. Olim offensum sentimus, nec placamus Deum. Nostris peccatis Barbari fortes sunt. Nostris vitiis Romanus superatur exercitus; et quasi non haec sufficerent cladibus, paene bella civilia quam hostilis mucro[9] consumpsit... Si erigi volumus, prosternamur! Proh pudor[10] et stolida usque ad incredulitatem mens! Romanus exercitus, victor orbis et dominus, ab his vincitur, hos pavet, horum terretur adspectu, qui ingredi[11] non valent, qui si terram tetigerint, se mortuos arbitrantur. Et non intellegimus Prophetarum voces: «Fugient mille, uno persequente[12]». Nec amputamus causas morbi, ut morbus pariter auferatur, statimque cernamus sagittas pilis, tiaras galeis, caballosque equis cedere.

Excessimus consolandi modum, et dum unius mortem flere prohibemus, totius orbis mortuos planximus. Xerxes ille rex potentissimus, qui subvertit montes, maria constravit[13] cum de sublimi loco infinitam hominum multitudinem et innumerabilem vidisset exercitum, flesse dicitur, quod post centum annos nullus eorum, quos tum cernebat, superfuturus esset. O si possemus in talem ascendere speculam[14], de qua universam terram sub nostris pedibus cerneremus! Iam tibi ostenderem totius orbis ruinas, gentes gentibus et regnis regna collisa; alios torqueri, alios necari, alios absorberi fluctibus, alios ad servitutem trahi; hic

7. Virg., *En., VII,* 625.
8. **His,** *estes males.*
9. **Hostilis mucro,** *o punhal inimigo.*
10. **Proh pudor,** *ó vergonha!*
11. **Ingredi,** *ir a pé:* alusão aos Hunos, sempre montados nos seus cavalos.
12. Isaías, XXX, 17.
13. **Maria constravit,** *abriu caminho através dos mares:* Xerxes tinha perfurado o monte Atos e lançado uma ponte sobre o mar Euxino.
14. **Speculam,** *miradouro, mirante.*

divitiis, alios mendicare; et non Xerxis tantum exercitum, sed totius mundi homines, qui nunc vivunt, in brevi spatio defuturos. Vincitur sermo [15] rei magnitudine, et minus est omne quod dicimus.

Redeamus igitur ad nos et, quasi e caelo descendentes, paulisper nostra videamus. Sentisne, obsecro te, quando infans, quando puer, quando iuvenis, quando robustae aetatis, quando senex factus sis? Cotidie morimur, cotidie commutamur, et, tamen aeternos nos esse credimus. Hoc ipsum quod [16] dicto, quod scribitur, quod relego, quod emendo, de vita mea tollitur. Quot puncta notarii [17], tot meorum damna sunt temporum [18]. Scribimus atque rescribimus, transeunt mare epistolae, et findente sulcum carina, per singulos fluctus [19] aetatis nostrae momenta minuuntur. Solum habemus lucri, quod Christi nobis amore sociamur [20]: «Caritas [21] patiens est, benigna est: caritas non zelatur [22], non agit perperam, non inflatur, omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia patitur. Caritas nunquam excidit [23]».

(Carta LX, 16, a Heliodoro)

158. Convite à vida eremítica

O desertum Christi floribus vernans [1]! O solitudo in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni regis extruitur! O heremus [2] familiari Deo gaudens! Quid agis, frater, in saeculo, qui maior es mundo? Quandiu te tectorum [3] umbrae premunt? Quamdiu fumeus harum urbium [4] carcer includit? Crede mihi, nescio quid plus lucis aspicio. Libet [5] sarcina carnis abiecta [6] ad purum aetheris volare fulgorem.

15. **Sermo,** *a linguagem, as palavras.*
16. **Hoc ipsum quod,** *este mesmo instante em que.*
17. **Quot puncta notarii,** *quantos os pontos escritos pelo meu secretário.*
18. **Meorum temporum,** *do tempo que me é reservado.*
19. **Per singulos fluctus,** *a cada onda que atravessamos.*
20. **Quod sociamur,** *na medida em que nos associamos à.*
21. **Caritas** (sentido cristão), *amor a Deus e aos homens, caridade.*
22. **Non zelatur,** *não é invejosa.*
23. S. Paulo, *I Corínt., XIII, 4-8.*

158. 1. **Vernans,** *que floresces.*
2. **Heremus,** *ermo, deserto:* o *h* desnecessário fora erradamente introduzido no latim antes de S. Jerónimo.
3. **Tectorum umbrae,** *as sombras das casas* (feitas pelas casas).
4. **Urbium:** talvez Tiro ou Sidónia.
5. **Libet,** *apraz-me.*
6. **Sarcina carnis abiecta,** *depondo o fardo da carne.*

Paupertatem times? Sed beatos pauperes Christus appellat. Labore terreris? Sed nemo athleta [7] sine sudoribus coronatur. De cibo cogitas? Sed fides famem non sentit. Super nudam metuis humus [8] exesa ieiuniis membra collidere? Sed Dominus tecum iacet. Squalidi capitis horret inculta caesaries [9]? Sed caput tuum Christus est. Infinita heremi vastitas terret? Sed tu Paradisum mente deambula [10]. Quotienscunque illuc cogitatione conscenderis [11], totiens in heremo non eris. Scabra [12] sine balneis adtrahitur cutis? Sed qui in Christo semel lotus est, non illi necesse est iterum lavare. Et ut breviter ad cuncta [13] Apostolum audias respondentem: «Non sunt condignae passiones [14] huius saeculi ad superventuram gloriam, quae revelabitur in nobis». Delicatus es, carissime, si et hic vis gaudere cum saeculo et postea regnare cum Christo.

(Epist. XIV ad Heleodorum, 10)

7. **Nemo athleta** = *nullus athleta:* é latim clássico.
8. **Super nudam humum,** *sobre a terra nua.* — **exesa,** *comidos, desfeitos.* — **collidere,** *bater contra, dar em.*
9. **Inculta cæsaries,** *cabeleira desgrenhada.*
10. **Deambula,** *percorre:* o composto passou a ser empregado, por vezes, como transitivo, no latim cristão.
11. **Illuc cogitatione conscenderis,** *te transportares lá em espírito.*
12. **Scaber, ra, rum,** *duro.* — **adtraho,** *contrair.*
13. **Ad cuncta,** *a todas as tuas objecções.*
14. **Passiones,** *sofrimentos.* — **saeculi,** *mundo.*

159. PRUDENTIUS

Vita. — Calagurri, ut videtur, in Hispania, anno 348 natus, litteris a puero operam dedit, dicendi artem didicit idemque causas egit interdum iniquas, ut ipsemet confitetur. Mox tamen Christi servitio mancipatus, forum reliquit et ad fidei christianae laudes vario carminum genere canendas se contulit. Anno fere 410 e vivis excessit.

Opera. — Duo exstant hymnorum libri, quorum alter quem *de coronis* inscripsit, martyres christianos praesertim hispanicos laude palmaque decoratos celebrat; alter vero qui *Cathemerinon* inscribitur, laudationes Domini in singulos dies in singulasque diei partes recitandas complectitur.

Iudicium. — Ex tanta carminum varietate facile eruitur qua poetica vena praeditus fuerit. Tantum dolendum est quod suum scribendi genus magis ad unguem non castigaverit, neque rigidioribus se subiecerit carminum legibus, quas haud semel violaverit.

160. Hino da manhã

Nox et tenebrae et nubila
Confusa mundi et turbida [1]
Lux intrat, albescit polus [2],
Christus venit — : discedite.

Caligo [3] terrae scinditur, 5
Percussa solis spiculo [4],
Rebusque iam color redit
Vultu nitentis sideris [5].

Sic nostra mox obscuritas [6]
Fraudisque pectus cons-
[cium [7], 10
Ruptis retectum [8] nubibus,
Regnante pallescet [9] Deo.

Tunc non licebit claudere
Quod quisque fuscum cogi-
[tat [10]:
Sed mane clarescent novo [11]
15
Secreta mentis prodita [12].

Fur ante lucem squalido [13]
Impune peccat tempore:
Sed lux dolis contraria
Latere furtum non sinit. 20

Versuta [14] fraus et callida
Amat tenebris obtegi,
Aptamque noctem turpibus [15]
Adulter occultus fovet.

Sol ecce surgit igneus: 25
Piget, pudescit, paenitet,
Nec teste quisquam lumine
Peccare constanter potest...

Haec hora cunctis utilis,
Qua quisque, quod studet,
[gerat:
Miles, togatus [16], navita,
Opifex, arator, institor [17]. 40

Illum forensis gloria,
Hunc triste raptat classi-
[cum [18]:
Mercator hinc ac rusticus.
Avara suspirant lucra.

At nos, lucelli [19] ac foenoris
45
Fandique [20] prorsus nescii,
Nec arte fortes bellica,
Te, Christe, solum novimus.

Te mente pura et simplici,
Te voce, te cantu pio 50
Rogare, curvato genu,
Flendo et canendo discimus.

His nos lucramur quaesti-
[bus [21],
Hac arte tantum vivimus:
Haec inchoamus munera, 55
Cum sol resurgens emicat.

Intende nostris sensibus [22],
Vitamque totam dispice [23]:
Sunt multa fucis [24] illita,
Quae luce purgentur tua. 60

Durare nos tales iube,
Quales, remotis sordibus,
Nitere pridem [25] iusseras,
Iordane tinctos flumine [26].

Quodcumque nox mundi de-
[hinc [27] 65
Infecit atris nubibus,
Tu, Rex, Eoi sideris [28]
Vultu sereno illumina.

Tu, sancte, qui taetram picem
Candore tingis lacteo, 70
Ebenoque [29] crystallum facis,
Delicta terge livida [30]...

160. 1. **Turbida,** *desordem.*
2. **Albescit polus,** *o céu começa a dealbar.*
3. **Caligo,** *escuridão.* — **scinditur,** *dissipa-se.*
4. **Spiculo,** *pelos raios.*
5. **Vultu nitentis sideris,** *quando aparece o astro brilhante (o sol).*
6. **Nostra obscuritas,** *a noite da nossa alma.*
7. **Fraudisque pectus conscium,** *e o coração que conhece o seu pecado.*
8. **Retectum,** *ficando a descoberto.*
9. **Pallescet,** *empalidecerá.*
10. **Quod fuscum cogitat,** *os negros pensamentos.*
11. **Mane novo,** *ao romper desta madrugada nova.* — **clarescent,** *tornar-se-ão manifestos.*
12. **Prodita,** *revelados.*
13. **Squalido,** *tenebroso.*
14. **Versutus,** *astuto.*
15. **Turpibus,** *para as suas torpezas.*
16. **Togatus,** *cidadão.*
17. **Institor,** *comerciante.*
18. **Classicum,** *trombeta* (de guerra).
19. **Lucellum,** *pequeno lucro.* — **fœnus,** *juros.*
20. **Fandi nescii,** *que não entendemos de eloquências.*
21. **Quaestus,** *lucro.*
22. **Intende,** *vela por.* — **sensibus,** *pensamentos.*
23. **Dispice,** *examina.*
24. **Fucis,** *falsas cores.* — **illita,** *cobertas, manchadas.*
25. **Pridem,** *há muito, outrora.*
26. **Iordane flumine:**—a água do rio Jordão é a água do baptismo.—**tinctos,** *banhados.*
27. **Dehinc,** *desde então.*
28. **Eoi sideris,** *da estrela da manhã.*
29. **Ebeno,** *do ébano* (fazes...).
30. **Livida,** *negros.*

Tandem facessat[31] caecitas,
Quae nosmet in praeceps[32] [diu 85
Lapsos sinistris gressibus[33]
Errore traxit devio.

Haec lux serenum conferat,
Purosque nos praestet[34] sibi. 90
Nihil loquamur sub dolum,
Volvamus obscurum nihil[35].

Sic tota decurrat dies.
Ne lingua mendax, ne manus,
Oculive peccent lubrici, 95
Ne noxa[36] corpus inquinet.

Speculator[37] adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusque nostros prospicit
A luce prima in vesperum. 100

Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur, quidquid est
Humana quod mens concipit:
Hunc nemo fallit iudicem.

(*Cathemerinon,* II).

31. **Facessat,** *que se afaste.*
32. **In praeceps lapsos,** *precipitados no abismo.*
33. **Sinistris gressibus,** *com passos desastrados.*
34. **Praestet,** *nos faça.*
35. **Volvamus... nihil,** *não revolvamos pensamentos escuros.*
36. **Noxa,** *falta.*
37. **Speculator,** *observador.*— **desuper,** *por sobre nós.*

161. S. AUGUSTINUS

Vita. — Aurelius Augustinus, Thagaste in Numidia, patre gentili, matre vero christiana atque excellentibus virtutibus ornata, anno 354 natus, litteris latinis primum in patria, deinde Madauris, tum demum Carthagine impense operam dedit. Dum in hac urbe commoratur, adeo se effrenate in vitia ingurgitavit, ut in manichaeorum errores sensim delapsus, in eos etiam socios suos pertraxerit. Tantum autem in studiis profecit, ut admodum iuvenis rhetoricam primum Thagaste, deinde Carthagine, tum Romae maxima cum laude docuerit. At tanta veri cognoscendi cupiditate flagrare coepit, ut libros sacros iterum iterumque pervolutaret.

Cum in Manichaeorum doctrina minime acquiesceret, eorum abiuratis erroribus, Mediolanum contendit. Hic vero Ambrosii eloquentia permotus, et caelesti lumine illustratus, in Christianorum numerum cooptatus est. Piissima matre inde orbatus, omnia sua pauperibus erogavit et coenobium condidit. Deinde sacerdos ac paulo post episcopus creatus, Hipponensem Ecclesiam sapientissime administravit; neque tamen interim opera scribere intermisit. Mortuus est anno 430.

Opera. — Ad nos pervenerunt fere centum eius opera, quae vel paucis hic recensere longum esset. Ex iis tamen maxime probantur:

1. *Confessiones,* quae tredecim contentae libris, Augustini vitam eiusque ad Deum conversionem narrant, et alia ad philosophicam et ad theologicam disciplinam pertinentia mira quadam ingenii subtilitate explicant.

2. *De Civitate Dei:* libris constat 22. Undecim prioribus libris falsam ac stultam refellit opinionem eorum qui imperii romani clades a barbaris illatas novae Christianorum religioni tribuebant, quasi paganorum dii veterem religionem suam neglectam templaque deserta ulcisci vellent. In altera vero parte, terrenae huic civitati, quae amore sui ad contemptum Dei feratur, civitatem Dei opponit, quae amore Dei ad contemptum sui moveatur.

Iudicium. — Si minus tanta elegantia quam Divus Hieronymus in scribendo utitur, at tamen Patres sive graecos sive latinos ingenii excelsitate, subtili cogitatione, sensibus perscrutandis ac stili vigore animique calore longe omnes superat. Sunt qui eius dictionem improbent tamquam minus puram atque elegantem. Ipse vero Augustinus severius ita iudicantibus nesciens respondet cum ait: «Melius est reprehendant nos grammatici, quam non intellegant populi».

162. A conversão de S. Agostinho

Tum in illa grandi rixa interioris domus meae[1]..., tam vultu quam mente turbatus, invado Alypium[2] et exclamo: «Quid patimur? quid est hoc? quid audisti? Surgunt indocti et caelum rapiunt, et nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne et sanguine? An quia praecesserunt, pudet sequi, et non pudet nec saltem[3] sequi?» Dixi nescio quae talia, et abripuit me ab illo[4] aestus meus[5], cum taceret attonitus, intuens me. Neque enim solita sonabam, plusque loquebantur animum meum[6], frons genae, oculi, color, modus vocis[7], quam verba quae promebam.

Hortulus quidem erat hospitii[8] nostri, quo nos utebamur sicut tota domo[9]: nam hospes[10] ibi non habitabat dominus domus. Illuc me abstulerat[11] tumultus pectoris, ubi nemo impediret ardentem litem, quam mecum aggressus eram, donec exiret qua tu sciebas[12], ego autem non: sed tantum insaniebam salubriter[13] et moriebar vitaliter[14], gnarus quid mali essem[15], et ignarus quid boni post paululum facturus essem.

Abscessi ergo in hortum, et Alypius pede post pedem[16]. Neque enim secretum meum non[17] erat, ubi ille aderat: aut quando me sic affectum desereret? Sedimus, quantum potuimus remoti ab aedibus. Ego fremebam spiritu, indignans turbulentissima indignatione, quod non irem in placitum[18] et pactum tecum, Deus meus, in quod eundum esse omnia

162. 1. **Interioris domus meae,** *a minha consciência.*
2. **Alypium,** *Alípio*: amigo de S. Agostinho e pagão como ele: deviam baptizar-se ambos ao mesmo tempo.
3. **Nec saltem,** *nem sequer.*
4. **Ab illo,** *dele, para longe dele* (Alípio).
5. **Aestus meus,** *a minha agitação apaixonada.*
6. **Loquebantur animum meum,** *exprimiam o meu estado de espírito.*
7. **Modus vocis,** o *tom de voz.*
8. **Hospitii,** *da pensão em que estávamos hospedados.*
9. **Tota domo,** *do resto da casa.*
10. **Hospes,** o *hospedeiro.*
11. **Illuc me abstulerat,** *para lá me atirara.* — **tumultus,** *a tempestade.*
12. **Donec exiret qua tu sciebas,** *até ter o desfecho que tu sabias.*
13. **Insaniebam salubriter,** *esse delírio levava-me a recuperar a razão.*
14. **Moriebar vitaliter,** *essa morte conduzia-me à vida.*
15. **Quid mali essem,** o *que havia em mim de maldade.*
16. **Pede post pedem,** *passo a passo.*
17. **Neque... non,** *e eu sentia-me só* — **ubi ille aderat,** *na sua presença.*
18. **Quod non... in placitum,** *por não ir ao encontro da vossa vontade.*—**pactum,** *aliança.*

ossa mea clamabant; et non illuc ibatur navibus, aut quadrigis, aut pedibus, quantum saltem de domo in eum locum ieram, ubi sedebamus. Nam non solum ire, verum etiam pervenire illuc, nihil erat aliud quam velle ire, sed velle fortiter et integre[19], non semisauciam hac atque hac[20] versare et iactare voluntatem, parte assurgente[21] cum alia parte cadente luctantem... Sic aegrotabam et excruciabar, accusans memetipsum solito[22] acerbius nimis, ac volvens et versans me in vinculo meo, donec abrumperetur totum quod, iam exiguo, tenebar, sed tenebar tamen. Et instabas[23] tu in occultis meis, Domine, severa misericordia, flagella ingeminans[24] timoris et pudoris, ne rursus cessarem et non abrumperetur id ipsum[25] exiguum et tenue quod remanserat, et revalesceret iterum, et me robustius alligaret... Retinebant nugae[26] nugarum et vanitates vanitatum, antiquae amicae meae, et succutiebant[27] vestem meam carneam, et submurmurabant[28]: «Dimittisne nos? et a momento isto non erimus tecum ultra[29] in aeternum? et a momento isto non tibi licebit hoc et illud ultra in aeternum?» Et quae suggerebant in eo quod dixi «hoc et illud», quae suggerebant, Deus meus! Avertat[30] ab anima servi tui misericordia tua! quas sordes suggerebant! quae dedecora[31]! Et audiebam eas[32] iam longe minus quam dimidius, non tanquam libere contradicentes eundo in obviam[33], sed veluti a dorso mussitantes et discedentem quasi vellicantes[34], ut respicerem[35]. Retardabant tamen cunctantem[36] me abripere atque excutere ab eis et transilire quo vocabar, cum diceret mihi consuetudo[37] violenta: «Putasne sine istis poteris[38]?»

19. **Integre,** *totalmente.*
20. **Hac atque hac,** *ora para um lado ou para o outro.* — **versare,** *agitar.*
21. **Parte assurgente... luctantem,** *na luta de uma parte vitoriosa contra outra derrotada.*
22. **Solito acerbius,** mais *àsperamente do que nunca.*—**nimis,** *muito.*
23. **Instabas,** *instavas, apertavas comigo.*
24. **Ingeminans,** *redobrando.*
25. **Id ipsum,** *esse fundo de fé.*
26. **Nugæ nugarum,** *míseras bagatelas.*
27. **Succutiebant,** *puxavam-me por.*
28. **Submurmurabant,** *murmuravam baixinho.*
29. **Non ultra,** *nunca mais.*
30. **Avertat,** *que as afaste* (as coisas que me sugeriam).
31. **Quæ dedecora,** *que infâmias.*
32. **Eas:** refere-se a *antiquae amicae.*
33. **Eundo in obviam,** *apresentando-se de frente.*
34. **Quasi vellicantes,** como *que beliscando-me.*
35. **Ut respicerem,** *para que olhasse para trás.*
36. **Cunctantem,** *hesitante.*
37. **Consuetudo violenta,** *os meus hábitos tão tirânicos.*
38. **Putasne sine istis poteris,** *pensas que poderás viver sem isso?*

Sed iam tepidissime hoc dicebat[39]. Aperiebatur enim ab ea parte qua intenderam faciem et quo transire trepidabam, casta dignitas continentiae, serena et non dissolute hilaris[40], honeste blandiens ut venirem neque dubitarem, et extendens, ad me suscipiendum et amplectendum, pias manus, plenas gregibus[41] bonorum exemplorum. Ibi irridebat me irrisione hortatoria[42], quasi diceret: «Tu non poteris quod isti, quod istae? An vero isti et istae in semetipsis possunt[43], ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas, et non stas[44]? Proice te in eum; noli metuere; non se subtrahet ut cadas; proice te securus: excipiet et sanabit te». Et erubescebam nimis, quia illarum nugarum murmur adhuc audiebam, et cunctabundus[45] pendebam. Et rursus illa, quasi diceret: «Obduresce adversus illa membra tua super terram, ut mortificentur. Narrant tibi delectationes, sed non sicut lex Domini Dei tui[46]». Ista controversia[47] in corde meo, de me ipso adversus me ipsum.

At Alypius, affixus lateri meo, inusitati motus mei[48] exitum tacitus opperiebatur.

Ubi vero a fundo arcano[49] alta consideratio[50] contraxit et congessit totam miseriam meam in conspectum cordis mei, oborta est procella ingens, ferens ingentem imbrem lacrimarum. Et ut totum effunderem cum vocibus meis, surrexi ab Alypio: solitudo mihi ad negotium flendi aptior suggerebatur; et recessi remotius, quam ut[51] posset mihi onerosa esse etiam eius praesentia. Sic tunc eram, et ille sensit[52]: nescio quid enim, puto, dixeram, in quo apparebat sonus vocis meae, iam fletu gravidus, et sic surrexeram. Mansit ergo ille ubi sedebamus, nimie stupens.

Ego sub quadam fici arbore stravi me nescio quomodo et dimisi habenas lacrimis, et proruperunt flumina oculorum

39. **Tepidissime dicebat** (sub. consuetudo), *dizia-me já com uma voz muito débil.*
40. **Non dissolute hilaris,** *sorridente sem nada de lascivo.*
41. **Gregibus,** *multidões.*
42. **Irrisione hortatoria,** *com encorajante ironia.*
43. **An in semetipsis possunt,** *por ventura podem por si mesmos?*
44. **Quid in te stas et non stas,** *porque te apoias em ti mesmo sem seres capaz de te manter de pé?*
45. **Cunctabundus pendebam,** *ficava hesitante.*
46. *Salmo 118,85.*
47. Subent. *erat.*
48. **Motus mei,** *da minha agitação, da minha crise.* — **exitus,** *desfecho.* — **opperior,** *aguardar.*
49. **A fundo arcano,** *do mais íntimo da minha alma.*
50. **Alta consideratio,** *uma meditação profunda.*
51. **Remotus quam ut,** *a uma distância bastante para que não.*
52. **Sensit,** *deu-se conta.*

meorum, acceptabile sacrificium tuum[53]. Et non quidem his verbis, sed in hac sententia[54] multa dixi tibi: «Et tu, Domine, usquequo? Usquequo, Domine, irasceris in finem[55]? Ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum[56]». Sentiebam enim eis[57] me teneri: iactabam voces miserabiles: «Quamdiu? quamdiu? Cras et cras? Quare non modo[58]? quare non hac hora finis turpitudinis meae?»

Dicebam haec, et flebam amarissima contritione cordis mei. Et ecce audio vocem de vicina domo cum cantu dicentis et crebro repetentis, quasi pueri an puellae, nescio: *Tolle*[59], *lege; tolle, lege.* Statimque mutato vultu, intentissimus[60] cogitare coepi utrum solerent pueri in aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid; nec occurrebat omnino audivisse me uspiam[61]. Repressoque impetu lacrimarum, surrexi, nihil aliud interpretans, nisi divinitus[62] mihi iuberi ut aperirem codicem et legerem quod primum caput invenissem. Audieram enim de Antonio[63] quod[64] ex evangelica lectione, cui forte supervenerat[65], admonitus fuerit, tanquam sibi diceretur quod legebatur: «Vade, vende omnia quae habes et da pauperibus; et habebis thesaurum in caelis; et veni, sequere me»; et tali oraculo confestim ad te esse conversum.

Itaque concitus[66] redii ad eum locum ubi sedebat Alypius: ibi enim posueram codicem Apostoli[67], cum inde surrexeram. Arripui, aperui, et legi in silentio capitulum, quo[68] primum coniecti sunt oculi mei: «Non[69] in comissationibus et ebrietatibus, non in impudicitiis, non in contentione et aemulatione; sed induite Dominum Iesum Christum[70], et

53. **Acceptabile sacrificium tuum,** *como um sacrifício agradável a Vós (meu Deus).*
54. **In hac sententia,** *com este sentido.*
55. **Usquequo in finem,** *até quando finalmente.*
56. Salmo 78, 5-8.
57. **Eis,** *por estas iniquidades.*
58. **Quare non modo,** *e por que não agora já?*
59. **Tolle,** *toma.*
60. **Intentissimus,** *muito atentamente.*
61. **Nec uspiam,** *em parte nenhuma.*
62. **Divinitus,** *da parte de Deus.*
63. **Antonio:** eremita (251-356) que renunciou a todos os seus bens para se dar à vida solitária.
64. **Audieram quod,** *tinha ouvido dizer que.*
65. **Cui forte supervenerat,** *à qual assistiu (chegou) por acaso.*
66. **Concitus redii,** *apressei-me a voltar.*
67. **Codicem Apostoli,** *o livro do Apóstolo:* as Epístolas de S. Paulo.
68. **Quo primum... oculi mei,** *o primeiro capítulo em que incidiram os meus olhos.*
69. **Non,** *não (vivais).* — **comissatio,** *banquete.* — **contentio,** *disputa.* — **aemulatio,** *inveja.*
70. **Induite... Christum,** *revesti-vos de Jesus Cristo.*

carnis providentiam ne feceritis[71] in concupiscentiis[72]». Nec ultra[73] volui legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine huiusce sententiae quasi luce securitatis infusa cordi meo, omnes dubitationis tenebrae diffugerunt.

Tum interiecto[74] aut digito aut nescio quo alio signo, codicem clausi et tranquillo iam vultu indicavi[75] Alypio. At ille quid in se ageretur, quod ego nesciebam, sic indicavit. Petiit videre quid legissem: ostendi, et attendit etiam ultra quam ego legeram, et ignorabam quid sequeretur. Sequebatur vero: «Infirmum autem in fide recipite[76]». Quod ille ad se retulit[77], mihique aperuit. Sed tali admonitione firmatus est, placitoque ac proposito[78] bono et congruentissimo suis moribus, quibus a me in melius iam olim valde longe distabat, sine ulla turbulenta cunctatione coniunctus est.

Inde ad matrem[79] ingredimur, indicamus; gaudet. Narramus quemadmodum gestum sit: exsultat et triumphat; et benedicebat tibi, qui potens es ultra quam petimus aut intellegimus facere, quia tanto amplius sibi a te concessum de me videbat, quam petere solebat miserabilius flebilibusque gemitibus.

(Confissões, VIII, VIII-XII).

163. Derrota dos deuses pagãos

O nimium miserabilem errorem! Romani nobis succensent cum de diis eorum talia dicimus; nec succensent auctoribus[1] suis, quos ut ediscerent mercedem dederunt[2], doctoresque ipsos insuper et salario publico et honoribus dignissimos habuerunt. Nempe apud Vergilium, quem propterea parvuli legunt, ut videlicet poeta magnus omniumque praeclarissimus atque optimus, teneris ebibitus[3] animis, non facile oblivione possit aboleri, secundum illud Horatii:

71. **Providentiam ne feceritis,** *não vos preocupeis com.*
72. S. Paulo, *Rom.* XIII, 13-14.
73. **Ultra,** *além, mais.*
74. **Interiecto,** *tendo posto* (no livro).
75. **Indicavi,** *contei.*
76. S. Paulo, *Rom.* XIV, 1.
77. **Ad se retulit,** *referiu (aplicou) a ele.*
78. **Placitoque ac proposito bono,** *numa resolução boa e santa.*—**congruentissimo,** *inteiramente conforme com.*
79. **Ad matrem ingredimur,** *fomos ter com minha mãe:* S. Mónica (332-384) que tinha alcançado a conversão do seu marido e, agora, ao cabo de trinta anos de oração e lágrimas, alcançava de Deus a conversão de seu filho.

163. 1. **Auctoribus,** *autores.*
2. **Quos... dederunt,** *para aprender os quais (os seus autores) tiveram que pagar.*
3. **Ebibitus,** *profundamente embebido.*

Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu[4],

apud hunc ergo Vergilium nempe Iuno inducitur infesta Troianis Æolo, ventorum regi, adversus eos irritando dicere:

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor,
Ilium in Italiam portans victosque penates[5].

Itane istis penatibus victis Romam, ne vinceretur, prudentes commendare debuerunt[6]? Sed haec Iuno dicebat velut irata mulier, quid loqueretur ignorans. Quid Æneas ipse, pius toties appellatus, nonne ita narrat:

Panthus Othryades, arcis Phoebique sacerdos,
Sacra manu victosque deos parvumque nepotem
Ipse trahit, cursuque amens ad limina tendit[7]?

Nonne deos ipsos,, quos victos non dubitat dicere, sibi potius quam se illis perhibet commendatos, cum ei dicitur:

Sacra suosque tibi commendat Troia penates[8]?

Si igitur Vergilius tales deos et victos dicit et ut vel victi quoquo modo evaderent, homini commendatos: quae dementia est, existimare his tutoribus Romam sapienter fuisse commissam et, nisi eos amisisset, non potuisse vastari? Imo vero victos deos tanquam praesides ac defensores colere, quid est aliud quam tenere non numina bona, sed omnia mala? Quanto enim sapientius creditur, non Romam ad istam cladem non fuisse venturam, nisi prius illi perissent, sed illos potius olim fuisse perituros, nisi eos, quantum potuisset, Roma servasset! Nam quis non, cum adverterit, videat quanta sit vanitate praesumptum non posse vinci[9] sub defensoribus victis, et ideo perisse, quia custodes perdidit deos, cum vel sola potuerit esse causa pereundi, custodes habere voluisse perituros[10]? Non itaque, cum de diis victis illa conscriberentur atque canerentur, poetas libebat mentiri, sed cordatos[11] homines cogebat veritas confiteri.

(De civitate Dei, lib. I.)

4. Horácio, *Epist.*, I, 2, V. 69.
5. Virg., *En.*, I, 67-68.
6. **Prudentes debuerunt,** *os espíritos esclarecidos deveriam ter.* — **commendare,** *confiar.*
7. Virg., *En.*, II, 319.
8. Virg., *En.*, 293.
9. **Vinci,** (suj. *Romam*).
10. **Cum... peritúros,** *uma vez que pôde ter como única causa da sua ruína o ter querido ter deuses que haviam de perecer.*
11. **Cordatos,** *inteligentes.*

164. A verdadeira Igreja

Vis nosse, haeretice, quam[1] non habeas vocem pastoris et periculose te sequantur oves tectum indumento[2] ovium, et intus lupum rapacem? Audiant vocem tuam; videamus an Christi sit. Ecclesiam quaerit infirma ovis a grege aberrans[3], nesciens ubi sit grex: quaerit quo se aggreget, quo intret. Ede vocem[4]: audiamus an Christi sit. Audiamus utrum agni sit an perdicis[5].

Ovis Dei gregem suum quaerit: puta ovem de Oriente venisse in Africam; quaerit gregem suum; incurrit in te, in basilicam tuam intrare vult. Commoveris ignota facie, vel tu vel minister tuus, stans vel sedens ad ostium; interrogat ovem quaerentem gregem suum, immo gregem Dei. Cum grege sua intrare vult, ubi eum esse putat. Quaeris: Paganus es, an Christianus? Respondet: Christianus. (Ovis est enim Dei). Quaeris ne[6] forte catechumenus sit et irruat sacramentis. Respondet: Fidelis[7]. Quaeris cuius communionis sit. Respondet: Catholicus. Christianum, fidelem, Catholicum reprobas. Qui sunt quos intus tenes? Ita vero[8]; proice, reproba. A te reprobatus, a Christo probatur. Utinam et illi qui sunt apud te agnoscant te et in dimidio dierum tuorum derelinquant te.

Quidam fratres nostri hesterno die ierunt ad basilicam eorum[9]. Etsi ad malos fratres, tamen ad fratres. Adtendite, fratres mei, quid intersit[10] inter fiduciam veritatis et timorem falsitatis. Quando aliquos eorum in hoc populo agnoscitis, quomodo gaudetis! Quia in vobis ille est[11] qui quaerit quod perierat. Suggeritur aliquando vobis: Audiet et discedet. Et vos: Audiat et discedat. Audiet et irridebit. Audiat et irrideat. Aliquando sapiet, aliquando cognoscet, aliquando relinquitur a populo suo, remanet cum corde suo, renuntiat errori suo, gratias agit Deo suo.

Illi autem quid? Qui estis? Christiani sumus. Non, sed exploratores[12]. Et illi: Catholici sumus. Conati sunt iniuriare; meliore consilio[13] paenituit eos. Atque utinam sic paeniteat et ibi remanere quomodo paenituit eos qui ingressi sunt iniuriare. Tamen quos proiecerunt[14]? Christianos, fideles, catholicos. Quos tenuerunt? Nolo dicere. Quos proiecerint, video; quos tenuerint, ipsi dicant.

(*Serm.* 46, 31).

164. 1. **Quam,** *como.*
2. **Tectum indumento,** *disfarçado com pele* (lit.: *coberto com vestido*).
3. **Aberrans,** *transviada.*
4. **Ede vocem,** *fala.*
5. **Perdicis,** *de perdiz:* segundo Jeremias (XVII, 11), a perdiz choca ovos que não pôs; por isso S. Agostinho a toma como tipo de herege.
6. **Quæris ne sacramentis,** *perguntas-lhe se é catecúmeno, com receio que venha profanar os sagrados mistérios.*
7. **Fidelis,** (subent. *sum*).
8. **Ita vero,** *sim, sem dúvida.*
9. **Eorum,** *deles:* dos Donatistas.
10. **Quid intersit,** *a diferença que há.*
11. **Ille est:** Cristo.
12. **Exploratores,** *espiões.*
13. **Meliore consilio,** *melhor inspirados.*
14. **Proicerunt,** *repeliram.*

165. A mulher adúltera

Illi tamen, etsi Creatorem non agnoscebant, conscientiam[1] suam sciebant. Ponentes invicem faciem post faciem, ut nec ipsi se[2] propter confusionem videre vellent, a senioribus — hoc dixit evangelista — usque ad minores omnes egressi sunt. Dixerat enim Spiritus Sanctus: *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.*

Et exierunt omnes. Remansit solus et sola: remansit Creator et creatura: remansit miseria et misericordia: remansit quae suum reatum[3] agnoscebat, et qui peccatum dimittebat. Nam ipsum est quod conversus scribit in terra. Scripsit enim in terra. Quando enim peccavit homo, dictum est ei: Terra es. Peccatrici ergo cum daret indulgentiam[4], dans scribebat in terra. Indulgentiam dabat: sed cum daret indulgentiam, erigens faciem suam ad illam: Nemo, ait, te lapidavit? Et illa non dixit: Quare, quid feci, Domine? Numquid enim rea sum? Non hoc dixit, sed ait: Nemo, Domine. Semetipsam accusavit.

Probare illi non potuerunt; subduxerunt[5] se: sed illa confessa est, cuius Dominus ratum non nesciebat, sed eius fidem atque confessionem quaerebat. Nemo te lapidavit? At illa: Nemo, Domine. Et *nemo* propter confessionem peccatorum, et *Domine* propter indulgentiam meritorum[6]. Nemo, Domine. Utrumque agnosco: quis sis, novi: quae sim, novi. Tibi enim confiteor; audivi enim: Confitemini Domino, quoniam bonus est. Novi confessionem meam; novi misericordiam Tuam.

(*Serm. D.* 20)

165. 1. **Conscientiam,** *culpa.*
2. **Ipsi se,** *uns aos outros.*
3. **Reatum,** *pecado.*
4. **Indulgentiam,** *perdão.*
5. **Subduxerunt se,** *retiraram-se.*
6. **Meritorum,** *do castigo que o seu pecado merecia.*

166. S. LEO MAGNUS

Vita. — Leo I, Pont. Max., ob egregia facinora «Magnus» cognomento donatus, in Etruria ortum habuit; sed quo loco aut quo anno natus sit nihil constat. Anno circiter 422-423 S. Sedis Diaconum agebat idemque tunc temporis iam multum auctoritate valebat. Mortuo Sixto III (430-440), Pont. Max., Papa ipse electus ac Romae anno 440 consecratus est. Anno 452, cum Attila, «Flagellum Dei» appellatus, ingenti barbarorum manu stipatus in Urbem irrueret eamque obsideret, ei praesto fuit Leo, Pontifex, cum frequenti clericorum populique comitatu, qui cruces, vexilla thecasque radiatas attollebant. Ac brevi habito colloquio, remotis arbitris, Hunnorum dux Roma discessit suasque terras repetiit. Tribus post annis, eiusdem Pontificis precibus, Gensericus Romanorum vitae pepercit.

Sed longe praeclarior illius fuit agendi ratio in catholica fide tuenda: monophysitarum et nestorianorum haereses funditus profligavit, synodum ephesinum anno 449 coactam, cui «synodi latronum» nomen indidit, acriter repudiavit, idemque chalcedonense concilium indixit eiusque decreta auctoritate sua Papali sanxit. Mortuus est anno 461.

Opera. — Leonis scripta *Sermones* et *Epistulas* complectuntur. Litterae tamen, quae suo nomine vulgatae sunt, haud semper ab ipso sunt scriptae, sed ab aliis magnam partem exaratae, eius auctoritate sunt munitae.

Iudicium. — Leonis doctrina solida quidem est atque copiosa, in iis praesertim quae ad Summi Pontificis Primatum referuntur, aut cum Iesu Christi persona et naturis connectuntur.

Eius autem Latinitas eximia puritate, lepore et brevitate maxime commendatur.

167. Os maniqueus

Humiliter irrepunt [1], blande capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. Veniunt enim, sicut Salvator praedixit, sub vestitu ovium, intus autem sunt lupi rapaces: quia non possent veras et simplices oves fallere nisi Christi nomine tegerent rabiem bestialem. In iis autem omnibus operatur ille qui, cum sit verae illuminationis inimicus, in lucis se angelum transfigurat. Huius arte Basilides [2], huius Marcion

167. 1. Irrepunt, *introduzem-se.* — **capiunt,** *captam, apoderam-se.*

2. **Basilides:** herege egípcio do princípio do século II. — **Marcion,** *Marcião*: repudiou o

callet ingenio, hoc duce agitur Sabellius, hoc praecipitatur rectore Photinus, huius potestati famulatur Arrius, huius spiritui servit Eunomius; tota denique bestiarum talium cohors hoc praeside ab ecclesiae unitate discessit, hoc magistro a veritate descivit [3].

Sed cum in cunctis perversitatibus multiformem teneat principatum arcem tamen sibi in Manichaeorum struxit insania, et latissimam in eis aulam, in qua se exultantius iactaret [4], invenit, ubi non unius pravitatis speciem, sed omnium simul errorum impietatumque mixturam generaliter possideret.

Quod enim in paganis profanum, quod in Iudaeis carnalibus caecum, quod in secretis magicae artis illicitum, quod denique in omnibus haeresibus sacrilegum atque blasphemum est, hoc in istos, quasi in sentinam quamdam, cum omnium sordium concretione confluxit. Unde universas eorum turpitudines enarrare perlongum est: superat enim verborum copiam criminum multitudo. Ex quibus ad indicandum pauca sufficiunt, ut de iis quae audieritis, etiam illa quae verecunde [5] praetermittimus aestimetis.

De sacris tamen eorum, quae apud illos tam obscena sunt quam nefanda, quod inquisitioni nostrae Dominus manifestare voluit, non tacemus, ne quisquam putet nos de hac re dubiae famae [6] et incertis opinionibus credidisse.

(Serm. 16)

HINOS MEDIEVAIS

168. Ad Chilpericum et Fredegundem *

Post tempestates et turbida caeli,
  Quo solet infesto terra rigere gelu,

Antigo Testamento como obra do bem e do mal e tentou infiltrar no Cristianismo um sistema de dois deuses opostos entre si. — **Sabellius, Arrius, Eunomius** figuram na heresia trinitária a partir de meados do séc. II. **Photinus,** nos meados do séc. IV, ensinou que Cristo era um simples homem, dotado de quando em vez de poderes divinos.

3. **Descivit** (*descisco*), *apartar-se de.*

4. **Iactaret,** *se gabasse.*

5. **Verecunde,** *por pejo, por pudor.*

6. **Famae,** (*dat.*).

168. * Poema em dísticos elegíacos dirigido ao rei e à rainha dos Francos por Venâncio Fortunato. Nasceu em Trieste pelo ano 530 e foi bispo de Poitiers. De carácter afável e alegre, foi alvo de críticas injustas, como a de Ampère que o apodou de «poeta epicurista e gastrónomo».

Post validas hiemes ac tristia frigora brumae [1],
Flamine [2] seu rapidi rura gravante Noti,
Succedunt iterum vernalia tempora mundo, 5
Grataque post glaciem provocat aura diem.
Rursus odoriferis renovantur floribus arva,
Frondibus arboreis et viret omne nemus.
Dulce saporatis [3] curvantur robora [4] pomis,
Et, redeunte sibi gramine, ridet ager. 10
Sic quoque iam, domini [5], post tristia damna dolentes,
Vos meliore animo laetificate, precor.
Ecce dies placidi revocant paschalia Christi,
Orbs [6] quoque totus item per nova vota fremit.
Gaudia plus faveant per celsa palatia regum, 15
Et per vos famuli festa beata [7] colant.
Omnipotens nobis vestram addat in orbe salutem,
Atque diu patriam culmina vestra [8] regant.

169. Vexilla Regis *

Vexilla [1] Regis prodeunt,
Fulget crucis mysterium,
Quo [2] carne [3] carnis conditor [4]
Suspensus est patibulo.

O excerto, que selecionámos, apresenta-c oomo continuador, na Idade Média, do lirismo elegíaco dos Romanos.

Pela sua *facilidade*, recorda Ovídio, e pela sua *gravidade*, recorda S. Ambrósio. Foi como que o poeta oficial dos reis merovíngios.

1. **Brumae,** *do inverno.*
2. **Flamine... Noti,** *depois que fortes rajadas se abateram sobre os campos* (lit. *oprimindo os campos o sopro do impetuoso vento sul*).
3. **Dulce saporatis,** *de saborosos.*
4. **Robora,** *árvores.*
5. **Domini:** o rei e a rainha dos Francos.
6. **Orbs** (= *orbis*) *o mundo, o universo.*
7. **Beata,** *felizes.*
8. **Culmina vestra,** *vossas majestades.*

169. * De Venâncio Fortunato, que nasceu na Itália em 530, viveu na Gália a maior parte da sua vida e morreu em 609, bispo de Poitiers.

É um dos últimos escritores que conservam traços da cultura clássica. O presente hino em dímetros iâmbicos foi composto para a recepção processional de um fragmento da verdadeira cruz, oferecido pelo imperador Juliano à rainha Radegunda.

1. **Vexillum,** *estandarte.*—**Regis,** *do rei* (de Cristo Rei). — **prodeunt,** (eis que) *saem,* (aí) *vêm.*
2. **Quo,** *pelo qual* (mistério).
3. **Carne,** *na sua carne, com a sua humanidade.*
4. **Carnis conditor,** *o criador do homem.*

Quo [5] vulneratus insuper
Mucrone [6] diro lanceae,
Ut nos lavaret crimine
Manavit [7] unda [8] et sanguine.

Impleta [9] sunt quae concinit [10]
David fideli [11] carmine,
Dicens, «In nationibus
Regnavit a ligno [12] Deus».

Arbor decora et fulgida,
Ornata Regis purpura [13],
Electa digno stipite [14]
Tam sancta membra tangere.

Beata cuius bracchiis
Pretium [15] pependit saeculi,
Statera [16] facta (est) corporis
Tulitque [17] praedam Tartaris [18].

170. Em terra estranha *

Musa, nostrum, plange [1], soror, dolorem,
Pande [2] de nostro miserum recessum [3]
Heu solo, quem continuo pudenda [4]
Pressit egestas.

Nam miser pectus [5] sapiens habere
Quaero, quam ob causam patriam relinquo
Et malis tactus [6] variis perosus
Plango colonus [7]...

In domo frigus patior nivale [8],
Non iuvat cerni gelidum cubile [9].
Nec foris lectove calens repertam
Prendo quietem.

5. **Quo insuper,** *sobre o qual* (patíbulo).
6. **Mucrone lanceae,** *com a ponta da lança, com a* (terrível) *lançada.*
7. **Manavit,** *derramou.*
8. **Unda** (abl.), *água.*
9. **Impleta sunt,** *cumpriram-se.*
10. **Concinit,** *profetizou.*
11. **Fideli,** *verdadeiro.*
12. **A ligno,** *do madeiro, da cruz.*
13. **Purpura** (abl.), *sangue.*
14. **Electa digno stipite,** *escolhida pelo teu tronco digno.*
15. **Pretium,** *redenção.* — **saeculi,** *do mundo.*
16. **Statera,** *balança.*
17. **Tulit,** *arrebatou.*
18. **Tartaris,** *ao inferno.*

170. * Da autoria de Walfried Estrabão, Abade de Reichenau, que viveu entre 809-849. Grande mestre, fervoroso exegeta e, sobretudo, delicado poeta latino. O excerto, que apresentamos, em *odes sáficas*, prova que a tradição Horaciana não se perdeu com a Idade Média.

1. **Plange,** *chora.*
2. **Pande,** *mostra-me.*
3. **Recessum,** *recanto.*
4. **Pudenda,** *vergonhosa.*
5. **Pectus habere,** *possuir inteligência:* **pectus habere quaero,** *por amor à ciência, pelo desejo de aprender.*
6. **Tactus,** *atingido.* — **perosus,** *odiado.*
7. **Colonus,** *estrangeiro, exilado.*
8. **Nivale,** *de neve.*
9. **Cubile,** *cama.*

Si tamen nostram veneranda mentem
Possidens prudentia contineret
Parte vel parva[10]: ingenii[11] calore
Tutior essem.

Heu pater[12], si solus adesse possis,
Quem sequens terrae petii remota,
Credo nil laesisse tui misellum
Pectus alumni.

171. Dies irae *

Dies irae, dies illa,
Solvet[1] saeculum in favilla
Teste David[2] cum Sibylla[3].

Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus
Cuncta stricte discussurus[4].

Tuba mirum spargens sonum
Per sepulcra regionum[5]
Coget[6] omnes ante thronum.

Mors stupebit et natura,
Cum resurget creatura
Iudicanti responsura.

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur
Unde mundus iudicetur.

Iudex ergo cum sedebit,
Quidquid latet apparebit;
Nil inultum remanebit.

10. **Parte vel parva,** *por pouco que fosse.*
11. **Ingenii,** *do meu talento.*
12. **Pater,** *meu pai*: seu mestre e pai espiritual.
171. * É um dos hinos mais inspirados e belos, não só da Idade Média, mas da literatura de todos os tempos e de todos os povos. O seu autor parece ter sido Tomás de Celano (1200-1255), franciscano, biógrafo de S. Francisco de Assis.
Embora se recite nas missas de *Requiem*, não foi escrito com esse fim. Entrou no missal, por ser tão sublime e se ajustar tão perfeitamente à liturgia das missas de *Defuntos*. Escrito em versos de oito sílabas, com rima por estrofes, é o maior de todos os hinos latinos medievais, não tanto pela elegância de linguagem, quanto pela inspiração, pelo ritmo e pelo conciso da expressão.
1. **Solvet,** *desfará, reduzirá.* — **saeculum,** *o mundo, tudo.* — **in favilla,** *em cinzas, a cinzas.*
2. **David,** como muitos nomes hebraicos, pode tomar-se como *indeclinável* em latim.
3. **Sibylla,** *Sibila:* os oráculos Sibilinos eram tomados na Igreja primitiva e na Idade Média, como profecias de Cristo. As Sibilas alinham ao lado dos profetas no tecto da Capela Sixtina, pintado por Miguel Ângelo.
4. **Stricte discussurus,** *para julgar (examinar) com rigor.*
5. **Per sepulcra regionum,** *através dos sepulcros de todas as terras.*
6. **Coget,** *reunirá.*

Quid sum miser tunc dicturus,
Quem patronum[7] rogaturus,
Cum vix iustus sit securus?

Rex tremendae maiestatis,
Qui salvandos salvas gratis[8],
Salva me, fons pietatis.

Recordare, Iesu pie,
Quod[9] sum causa tuae viae[10];
Ne me perdas[11] illa die.

Quaerens me sedisti lassus[12],
Redemisti crucem passus;
Tantus labor non sit cassus[13].

Iuste iudex ultionis[14],
Donum fac remissionis[15]
Ante diem rationis[16].

Ingemisco tamquam reus[17],
Culpa rubet vultus meus
Supplicanti parce, Deus.

Qui Mariam[18] absolvisti
Et latronem[19] exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.

Oro supplex et acclinis[20],
Cor contritum quasi cinis;
Gere curam[21] mei finis.

Lacrimosa dies illa
Qua resurget ex favilla
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce, Deus.

7. **Patronum,** *protector*: referência a um costume romano, em virtude do qual todo o estrangeiro devia ter um cidadão romano como *patronus.*
8. **Gratis,** *livremente.*
9. **Quod,** (em vez de oração infinitiva), *que*: entrou no latim cristão e medieval por influência do grego. É curioso que, sendo esta construção tão frequente na prosa medieval e posterior, aparece relativamente pouco nos hinos medievais.
10. **Viae,** *caminho*: descida do céu à terra.
11. **Ne perdas,** *não percas*: o latim clássico diria antes «*ne perdideris*».
12. No poço de Jacó à espera da samaritana.
13. **Cassus,** *vão, inútil.*
14. **Ultionis,** *de vingança:* genitivo descritivo.
15. **Remissionis,** *perdão.*
16. **Rationis,** *ajuste de contas, juízo final.*
17. **Tamquam reus,** *como quem se sente culpado.*
18. **Mariam:** *Maria Madalena* (Lc. VII, 37): na Idade Média, a *pecadora* de S. Lucas era identificada com Maria Madalena.
19. **Latronem:** o bom ladrão.
20. **Acclinis,** *prostrado.*
21. **Gere curam,** *toma a teu cuidado.*

172. Veni Sancte Spiritus *

Veni, Sancte Spiritus,
Et emitte caelitus [1]
Lucis tuae radium;
Veni, pater pauperum;
Veni, dator munerum;
Veni, lumen cordium.

Consolator optime,
Dulcis hospes animae,
Dulce refrigerium [2];
In labore requies,
In aestu [3] temperies,
In fletu solacium.

O lux beatissima [4],
Reple cordis intima
Tuorum fidelium.
Sine tuo numine [5]
Nihil est in homine
Nihil est innoxium [6].

Lava quod est sordidum,
Riga quod est aridum,
Rege quod est devium [7],
Fove quod est languidum [8],
Flecte quod est rigidum,
Sana quod est saucium [9].

Da tuis fidelibus
In te confidentibus
Sacrum septenarium [10].
Da virtutis meritum [11],
Da salutis exitum [12]
Da perenne gaudium.

173. Stabat Mater *

Stabat [1] Mater dolorosa
Iuxta [2] crucem lacrimosa,
Dum pendebat Filius.

Cuius animam gementem,
Contristatam et dolentem,
Pertransivit gladius.

172. * Chamado a *Sequência de oiro*, é um dos sete hinos maiores. Embora se atribua ao Papa Inocêncio III e a outros autores, a sua paternidade continua incógnita. Em versos de 7 sílabas com rima a a b c c b, todas as linhas têm o mesmo tamanho, e todas as estrofes terminam com a mesma rima.
1. **Caelitus,** *do céu.*
2. **Refrigerium,** *refrigério:* esta palavra encontra-se frequentemente nas inscrições das catacumbas.
3. **Aestus,** *calor.* — **temperies,** *moderação.*
4. **Beatissima,** *benditíssima.*
5. **Numine,** *poder.*
6. **Innoxius,** *inculpável, sem culpa.*
7. **Devium,** *desviado:* algumas edições intercalam aqui o último verso desta estrofe.
8. **Languidum:** noutras edições lê-se «*frigidum*».
9. **Saucium,** *ferido.*
10. **Septenarium,** *os sete dons* (do Espírito Santo).
11. **Meritum,** *recompensa.*
12. **Salutis exitum,** *consecução da salvação.*

173. * Um dos sete hinos maiores, atribuído a Jacopone de Todi (1220-1306). É dos hinos mais patéticos da Idade Média: em verso de oito sílabas, com rima a a b c c b. O seu suposto autor

O quam tristis et afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti!

Quae maerebat et dolebat,
Pia Mater, dum videbat
Nati poenas [3] incliti.

Quis est homo, qui non fle-
[ret,
Matrem Christi si videret
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,
Christi Matrem contemplari
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis [4] suae gentis,
Vidit Iesum in tormentis,
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem Natum
Moriendo desolatum,
Dum emisit spiritum.

Eia, Mater, fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, ut [5] tecum lugeam.

Fac ut [6] ardeat cor meum
In amando Christum Deum [7],
Ut sibi [8] complaceam.

Sancta Mater, istud agas [9],
Crucifixi [10] fige plagas
Cordi meo valide [11].

Tui Nati vulnerati,
Tam [12] dignati pro me pati,
Poenas mecum divide.

Fac me tecum pie flere,
Crucifixo condolere [13],
Donec ego vixero.

Iuxta crucem tecum stare,
Et me tibi sociare,
In planctu desidero.

foi advogado, converteu-se mais tarde e entrou na Ordem franciscana. Foi grande polígrafo, mas preferiu o italiano ao latim. Realmente o estilo latino do *Stabat Mater* distancia-se a olhos vistos da elegância do latim clássico.
1. **Stabat,** *estava de pé.* — **dolorosa,** *triste.*
2. **Iuxta crucem,** *junto da cruz.*
3. **Pœnas,** *sofrimento, suplício.*
4. **Pro peccatis,** *por causa dos pecados.* — **suae gentis,** *do seu povo:* Cristo morreu por todos os homens e para expiar os pecados da humanidade de todos os tempos, que não só do povo judeu.
5. **Ut** (final), *para que.*
6. **Ut** (completiva), *com que.*
7. O latim clássico diria: *in amando Christo Deo.*
8. **Sibi,** em vez de *ei, illi* ou *ipsi,* como devia ser.
9. **Agas,** *faz:* forma do conj. com sentido de imperativo, incorrecta no latim clássico.
10. **Crucifixi,** de Jesus crucificado. — **fige,** *imprimi.*
11. **Valide,** *fortemente, bem fundo.*
12. **Tam dignati,** *que tanto se dignou.*
13. **Crucifixo condolere.**

Virgo virginum praeclara,
Mihi iam non sis[14] amara,
Fac me tecum plangere.

Fac ut portem[15] Christi mor- [tem,
Passionis[16] fac consortem,
Et plagas recolere[17].

Fac me plagis vulnerari,
Fac me cruce inebriari,
Et cruore Filii[18].

Flammis[19] ne urar succensus
Per te, Virgo, sim denfensus
In die iudicii.

Christe, cum sit[20] hinc exire,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriae.

Quando corpus morietur,
Fac ut animae donetur[21]
Paradisi gloria. Amen.

condoer-me de Jesus crucificado.

14. **Non sis,** *não sejas*: construção incorrecta na latim clássico, que diria: *ne fueris (ne sis).*

15. **Partem... mortem,** *eu sofra a morte de Cristo* (cfr. *II Corint*, IV, 10).

16. **Passionis consortem,** *participante da sua Paixão.*

17. **Recolere,** *recordar.*

18. **Filii,** *do teu filho.*

19. **Flammis,** *pelas chamas* (do inferno). — **succensus,** *abrasado.*

20. **Cum sit,** *quando chegar a hora.*

21. **Animae donetur,** *à minha alma seja dada.*

TERTIA PARS

DE RECENTIORE LATINITATE

174. DE RECENTIORE LATINITATE

Ubi in penitiorem antiquitatis cognitionem venerunt saeculi XV et XVI scriptores, tanto graecarum latinarumque litterarum studio et admiratione perculsi sunt, ut nihil antiquius haberent, quam romanos graecosque imitari scriptores. Cum vero falsis quibusdam praeiudiciis imbuerentur, nimirum quod Romani ac Graeci artes atque litteras ad eam perfectionem evexissent, ut nihil addi supra posset, nec illam cognovissent aut saltem nihil pensi facerent popularem latinitatem, quae apud Romanos et ipso quoque medio aevo nunquam non viguisset, eruditam fere latinitatem coluerunt, qua quidem tam peritos se praestiterunt quam qui maxime inter Romanos.

Adde quod permulti a pueris latine loqui discebant, nec deinceps tempus ullum intermittebant quin latinas exercitationes nunc scriptitando, nunc in scholis cum discipulis colloquendo, quam maximas facerent.

Nostra autem aetate, viri semonis latini periti non tantum renascentium artium atque litterarum temporis fautorum vestigiis incedunt, verum etiam omnes nervos contendunt ut latinitatem viventem apud omnes fere gentes instaurent. Itaque, dedita opera maiorem in dies verborum copiam novandam curant, si rebus novis satis novorum vocabulorum suppeditent. Atque fatendum sane est eos exitum felicissimum sortitos iam esse, cum difficillima quaeque in hodiernis inventis vix aut ne vix quidem aptis vocibus exprimi non posse videantur.

175. POLITIANUS

Inter eos qui saeculo XVI ab humanitate nomen traxerunt, Angelus Politianus, poeta, historicus, philologus et scriptor latinus ciceronianus procul dubio excellit. In Italia, anno 1454 ortus, Florentiae anno 1494 mortuus est. Epigrammata atque epistulas graece exaravit et *Pactianae Coniurationis Commentarium* latine excudit. Eum praeceptorem habuit Aires Barbosa lusitanus, qui et ipse dignum se praebuit qui ab humanitate nomen acciperet.

176. Morte dos assassinos de Juliano de Médicis

Ibi primum peracta sacerdotis communicatione, signo dato, Bernhardus Bandinus, Franciscus Pactius, aliique ex coniuratis, orbe facto, Iulianum circumveniunt. Princeps Bandinus, ense per pectus adacto, iuvenem transverberat. Ille moribundus aliquot passus fugitare; illi insequi. Iuvenis,

cum iam sanguis eum viresque defecissent, terrae concidit. Ita pium iuvenem neci dedunt. Qui Iulianum sequebatur famulus, terrore exanimatus in latebras se turpiter coniecerat...

Videre erat[1] tumultuantem populum, viros, mulierculas, sacerdotes, pueros fugitantes passim quo pedes vocarent. Omnia fremitu plena et gemitu; nihil exaudiri tamen expressae vocis. Fuere et qui crederent templum corruere.

Qui Iulianum trucidarat Bernhardus Bandinus, non contentus suis partibus, ad Laurentium contendit. Ille se commodum[2] cum paucis in sacrarium coniecerat. Bernhardus obiter Franciscum Norium, prudentem virum et mercaturis Medicae familiae praefectum, ense per stomachum adacto uno vulnere perimit. Eius cadaver spirans adhuc idem in sacrarium, quo se Laurentius receperat, invectum est.

Tum ego, qui eodem me contuleram, aliique nonnulli, fores quae ahenae essent occlusimus. Ita periculum, quod a Bandino ingrueret, propulsavimus. Dum fores servamus, trepidare intus alii, de Laurentii vulnere solliciti esse...

Iacobus autem Pactius, ubi spem necandi Laurentii se fefellisse intellexit, haud ignarus quantum sceleris in se admisisset[3] utraque palma[4] suam ipse faciem ceciderat. Mox dum se domum corriperet[5], priusquam de templo egrederetur, ad terram prae angustia collapsus est. Tandem ubi rem in angusto[6] esse vidit, fortunam periclitari[7] deliberans, cum paucis ex necessariis[8] recta[9] in forum contendit, populum ad arma convocat. Nihil succedere illi; verum omnes hominem scelestum, et tum prae formidine vix sonum vocis, qui exaudiretur, erumpentem, contemptui habere facinusque detestari. Is ubi nihil in populo auxilii videt, trepidare animoque destitui.

(Ex *Pactianae coniurationis commentario»*)

177. ERASMUS

Desiderius Erasmus, de quo pauca eaque ambigua vitae documenta ad nos allata sunt, Roterodami, in oppido Bataviae, anno 1467 est genitus. Patre orbatus, tutoribus est

176. 1. **Videre erat,** *podia ver-se.*
2. **Commodum,** *a tempo.*
3. **Scelus in se admittere,** *cometer um crime.*
4. **Utraque palma,** *com ambas as mãos.*
5. **Se domum corripere,** *correr para casa.*
6. **In angusto esse,** *em situação tão crítica.*
7. **Fortunam periclitari,** *tentar fortuna.*
8. **Necessariis,** *amigos.*
9. **Recta,** *direito a.*

concreditus, qui eius patrimonium brevi profuderunt. Deinde religiosam vitam amplexus, monasterium mox deseruit, et a Summo Pontifice Iulio II votorum dispensationem impetravit. Complures nationes perlustravit, quas inter Anglia, Italia atque Helvetia mentione dignae sunt. E vita migravit Basileae, in urbe Helvetiae, anno 1536.

Vir fuit litteris latinis atque graecis eruditissimus, philologam doctrinam, quantum partae illis temporibus notiones patiebantur, excoluit, idemque Romanorum sermonem, ut nemo magis inter renatarum litterarum scriptores, apprime calluit, prout aperte demonstrant opera quae bene multa latine composuit.

178. A eloquência de S. Jerónimo

Equidem ei viro[1] tantum in litteris tribuo quantum vix alteri cuiquam, neque candor illius, quo praeditum accipio, sinit ut id ab eo dictum credam. Alioqui ne Gazae quidem concesserim, ut homo graecus hieronymianae facundiae censorem agat[2], qui Ciceroni quoque tam fuerit iniquus, idque magis studio gentis suae quam iudicio[3]...

Audi quanta cum auctoritate, quantoque supercilio[4] pronuntiet de Hieronymo, ut M. Varronem quempiam loqui putes, non Petrum Crinitum: «Neque prorsus negaverim», inquit, «quaedam esse in Hieronymo, quae non usquequaque romanam in dicendo puritatem atque elegantiam probant. Quod equidem vitium, si id vitium est, non homini, sed tempori[5] et professioni tribuendum existimo. Nam inter christianos homines, non eloquentiae sed vitae accusantur vitia». Egregium vero Hieronymi patronum!

Quaenam ista romana puritas? Num eodem more dicere quo dixit Caesar aut Marcus Tullius? At qui[6] fieri potuit ut Hieronymus, de rebus longe diversis loquens, iisdem tamen verbis uteretur? Alia religio, alius cultus, diversi auctores, novata omnia. Et tu me negabis eloquentem, nisi perinde loquar quasi Ciceronis aetate vivam; cum praecipua dicendi laus sit, apte[7] dicere? Nisi forte parum romanus videbor, si pro eo quod olim dicebant, «faxit Iupiter optimus maxi-

178. 1. **Ei viro:** Teodoro Gaza que censurara S. Jerónimo de ser pouco ciceroniano.
2. **Censorem agat,** *faça de censor.*
3. **Iudicio,** *criteriosamente.*
4. **Quanto supercilio,** *com quanta arrogância.*
5. **Tempori,** *ao tempo* (em que viveu).
6. **Qui fieri potuit,** *como era possível.*
7. **Apte,** *a propósito.*

mus», dixero, «faxit Christus Iesus»; quod[8] ad hunc modum non sit locutus M. Varro aut C. Caesar aut M. Tullius.

Iam quid est hoc quod ait quidam imputandum Hieronymi saeculo? Num saeculum hoc putat illo facundius? Aut quaenam est ista professio, cui condonari vult infantiam[9]? Nec enim adeo stultus est, opinor, ut existimet Hieronymum fuisse monachum huius generis quod hodie receptum est. An Christi professio pugnat cum eloquentia? Quid autem vetat, si Cicero de suis daemonibus dixit eloquenter, quominus Christianus item de pietate veraque religione dicat eloquenter? Sed dicam invitus, quod tamen verissimum esse comperi, esse permultos sic profanis addictos litteris ut ineruditum, ut infans, ut sordidum videatur, ubicumque christianae professionis vocabula viderint. Romuli, Camilli, Fabricii, Iulii nominibus delectantur; ad Christi, ad Pauli, ad Petri Bartholomaei vocabula[10] nauseant. Hos nihil aliud offendit in Hieronymo, nisi quod ingenue[11] christianus est.

At nos si quando videri volumus eloquentes, de rebus sacris, Deum immortalem! quam profane dicimus? Neque vero probem in homine christiano, anxiam eloquentiae affectationem, quae nec philosophis, nec Senecae, nec ulli gravi viro umquam probata est. Atque adeo ne fieri quidem potest, quin de religione verba faciens, sacrorum voluminum testimoniis utare; quorum phrasim innovare ridiculum sit, fastidire impium.

(Eximii Doctoris Hieronymi Stridonensis Vita)

179. PETRUS BEMBUS

Petrus Card. Bembus Venetiis anno 1470 natus, Romae supremum diem explevit anno 1547. In Purpuratorum Patrum numerum cooptatus, Leonis Decimi et Clementis Tertii Pontificum Max. ab Epistulis designatus est: tum quidem in lucem edidit *Epistularum Leonis Decimi Pont. Max. nomine scriptarum libr. XVI,* in quibus epistula asservatur ad Emmanuelem I, Lusitaniae Regem ab illo Summo Pontifice data. Cum patriae rerum scribendarum munere publice fungeretur, *Rerum Venetiarum Historiam* conscripsit.

Fuit igitur historicus, poeta, nec quisquam pedestrem Romanorum sermonem eo facilius aut elegantius adhibuit umquam. Quo classicae Latinitatis studio ferebatur, *Vulgatam* legere non audebat, ne scilicet stilum suum latinum contaminaret.

8. **Quod,** *sob o pretexto de que.*
9. **Infantia,** *falta de eloquência.*
10. **Vocabula,** *nomes.*
11. **Ingenue,** *autênticamente, genuinamente.*

180. A descoberta de Colombo

Erat Columbus homo Ligur ingenio peracri[1], qui multas emensus[2] regiones, multum maris et oceani perlustraverat[3]. Is ut est humanus animus novarum rerum[4] appetens, Ferdinando et Isabellae Hispaniae regibus proponit, edocetque: «Illud quod omnis fere antiquitas credidit, quinque esse caeli partes, quarum media caloribus, extremae duae frigoribus sic afficiantur, ut quae sub illis sint totidem terrae plagae, incoli ab hominibus non possint; duae tantum inter eas sub eisdem positae caeli partibus possint; inanem esse antiquorum hominum fabulam et nullis veris rationibus fultam, et confirmatam descriptionem. Improvidum prope necesse esse haberi Deum, si ita mundus sit fabricatus, ut longe maior terrarum pars propter nimiam intemperiem hominibus vacua[5], nullum ex se usum[6] praebeat. Globum esse terrae hunc eiusmodi, ut commeandi[7] per omnes eius partes facultas hominibus ne desit...».

Hac oratione apud reges habita petit, ut sibi liceat eorum opibus[8] novas insulas, nova litora quaerere: spem se habere, non defore[9] incoeptis fortunam: dicionemque ipsorum magnopere iri auctum, si rem susceperint, confirmat. Ab regibus nova spe alectis sententia Columbi, quam quidem totum septennium reiecerant, ad extremum[10] comprobata, anno ab urbe (i. e. Venetiis) condita millesimo septuagesimo primo, tribus cum navibus Columbus ad insulas Fortunatas, de quibus superioribus[11] libris sermonem habuimus, quas Canarias appellant, profectus, atque ab iis tres et triginta totos dies occidentem[12] secutus solem, sex numero insulas reperit; quarum sunt duae ingentis magnitudinis; quibus in insulis lusciniae novembri mense canerent; homines nudi, ingenio miti[13] lintribus ex uno ligno factis uterentur...

Anno autem insequente, ut pollicitus fuerat, Columbus cum navibus decem septem, et militibus, et fabris, et commeatu[14] omnis generis missu regum eodem rediens, cum se

180. 1. **Ingenio peracri,** *de natural muito vivo.*
2. **Emensus,** *tendo percorrido.*
3. **Perlustro,** *percorrer.*
4. **Novarum rerum,** *de aventuras.*
5. **Hominibus vacua,** *sem homens, desabitada.*
6. **Usum,** *utilidade.*
7. **Commeare,** *andar.*
8. **Eorum opibus,** *a expensas deles* (dos Reis Católicos).
9. **Non defore,** *que não há-de faltar.*—**incoeptum,** *empreendimento.*—**fortuna,** *boa sorte.*
10. **Ad extremum,** *por fim.*
11. **Superioribus,** *anteriores.*
12. **Occidentem... solem,** *seguindo rumo a oeste.*
13. **Ingenio miti,** *de temperamento pacífico.*
14. **Commeatus,** *provisões.*

ad laevam versus parumper flexisset, quamplures ad insulas est delatus: quarum partem homines incolebant feri trucesque, qui puerorum et virorum carnibus, quos aliis in insulis bello aut latrociniis cepissent, vescebantur, a feminis abstinebant, *Canibales* appellati. *(Rerum Venetiarum Historiae, lib. VI).*

181. ANDREAS DE RESENDE

Quo anno primum lucem viderit, haud satis exploratum est. Auctores tradunt ortum illum habuisse Eborae anno 1495 vel 1498 vel etiam 1506, ibique mortuum esse anno 1573.

Praedicatorum Ordini adscriptus, a quo tamen postea in clericorum saecularium statum mutari petiit, ob acutissimum ingenium studiis operam dare sibi licuit Compluti et Salmanticae, ubi ab Antonio Nebrija, Aires Barbosa et Nicolao Clenardo litteras didicit graecas, latinas atque hebraicas. Deinde Parisios se contulit, ac brevi post in Lusitaniam a Rege Ioanne III arcessitus, humaniores litteras professus est in Universitate Conimbrigensi tum cum Olisipone haec sedem habebat, tum etiam cum Conimbrigam translata est: ibidem plusquam semel ineunte scholarum curriculo orationem latinam habuit, quam *de Sapientia* dicunt.

Eius stilus, tametsi ut academici mores ferebant, inflato quodam orationis genere nimis extumescit, purus nihilominus, emendatus expolitusque est.

182. Exórdio da Oração de Sapiência

Si ullum unquam fuit tempus, Viri doctissimi, quo non modo mihi ipse displicuerim, verum etiam mei me vehementer puduerit, hodiernus profecto dies est, cum in vestro hoc consessu [1], in hac hominum luce [2], atque adeo frequenti totius fere urbis contione [3], de superiore loco dicturus, concitatae vulgo de me expectationi [4] respondere satis non queo. Equidem ante hac, ut videor, susceptas res ingenio ac oratione [5] pro dignitate sum prosecutus.

Nunc vero, cum ex maiorum instituto [6] sollemme vobis est, anno vertente [7], ad Regis nostri opt. max. huius Academiae conditoris ac parentis laudes audiendas convenire,

182. 1. **Consessus,** *assembleia.*
2. **In hac hominum luce,** *diante de homens tão conspícuos.*
3. **Adeo frequenti... contione,** *perante um auditório tão vasto vindo de quase toda a cidade.*
4. **Concitatae... expectationi,** *à expectativa entusiástica e geral que há a meu respeito.*
5. **Ingenio et oratione,** *talento oratório.*
6. **Ex maiorum instituto,** *segundo as tradições dos antepassados.*
7. **Anno vertente,** *no decorrer do ano.*

quanto causa quidem existit illustrior, quanto amplior materia, quod vires omnino impares [8] ad dicendum meas esse intellegam, tanto ego magis animo [9] plane concidi, ut qualiscumque in me esse eloquentia videbatur, si non penitus obmutuit, certe rebus ipsis considerandis, quibus minus est idonea, ita impediatur, ut nisi oratoris partes hodie mihi necessario essent agendae, quas sine ignominia subter fugere non possem longe melius et honori meo et famae consultum fuisse [10] existimem, si amplissimum hunc et ornatissimum locum nequaquam ascendissem.

Multum tamen ex hac qua tenetur difficultate meus alioquin perplexus animus reficitur ac recreatur, quod non sum nescius omnes vos qua estis prudentia, quo in aestimandis rebus iudicio, intellegere, eam a me pro officio susceptam necessario esse provinciam [11], quae non modo perpusillam meam dicendi copiam obrueret, verum summorum oratorum, et ipsius si nunc resurgeret Ciceronis, torrentem illam eloquendi ubertatem divexaret, ut minori iam pudore afficiendi simus, si amplitudini materiae verba non suppeditaverint [12]...

Aggrediar igitur ipsam rem, eoque iam confidentius, quo ad audiendum alacriores vos esse animadverto. Tantam enim pro eximio vestro ac singulari studio [13], summaque in ipsum Regem observantia [14], animorum vestrorum in me inclinationem [15] persentisco, ut iam non metuam ne vobis non placeat quidquid dixero, etiam si in maxima rerum copia verborum ieiunitate [16] essem longe quam sum inconcinnior [17].

Neque vero me arbitremini ita loqui quasi omnia quae dici possint, persecuturum [18] me audeam polliceri. Pauca dicam et tempori quod ad agendum in praesentia concessum mihi est, convenientia, quod tamen cum anniversaria vicissitudine superis bene iuvantibus [19] redire soleat, ab aliis, et ornatius et suavius longe plura, imo semper nova spero audietis. (In *Quatro Orações Latinas, Publicação e Prefácio de Luís de Matos, Coimbra, 1937, pp. 55-56).*

8. **Impares,** *que não estão à altura, incapazes.*
9. **Animo concidere,** *desanimar.*
10. **Consultum fuisse,** *teria olhado.*
11. **Provinciam,** *incumbência, encargo.*
12. **Suppeditaverint,** *se proporcionarem, houver.*
13. **Studio,** *boa vontade.*
14. **Observantia,** *respeito.*
15. **Inclinationem,** *boas disposições.*
16. **Verborum ieiunitate,** *falta de palavras.*
17. **Longe inconcinnior,** *muito mais canhestro.*
18. **Persecuturum,** *tratar, dissertar sobre.*
19. **Superis iuvantibus,** *com a protecção do Céu, com a ajuda de Deus.*

183. DAMIANUS DE GOIS

Damianus a Goes (1502-1574), prout suo tempore scribebatur, inter clarissimos viros qui renascentium artium atque litterarum aetate nomen in Lusitania ab humanitate duxerunt, annumerandus profecto est. Permultis ille terrarum partibus peragratis, Erasmo, Bembo et ipso quoque Luthero familiariter usus est. Hinc forsan invidia illa oborta est, qua eum acerrime Inquisitio prosecuta est, donec eum tandem ad carcerem in perpetuum damnavit.

Opera non lusitano tantum sermone sed latine etiam exaravit. En tibi praecipua: *Urbis Lovaniensis obsidio; Pro Hispaniae defensione; Fides, religio, moresque Aethiopum,* qua quidem miram illarum gentium notitiam admirationemque protendit.

Ut ex eclogario a nobis selecto et in auctoris *Opuscula* inserto erui potest, tanta ipsi latine scribendi facultas inest, tam sua sponte ibidem locutio fluit quam ubi maxime. Quamquam purior atque numerosior oratio esse poterat.

184. Costumes dos Etíopes

Haec omnia quae de traditionibus scripsi, non ad disputationem nec contentionem [1] scripsi, sed ut meos, quatenus fieri potuit, protegerem ac defenderem contra acerbissimas multorum reprehensiones [2], quibus nulla fuit reverentia [3], quo minus potentissimum Pretiosum Ioannem, ac nos eius subditos conviciis proscinderent [4] ac Iudaeos et Mahumetanos appellarent, eo quod circumcisionem servamus et sabbatum sanctificamus ut Iudaei. Deinde quod veluti Mahumetani, ad occasum solis usque ieiunamus, id hominem christianum minime decere [5] asserentes.

Id quoque acerbissime obiciunt Sacerdotum coniugia, ut laicorum, licita esse apud nos. Praeterea nec id sine morsu [6] omittitur, quod primo baptismo quasi diffisi, singulis annis rebaptizamur, quod praeter viros etiam mulieres circumcidantur, more nec apud Iudaeos quidem recepto [7]. Denique quod delectum ciborum sanctissime [8] observatum volumus. Postremo quod infantes, qui ante baptismum pagani vocari solent, semichristianos nuncupemus [9].

Quibus obtrectationibus [10] coactus sum talia dicere ut nostros purgarem ab huiusmodi calumniis et ut Doctores Sacrae Ecclesiae Romanae redderem nobis affabiliores. A quibus (nescio quam pie) mihi interdictum est [11] sumere Corpus Dominicum, postquam in Lusitaniam veni, quod spatium est septem annorum et (id quod non sine dolore ac lacrymis dicam) reputor inter fratres christianos tanquam Ethnicus [12] et Anathema. De quibus rebus ille qui omnia vegetat [13], videat, cuius iudicio omnia committo.

(*Opuscula,* Conimbricae, 1791, pp. 267-268).

184. 1. **Contentionem,** *contenda.*
2. **Reprehensiones,** *acusações.*
3. **Reverentia quo minus,** *cuidado em não.*
4. **Conviciis proscinderent,** *nos difamarem com acusações insultuosas.*
5. **Hominem ... decere,** *não ficar bem a um cristão.*
6. **Sine morsu,** *sem dentada* (de calúnia).
7. **More nec recepto,** *costume nem sequer admitido.*
8. **Sanctissime,** *escrupulosissimamente.*
9. **Nuncupemus,** *chamamos.*
10. **Obtrectratio,** *difamação.* — **purgare,** *desculpar, defender.*
11. **Interdictum est,** *foi proibido.*
12. **Ethnicus,** *gentio, pagão.* — **anathema,** *anátema, excomungado.*
13. **Qui omnia vegetat,** *o Criador de tudo.* — **videat,** *poderá ver, ser-me-á testemunha.* — **committere,** *confiar.*

185. HIERONYMUS OSORIUS

Vita. — Hieronymus Osorius anno 1506 Olisipone nobili loco natus, iis a pueritia usus est praeceptoribus, ut vel puerulus adhuc latine loqueretur. Litteris graecis atque latinis Salmanticae studuit; deinde Lutetiam Parisiorum contendit ut philosophiae vacaret. Tum Bononiam petens hebraicum sermonem didicit itemque sacrarum litterarum studio operam dedit, quas Ioannis Regis voluntati obtemperans Conimbrigae in schola professus est.

Sacris initiatus Salmanticae in monasterio S. Stephani Ordinis Praedicatorum, per Catharinam reginam quae pro Sebastiano minorenni regnum gubernabat, Silvensis dioeceseos episcopus est creatus. Post infaustissimam illam in Africam expeditionem, qua iuvenis Sebastianus rex cum lusitanae nobilitatis flore a Mauris infelicissime periit, cuique ipse vehementissime semel iterumque refragatus erat, Henrico Cardinali in regis mortui locum succedenti suis consiliis pro virili parte adiuvit. Tandem Tavilae in Silvensis dioecesis oppido, anno 1580 de vita exivit.

Opera. — Hieronymi Osorii scripta quatuor voluminibus continentur, quibus haec praecipue argumenta comprehendutur: *de nobilitate civili; de nobilitate christiana; de regis institutione et disciplina; de iustitia caelesti,* cetera. Unumquodque tamen argumentum plures complectitur libros.

At longe praestantius atque nobilius exstitit opus quod inscribitur *de rebus Emmanuelis Lusitaniae regis invictissimi virtute et auspicio gestis libri XII.*

Hoc vero opus quod in anglicum et in lusitanum conversum est sermonem, eo animo se latine composuisse profitetur Osorius, ut lusitanarum rerum Emmanuelis regis tempore gestarum notitiam ad omnes reipublicae christianae gentes perferret.

Iudicium. — Hieronymus Osorius «Cicero lusitanus» recte ac merito appellari solet. Re sane ipsa tanta scribendi facultate est praeditus, tanta denique sermonis latini puritate elegantiaque utitur, ut vix maximo illi Romanorum scriptori palmam concedat. Quin etiam, cum *de rebus Emmanuelis gestis* scribit, mirum quantum ad Caesaris Commentariorum simplicitatem, perspicuitatem venustatemque accedit.

Non defuit nihilominus qui, ut anglicus scriptor Bacon, Osorii dicendi genus *«luxurians et dilutum»* aestimaverit. Quod quidem de toto opere in universum sumpto tamque vituperationem sine temeritate aut iniuria effutiri non posse arbitror.

186. Conquista de Malaca

(por Afonso de Albuquerque)

Ea parte, qua Albuquercius cum copiis suis irruerat, hostes prius stationes deserunt, eosque Albuquercius cedentes insequitur. Qui primus in stationem ascendit, fuit Simon Andradius. Alteram vero stationem Ioannes Limicus primum subiit. Hostes vero similiter ea parte pulsi sunt et nostri illos acriter urgebant, donec ad agmen regium perventum est, ubi hostes Regis praesentia confirmati constitere.

Rex castello, quod elephantus ingens tergo sustinebat, cum aliquot e suis domesticis vehebatur. Hunc alii elephanti similiter instrati [1] et armati sequebantur. Tela e castellis frequentia decidebant. Elephanti enses dentibus alligatos gestabant, tantaque ferocia in nostros irruebant, ut antesignani [2] pellerentur. Fernandus [3] tamen Gomecius Lemius et Vascus Fernandus Coutignus minime ea re perturbati, resistunt. Cum uterque eorum in opposita viae latera, qua elephantus gradum violenter inferebat, consessisset [4] aditum ei liberum reliquerunt. Utrinque deinde latera illius hastis perfodiunt.

Belua quamvis in principio certaminis sit immanis et

186. 1. **Instratus** (de **insterno**), *coberto.*
2. **Antesignani:** soldados que combatiam à frente das bandeiras e as defendiam.
3. Fernão Gomes de Lemos e Vasco Fernandes Coutinho.
4. **Concedere in,** *retirar-se para.*

efferata, est tamen doloris impatiens [5] et facile in suos, quovis vulnere sauciata, convertitur. Itaque cum elephantus transfixus utroque latere fuisset, rectorem [6], qui illi insidebat, proboscide deturbatum proculcat. Exanimari deinde (sanguis enim illi utrinque profluebat) mirifice coepit. Rex eo metu confestim desiluit. Elephantus in suos conversus, reliquorum elephantorum aciem perturbavit. Omnes exterriti in fugam versi sunt, neque rursus ullis rectorum monitis aut minis in proelium compelli potuere.

Eo metu depulso, Lusitani multo acrius institerunt. Hostes cum pro laribus [7] et focis in Regis sui conspectu dimicarent, fortunarumque omnium discrimen adirent, in ferrum incredibili pertinacia ruebant. Rex cum in manu non mediocre vulnus accepisset, e pugna dolore victus excessit, ut in aedibus suis curaretur. Id cum illius milites animadvertissent, se in collem, in quo aedes regiae sitae erant, paulatim subduxere [8]. Ibi vero conferti nostrorum impetum sustinebant.

Alia vero parte res erat in magnum discrimen inducta. Albuquercius enim erat hostium multitudine circumventus. Ioannes Limicus praesidio, quod satis esse videbatur, in ponte relicto, ut illi opem afferret, acceleravit: tantoque impetu in hostes invasit, ut multi se in fluvium demitterent. Nautae qui erant in lembis, eos ad satietatem sine ullo impedimento caedebant. Albuquercius adventu Limici ingenti periculo liberatus, suos ad pugnam de integro [9] capessendam cohortatus est et tubarum etiam concentu, ut maiorem animis alacritatem adderet omnes excitavit, et in hostium aciem, quae viam latam insederat [10], impetum dedit. Hostes quamvis principio acriter obstitissent, tandem fusi fugatique sunt...

Hostium numerus, qui in eo proelio ciderunt, iniri [11] minime potuit. Constat tamen, magnam caesorum multitudinem fuisse. E nostris tredecim cecidere, septuaginta graviter vulnerati fuere; quinquaginta tormenta capta sunt et aedes non paucae direptae.

(De Rebus Emmanuelis, lib. VII)

5. **Est doloris impatiens,** *não suporta a dor.* — **sauciare,** *ferir.*
6. **Rector,** *condutor, cornaca.* — **proboscis, idis,** *tromba.* — **deturbatus,** *derrubado.* — **proculcare,** *pisar aos pés.*
7. **Lar, laris,** *lar, deus lar.* — **focus,** *lar, deus penate.* — **adire,** *enfrentar.* — **in ferrum ruere,** *lançar-se ao combate.*
8. **Subducere se,** *retirar-se.*
9. De (ou **ab**) **integro,** *de novo.*
10. **Insidere,** *ocupar.* — **fundere,** *derrotar, dispersar.*
11. **Inire,** *calcular.*

187. Embaixada de D. Manuel I ao Papa Leão X

In huius anni exitu[1] Rex Emmanuel tres Legatos[2] ad Leonem Decimum, Pontificem Maximum, cum muneribus regia magnificentia dignis instituit. Princeps legationis Tristanus Cugna fuit. Collegae duo iurisconsulti magnae apud Lusitanos auctoritatis extitere. Unus Iacobus Paciecus, alter Ioannes Faria nominabatur. Per illos Pontifici sacras vestes ex auro, cum multis gemmis[3] opere excellenti perfectis, dono misit. Vasa praeterea ex auro, atque monilia[4] maximi ponderis et pretii vestibus adiecit. Opus[5] erat eiusmodi, ut cum materia nihil pretiosius excogitari posset, artificium tamen ipsam materiam multis partibus superaret.

Misit praeterea Elephantum Indicum mirae magnitudinis, qui non solum Romae, ubi homines, post inclinatam[6] Romanae Maiestatis amplitudinem, illud animal numquam oculis aspexerant, sed quacumque gradum inferebant[7], nemo circumfluentem undique turbam, admiratione obstupefactam, submovere poterat.

Panthera etiam venatica[8] missa fuit, quod munus haud scio an olim Romae Aediles[9], cum ludos magnificentissimos apparabant, et praeter alias immanes beluas pantheras etiam in publicis spectaculis exhibebant, praestare[10] potuerint. Ea namque[11] mansuefacta, non in circo cum bestiariis, sed in silvis cum apris atque cervis proelium committebat, et principibus, qui venationibus oblectantur, plurimum voluptatis afferebat. Ea insidebat equi Persici tergo[12], integumentis[13]

187. 1. **In huius anni exitu,** *no final deste ano (1513).*

2. **Legatos,** *Embaixadores:* Tristão da Cunha, Diogo Pacheco e João de Faria.—**collegæ,** *assessores, adjuntos.*

3. **Gemmis opera excellenti...,** *pedras preciosas artìsticamente lavradas.* — **dono,** *de presente.*

4. **Monilia,** *colares, jóias.*

5. **Opus,** *o lavor, o trabalho.* —**cum:** deve ligar-se a **nihil... posset.**

6. **Post inclinatam...,** *após a decadente grandeza.*

7. **Gradum inferre,** *ir, encaminhar-se.*—**circumfluentem undique,** *que os rodeava por todos os lados.*

8. **Panthera,** *pantera, onça.*—**venaticus,** *de caça, de montaria.*

9. **Aedilis, is,** *Edil* (magistrado romano). — **apparare,** *alardear, preparar.*

10. **Praestare,** *dar, apresentar.*

11. **Ea namque...,** *porquanto esta amansada (domesticada), não combatia no circo...* —**bestiarius, ii,** *gladiador, homem lançado às feras.*

12. **Ea insidebat... tergo...,** *ia ela sentada (montada) no dorso dum cavalo pérsico.*

13. **Integumentum,** *cobertura: airosamente ajaezado de peças de ouro.* — **Armuzii,** *de Ormuz.*

auratis eleganter instrati. Equum regebat Persa venator eximius, qui ad id munus obeundum ab Armuzii Rege cum equo et panthera missus fuerat...

Fuerunt a Cardinalium domesticis, deinde a Principum Legatis, multisque Principibus, antequam in urbem ingrederentur, omnibus honoribus excepti...

Romani deinde designatores[14] advenere, et ordinem pompae illius instruxere. Omnia interim tubarum cantibus[15] et tibiarum symphonia et concentu[16] personabant. Nullus fuit princeps, qui non ordine a designatoribus constituto legatos deduceret[17]. Helvetiorum etiam agmen[18] instructum eos antecedebat. Turba undique visendi gratia confluens, omnes viarum aditus obstruebat, ita ut vix fustibus coercita[19] cedere et locum dare vellet.

Cum ad molem Adriani[20] ventum esset, tormentorum ingenti strepitu civitas universa tremefacta fuit. Fumi tandem caligine dispulsa, cum Pontifex e fenestra spectaret, elephantus accessit et ter genibus flexis et demisso corporis habitu venerabundus[21] illum salutavit: quod non mediocrem admirationem spectantibus incussit. Tum proboscide in dolium[22] ingens aqua refertum immissa, aquam hausit, qua omnes, qui in fenestris altioribus insidebant, aspergeret. In plebem deinde conversus, eum aqua, quasi ludum exhibere[23] vellet, immodice perfudit. Cum hac pompa fuerunt ea die Legati in hospitium deducti.

Vigesimo vero die mensis eiusdem, Legati eadem hominum frequentia et celebritate in Pontificis aedes deducti sunt. Pontifex in sublimi sede[24] vestibus sacris cultus, ut fit, eos expectabat: Cardinales in sedibus suis considebant...

Tum Iacobus Paciecus egregiam orationem habuit, quam ita voce et actione luculenter[25] expressit, ut non

14. **Designatores,** *mestres de cerimónias.* — **pompa** *cortejo.*

15. **Tubarum cantibus,** *com o som das trombetas.*

16. **Tibiarum symphonia...,** *com o concerto e harmonia das flautas (pífaros).*

17. **Deducere,** *acompanhar.*

18. **Helvetiorum agmen,** *Guarda Suiça, Guarda Papal.*

19. **Fustibus coercita,** *reprimida, forçada com bengalas.*

20. **Moles Adriani:** Primitivamente *mausoléu* do Imperador Adriano; depois *fortaleza* de Roma, e hoje Castelo de Santo Ângelo.—**tormentum,** *artilharia.*

21. **Demisso habitu,** *em posição (atitude) reverente.*—**venerabundus,** *cheio de respeito, respeitoso.*

22. **Proboscis, idis,** *focinho, tromba* (do elefante). — **dolium,** *tonel.* — **aspergere,** *borrifar.*

23. **Quasi ludum...,** *como por divertimento.*—**perfundere,** *molhar, orvalhar.*

24. **Sedes,** *trono.* — **cultus,** *vestido, paramentado.*

25. **Luculenter,** *elegantemente.*

mediocrem ea die laudem eloquentissimi oratoris assequeretur. Pontifex responsum latine, verbis luculentissimis, et eleganter et graviter dedit, Emmanuelisque nomen et Lusitanae gentis virtutem laudibus summis exornavit [26].

Postridie Legati in viridarium [27], quod post Pontificis aedes in Vaticano monte consitum est, intromissi sunt. Eo in loco eos iam Pontifex expectabat. Ibi munera accepit, quorum fulgorem et artificium admiratus vehementer est. Inde in hortum, ut elephantum et pantheram videret (non enim facile elephanto erat in superiorem aedium partem, unde in viridarium exitus patebat, scandere) continuo descendit. Ibi voluit spectare, qua ratione panthera venaretur. Fuerunt igitur ad illam bestiae perductae. Panthera repente a venatore, qui eam regebat, immissa [28], in illas insiluit, easque celeritate incredibili iugulavit...

Sed ut eo, unde deflexit oratio, revertamur, Legati, rebus ex animi sententia confectis [29], cum litteris ipsius Pontificis valde propensae in Emmanuelem voluntatis testimonium continentibus, in Lusitaniam redierunt.

(De Rebus Emmanuelis, lib. IX)

188. Afonso de Albuquerque

Quo vero magis progrediebatur, eo [1] morbus erat infestior. Litteras interim perbreves ad Regem Emmanuelem in hanc sententiam [2] dedit: «Has postremas litteras cum frequenti singultu et reliquis mortis certissimae signis scribo. Filium unicum habeo: quem peto pro [3] meis in tuam maiestatem et amplitudinem praestantibus meritis, tua magnificentia et benignitate complectare. Quae tua causa gesserim, opera ipsa testificabuntur».

His litteris vacillante manu cum magna difficultate conscriptis, omnem rerum humanarum memoriam prorsus abiecit, et totam mentem ad res divinas animo recolendas et veniam flagitiorum a divina clementia postulandam convertit. Cum vero multa mente recoleret, tum vero locum

26. **Laudibus exornare,** *exaltar.*
27. **Viridarium,** *jardim (de recreio), belver (mirante).* — **conserere,** *plantar.*
28. **Immissa,** *despedida.*
29. **Rebus ex animi sententia...,** *tendo preenchido a seu sabor os mandados.*

188. 1. **Quo... eo,** *quanto... tanto.* — **infestus,** *hostil, perigoso.*
2. **Sententia,** *sentido, teor.*
3. **Pro,** *em atenção a.* — **amplitudo,** *grandeza, alteza.* — **meritum,** *serviço.*—**complectare** (= **complectaris**), *favoreça.* Ordem: **Peto (ut) complectare... quem (= eum)...**

Ioannis, quo Christi cruciatus exponit, sibi crebro legi faciebat, crebrisque gemitibus et aliis eiusmodi signis, se ea lectione mirum in modum recreari demonstrabat.

Cum oram Goae legeret [4], famulum celoce [5] celeriter invehi praecepit, qui ex urbe sacerdotem, quo plurimum fuerat in rebus divinis usus, evocaret. Is ubi venit, totam cum eo noctem in rebus, quae ad sempiternam vitam pertinebant, attentissima cogitatione pertractandis consumpsit: et sic ante lucem ex ergastulo corporis emigravit. Ubi fuit in urbem de illius morte nuntius allatus, non solum Lusitani se lamentis dediderunt, sed Saraceni etiam et gentes reliquae a nostris sacris [6] alienae, plangore et eiulatu urbem compleverunt.

Tanta namque erat humanitate praeditus, ut utrum magis multi illius virtutem metuerent, an bonitatem amarent, esset explicatu difficillimum. In primis autem ius aequabile colebat [7], et fidem violatam acerrime puniebat, neminique iniuriam fieri patiebatur.

Erat in laboribus tolerandis acerrimus, ita, ut homines nimio interdum labore fatigaret: quos tamen magis exemplo, quam propositis minis ad labores excipiendos excitabat. Calumniatoribus erat infensus, adeo, ut nemo auderet alicuius nomen apud illum falso deferre [8]. Consilio plurimum valebat [9]: incredibili celeritate, quae statuerat, exsequebatur Erat veritatis amantissimus, vanitatem et mendacium odio acerbo persequebatur. Iniurias sibi illatas animo maximo ferebat...

Non erat alienus a litteris: et cum otium erat, lectione Sacrarum praecipue Litterarum oblectabatur. Utrum magis belli, an pacis artibus excelleret, incertum est. Sic enim bellum administravit, ut merito summus imperator haberetur. Sic Rempublicam multis in locis constitui, ut summus etiam Reipublicae moderator existimari iure posset.

189. A Rainha D. Maria

Regina Maria [1], cum gravissime, postquam ultimum filium peperit, aegrotaret, numquam ex eodem morbo con-

4. **Oram legere,** *navegar junto à costa, costear.*
5 **Celox, ocis,** f., *bergantim, embarcação ligeira.*— **invehi,** *ser levado, tr.* — **in rebus divinis,** *na recepção dos sacramentos.*
6. **A nostris sacris,** *à nossa fé.*
7. **Ius aequabile...** *cultivava a igualdade da justiça.*
8. **Nomen falso deferre,** *denunciar falsamente.*
9. **Consilio valebat,** *era forte no conselho; era bem aconselhado no empreender.*
10. **Utrum magis belli an...,** *se foi mais eminente chefe, se mais consumado político.*

189. 1. **Regina Maria:** filha

valuit[2]. Ulcus[3] in intestinis, ut medicorum erat opinio, eam vehementer afflictabat et paulatim conficiebat. Septimo tandem die Martii, anno salutis MDXVII extremum spiritum edidit[4], cum annis quinque et triginta vixisset. Octo filios, quos recensuimus, superstites[5] reliquit.

Fuit femina multis virtutibus admiranda. Erat enim moribus et vita gravis, facilitate et humanitate comis[6], et in omni sermonis genere moderata. Otium pati non poterat, neque regias virgines et mulieres[7] otio corrumpi sinebat. Itaque manibus suis e lino aut e bombycinis[8] filis opera muliebria faciebat, et mulieres ad eadem opera magis exemplo, quam verbis, excitabat.

Negotiis publicis se numquam admiscebat: summum mulieris decus in modestia et mansuetudine ponebat, vitaeque perturbationem statuebat[9] esse in confusione munerum constitutam. Regis imperium verebatur: nec illum umquam iniquis postulatis a recto deducere conata fuit.

Filios et insita caritate et disciplinae severitate[10] in puerili officio continebat, nec permittebat, ut aliquid ludendo committerent, quod ab honestate abhorreret. Nullum, quantumvis[11] leve, puerilis flagitii vestigium in illis impunitum relinquebat. Erat in religionis cultu sancta, in egentium inopia sustentanda benigna, in virginibus alendis, atque matrimonio apud honestos viros collocandis, magnificentiam et maternam caritatem adhibebat. Regem mirabiliter amabat, et illi vicissim erat propter morum commoditatem et vitae sanctimoniam[12], carissima.

Aedes sacras extruxit, multisque signis et operibus praeclaris, insitam pietatem et humanitatem indicavit. Non igitur immerito[13] acerbum sui desiderium universae Lusitaniae reliquit[14]. *(De Rebus Emmanuelis, lib. XI)*

dos Reis Católicos de Espanha e segunda mulher de D. Manuel I, rei de Portugal.

2. **Convalesco,** *restabelecer-se.*
3. **Ulcus, eris,** n., *úlcera.*
4. **Extremum... edere,** *morrer.*
5. **Superstes,** *sobrevivente.*
6. **Facilitate... comis,** *afável pelo seu trato bondoso e humano.*
7. **Regias virgines et mulieres,** *meninas e damas do paço.*
8. **Bombycinus,** *de seda.* — **Bombyx, ycis,** *bicho da seda, seda.*
9. **Statuo,** *ter para si.* — **in confusione...,** *na confusão (usurpação) dos ofícios.*
10. **Insita caritate...,** *com amor ingénito (inato) e severa educação.* — **in puerili officio,** *nos deveres de infância.*
11. **Quantumvis,** *ainda que, por mais que.* — **puerilis flagitii...,** *resquício (vestígio) de travessura.*
12. **Morum commoditatem et...,** *bondade de condição e santidade (pureza) de vida.*
13. **Immerito,** *sem razão.*
14. **Acerbum sui desiderium...,** *deixou de si pungente (profunda) saudade.*

190. EMMANUEL ALVARES, S. I.

Emmanuel Alvares, natione lusitanus, in insula Madeira et in oppido vulgo «Ribeira Brava» anno 1526 in vitam venit. Annos natus viginti Societati Iesu se addixit, ubi studiorum curriculum emensus, litteris graecis, latinis atque hebraicis in Eborensi Collegio discipulos permultos erudiit.

Sed eum potissimum apud omnes fere gentes excultas celeberrimum reddiderunt *De Institutione Grammatica libri tres*. Opus fuit hoc quod in sermones quatuordecim conversum plus quingentas editiones sibi adscivit. Illud non tantum Societatis Iesu *Ratio Studiorum* sibi proprium effecit, ut si quid purum, tutum, elegans in syntaxi latina optari posset, id non ab aliis grammaticis, sed ab Emmanuele experetur, verum etiam clarissimorum virorum testimonia laudibus decorarunt, veluti Morerii asserentis hanc esse «absolutissimam omnium quotquot editae hactenus sunt grammaticam», aut Walchii confirmantis, «quicumque posterioribus saeculis latine scirent, eius ope ac studio eos esse assecutos».

Alvari autem scribendi ratio ita sua sponte fluit, correcta ac perpolita, ut Romanorum idiomate tamquam proprio donatus esse videatur.

191. Prólogo à Gramática Latina

Iure optimo[1] labor, qualiscumque est[2], frustra susceptus[3] in tanta librorum multitudine videri posset, nisi singularis[4] illa virtus, qua res parvae crescunt, sine qua maximae dilabuntur, nos tueretur[5].

Etenim cum patribus[6] nostris illud in primis propositum sit[7] atque ob oculos perpetuo versetur, ut qui Societati Iesu eiusdem Dei Opt. Max. beneficio nomen dedimus, non solum in iis quae propria sunt Instituti, verum etiam in rebus, quae minimi videntur esse momenti, concordissime[8] vivamus; visum est[9] ab aliquo nostrum grammaticam artem scribendam esse, qua ubique terrarum[10], quoad[11] eius fieri

191. 1. **Iure optimo,** *com toda a razão.*
2. **Qualiscumque est,** *seja qual for, qualquer que seja.*
3. **Susceptus,** *tomado.*
4. **Singularis,** *admirável.*
5. **Tueretur,** *escudasse.*
6. **Patribus,** *pais, antepassados:* refere-se ao fundador da Companhia de Jesus e a seus sucessores hierárquicos.
7. **Propositum sit,** *se tenham proposto.* — **ob oculos versari,** *ter diante dos olhos.*
8. **Concordissime,** *com a maior união e uniformidade.*
9. **Visum est,** *pareceu bem.*
10. **Ubique terrarum,** *em todo o mundo.*
11. **Quoad... potest,** *quanto possível.*

potest, nostri uterentur. Quod onus cum mihi esset impositum, id equidem non meis humeris (scio enim quam sim imbecillis [12]) sed sanctae Obedientiae viribus fretus, libenter suscepi. Nam ei, qui sponte sua sui iuris [13] esse desiit, proprioque iudicio atque voluntati propter Deum nuntium [14] remisit, non tam inscitiae nota, quam nec obedientis animi crimen pertimescendum est.

Suscepto itaque onere, operam dedi ne officio meo deessem, fontes ipsos adii [15], M. Varronis Romanorum omnium eruditissimi libros *de Etymologia atque Analogia,* duodecim Fabii Quintiliani *de Institutione Oratoria,* qui mihi magnum adiumentum attulerunt, Auli Gellii *Noctium Atticarum* undeviginti, Probi, Diomedis, Phocae, Donati, Prisciani *institutiones Grammaticas,* ut potui perlegi, quorum postremus ante mille annos Iustiniani Principis aetate Athenis floruit...

Nemo mihi quidem rem Grammaticam copiosius, nemo accuratius aut tractasse aut plures veterum Grammaticorum commentarios videtur pervolutasse [16].

Quod ad recentiores attinet, eos potissimum evolvimus [17] qui nobis usui [18] essent futuri.

Iactis ad hunc modum fundamentis, ex utriusque Grammatices praecepta delegimus, quae Terentii, Ciceronis, Caesaris, Livii, Vergilii, Horatii atque aliorum veterum testimoniis pro nostra tenui, infirmaque parte confirmavimus. De his, si qui forte in hunc librum incidissent [19], breviter putavimus admonendos.

(De Institutione Grammatica libri tres, in Praefatione)

192. PETRUS PERPINIANUS, S. I.

Petrus Ioannes Perpinianus (1530-1566), hispanus, e Societate Iesu, rhetor, theologus aureaque eloquentia praeditus fuit. Quem eclogarium selegimus, ad opusculum pertinet in epistulam ad P. Franciscum Adornum insertum, cuius titulum infra inscribemus.

Fuit Perpinianus acerrimi iudicii vir, omnigena eruditione et doctrina instructus, summamque in scribendo elegantiam exseruit.

12. **Imbecillis,** *fraco.*
13. **Sui iuris esse,** *ser senhor de si próprio.*
14. **Nuntium remisit,** *renunciou.*
15. **Adii,** *consultei.*
16. **Pervolutasse,** *ter manuseado.*
17. **Evolvimus,** *manuseámos, consultámos.*
18. **Usui essent futuri,** *houvessem de ser úteis.*
19. **Incidissent in hunc librum,** *houvessem às mãos este livro.*

193. Exercícios latinos e gregos

Exercitationis [1], quae ut in omnibus rebus, sic etiam in hac plurimum valet, multae sunt partes. Prima est declinandi, de qua dixi in ratione [2] Grammaticae tradendae. Altera memoriae propria est. Praecepta namque Grammaticae, exceptis [3] illis quae supra praeteriri debere dixi, omnia memoriter comprehendenda sunt. Auctores item, unus orationis solutae, alter carminis; quoad aliorum, explicatio non superabit mediocritatem. Loquendi etiam formae [4], et rerum ac verborum interpretationes accuratiores. Artis vero rhetoricae non verba omnia, sed sententias memoria retineri convenit: ut, si non iisdem, certe paulum commutatis verbis, praecepta [5] singula pueri possint exponere.

Tertia exercitatio interrogatione et responsione continetur. Debet enim sedulus magister habere definitum [6] certumque tempus, quo et de praeceptis ipsis et de auctoribus pueros roget [7]... Modo proponendae sunt breves oratiunculae vulgares, quae ex tempore [8] faciant latinas. In quo fugienda ineptia [9] communium paedagogorum, qui ubi sententias quasdam ediderunt inauditas, nescio quibus e tenebris erutas, nullam ad rem utiles, nisi ad movendum risum; eas perverse [10] excogitatas, perverse docent dicere latine. Praestat [11] eas ad praecepta Grammatices, quae vel antea fuerint exposita, vel tum exponentur, et ad ea verba, quae pueri viderint in auctoribus, accommodatas esse. In auctoribus primum sententia roganda [12] est, quam principio [13] patria lingua modo, post etiam latina, tandem latina solum copiosius et ornatius exponent...

Quarta est exercitatio loquendi, quam ego magnam habere utilitatem non nego: sed ita demum [14], si et pueri magno ad id studio incumbant; et semper bene loquantur et polite; et statim ut aliqua in re peccarint, corrigantur a magistro; et selecta cuiusque generis, communium prae-

193. 1. **Exercitatio,** *exercício.*
2. **In ratione tradendæ,** *no modo de dar (ensinar)*
3. **Exceptis,** *exceptuados:* são sobretudo os que se referem aos nomes de flexão mais irregular ou de forma mais rara.
4. **Loquendi formæ,** *expressões.* — **accuratiores,** *mais esmeradas.*
5. **Praecepta,** *regras.*
6. **Definitum certumque,** *determinado e fixo.*
7. **Roget,** *interrogue.*
8. **Ex tempore,** *de improviso.*
9. **Ineptia,** *a estultícia.* — **communium,** *de muitos.*
10. **Perverse,** *viciosamente.*
11. **Praestat,** *é preferível que.*
12. **Sententia roganda,** *deve propor-se uma frase.*
13. **Principio,** *primeiramente, ao princípio.*
14. **Demum,** *sòmente.*

sertim rerum verba, paulatim ab eodem suppeditentur ignaris. Alioqui sine cura, sine studio latine perpetuo loqui, necessitatem affert perverse et inquinate loquendi.

Quinta est scriptio, tanto utilior, quam illa; quanto magis omnia perspici scribendo possunt, quam loquendo. Ergo cotidie una hora scriptioni detur.

(De ratione puerorum instituendorum litteris graecis et latinis).

194. MAFFEUS, S. I.

Ioannes Petrus Maffeus (1533-1603), italus, scriptor latinus fuit maximae puritatis. Opera historica non pauca, de Indiis praesertim solem ad orientem spectantibus, evulganda curavit. Quae quidem tot tamque venustis locorum morumque descriptionibus exornavit, ut legentibus iucundissimus evadat.

195. A China e seus costumes

Sinarum regio, quam hodie *Cinam* vulgus appellat, ultima terrarum Asiae, ab Oriente et a meridie alluitur oceano quem Sericum [1], vel Eoum prisci dixere: ab occidente Indiam ulteriorem attingit; a septentrione cingitur Massagetarum, Scytharumque limitibus. Multo latius [2] quondam imperasse gentem, annales ipsorum ac litterae, et veterum aedificiorum illustria monumenta, et complures, in India praesertim ab iis denominatae nationes, haud obscure testantur...

Saltus et colles, pinu vitibusque; campi et planities, oryza [3], hordeo, frumento, ceterisque segetibus [4] nitent. Quamquam e vitibus more nostro non exprimunt merum [5]: uvas quodam condimenti [6] genere in hiemem adservare mos est. Ceterum [7] ex herba quadam expressus liquor admodum salutaris, nomine *Chia*, calidus hauritur, ut apud Iaponios; cuius maxime beneficio, pituitam [8], gravedinem, lippitudinem nesciunt; vitamque bene longam, sine ullo ferme languore traducunt. Oleis [9] alicubi carent, sed earum vice [10] non desunt plantae, quae humorem unctui praebeant.

Pascua sunt etiam gregibus alendis uberrima; et in hortis egregie [11] cultis cum alia nostri orbis poma, tum sapidissimos [12] melopepones, suavissima et optima pruna ficusque, et medica [13] citreaque variae formae ac saporis, apprime generosa [14] mala conspicias.

Ad haec [15], perspicui fontes, et miro colorum decore odorumque fragrantia flores ac rosae perennant. Flumina vero, quae magnas quoque patiantur naves, piscosa [16] et amoena, viridissimo riparum vestitu, pinguibus arvis interfluunt [17]... Ingentem praeterea volucrum et ferarum vim [18], ad aucupium [19] ac venatum, paludes, luci, saltusque suppeditant....

Sunt autem Sinarum populi (quemadmodum eiusdem plagae [20] alii) prout ad septentrionem, vel ad meridiem vergunt [21], magis aut minus aeneo [22] colore, vel candido: simis [23] naribus, exiguis admodum ocellis, rara barba, longis crinibus, quos accurate comptos et in verticem coactos [24] illaqueant, et oblongum ex argento clavum in laqueum inserunt. Neque tamen una est omnibus capillamenti ratio [25]: quippe [26], caelibes comam a fronte discriminant; mariti confundunt; atque haec praecipua nota [27], ordinem [28] utrumque distinguit.

Mulieres, circa curam capitis multae [29] sunt. Crines diu pexos concinnatosque [30] in summo [31] circumligant vitta gemmis auroque distincta [32]. Reliqui corporis ornatus, minime lascivus. Praecipuam decoris ac formae laudem, in pedum brevitate et exilitate constituunt [33]: atque ob id ipsum, tenellos ab infantia fasciis perquam arcte constringunt.

195. 1. **Sericum,** *de seda.* — **Eoum,** *oriental.*
2. **Multo latius,** *em muito maior extensão.*
3. **Oryza,** *arroz.*
4. **Segetibus,** *colheitas.* — **nitent,** *brilham, abundam.*
5. **Merum,** *vinho.*
6. **Condimentum,** *molho.*
7. **Ceterum,** *de resto, aliás.*
8 **Pituita,** *gripe.* — **gravedo,** *constipação.* — **lippitudo,** *oftalmia.*
9. **Olea,** *azeitona, oliveira.*
10. **Earum vice,** *em vez delas.*
11. **Egregie,** *a primor.*
12. **Sapidissimus,** *saborosíssimo.* — **melopepo,** *melão.*
13. **Medica** *(mala), laranjas.* — **citrea,** *limões.*
14. **Generosa,** *excelentes.*
15. **Ad hæc,** *além disso.* — **perspicui,** *cristalinas.*
16. **Piscosa,** *abundantes em peixe.*
17. **Arvis interfluunt,** *correm por entre os campos.*
18. **Vim,** *abundância.*
19. **Ad aucupium,** *para armadilha.*
20 **Eiusdem plagae,** *da mesma região.*
21. **Ad septentrionem vergunt,** *ficam situados ao norte.*
22. **Aeneo colore,** *de cor bronzeada.*
23. **Simis naribus,** *de nariz achatado.*
24. **In verticem coactos,** *apanhados no alto da cabeça.*
25. **Neque... ratio,** *não têm todos, porém, o mesmo género de cabeleira.*
26. **Quippe,** *com efeito, pois.*
27. **Nota,** *característica.*
28. **Ordinem,** *classe.*
29. **Circa... multae sunt,** *põem muito cuidado no arranjo do cabelo.*
30 **Concinnatosque,** *bem arranjados.*
31. **In summo,** *no cimo da cabeça.*
32. **Distincta,** *adornada.*
33. **Constituunt,** *põem, fazem consistir.*

Magnus apud nobiles matronas honos pudicitiae. Raro visuntur: nec in publicum prodeunt, nisi gestatoria sella[34], praetentis[35] ex omni parte velis, et occultae speculationis[36] causa, reticulatis[37] ex ebore fenestellis ad latera appositis. Succollant[38] servi, magna undique stipante familia. Deprehensum adulterium aeque viri ac feminae, capite[39] luitur. Ad nuptias, dotem non viro femina, sed vir feminae defert.

(Ex *Historiarum Indicarum libro VI).*

196. ALOISIUS DA CRUZ, S. I.

Aloisius da Cruz, genere lusitanus, e Societate Iesu, Olisipone satus anno 1543, linguam latinam atque graecam penitus cognovit, ut ex scriptis liquet quae fudit. Quorum praecipua haec recensenda videntur: *Interpretatio poetica latina in centum quinquaginta Psalmos;* maxime vero *Tragicae comicaeque actiones,* quibus quatuor continentur tragoediae: *Sedecias* coram Sebastiano Rege acta, quando Conimbrigam invisit, *Prodigus, Manasses restitutus* et *Iosephus,* in qua eximio artificio absolutaque latine dicendi ratione suavissima animi sensa depinguntur.

Haud sane longe a veritate erraverit, qui Terentii aut Senecae aut ipsius quoque Vergilii Aloisium nostrum aemulum dixerit.

197. O mensageiro anuncia a Jacob a morte de José

(Verso senário)

IACOB. Accede, narra; quid mali portas, puer?
Divinat animus. Vivit an periit meus
Iosephus? Haeres? Profer.
NUNT. Ignoro.
IACOB. Taces?
NUNTIUS. Utinam tacere mors iuberet: interim
Agnosce tunicam.
IACOB. Tunica Iosephi mei est
Adspersa multo sanguine. Quid hoc est rei?
NUNTIUS. Visa quod ipse veste plane intelleges.

34. **Gestatoria sella,** *sede gestatória.*
35. **Praetentis,** *corridas.* — **ex omni parte,** *totalmente.* — **velis,** *as cortinas.*
36. **Speculationis causa,** *para verem (às ocultas).*
37. **Reticulatis,** *feitas a modos de rede.*
38. **Succollant,** *levam aos ombros.*
39. **Capite luitur,** *é castigado com a pena de morte (lit : é expiado com a morte).*

IACOB. Obiitne!
NUNTIUS. Vasto nemore deprensum ferae
Rapuere.
IACOB. Periit raptus a feris puer?
Hoc timuit animus aeger, ut misero fuit
Praesaga mens. Iosephe, responde patri,
Iosephe pulcher ubi es? Meae deliciae ubi?
Ubi voluptas sera, defesso seni
Monstrata, mox erepta? Iosephum fera
Pessima comedit, saeva Iosephum meum
Fera devoravit.
NUNT. Mitiga fletum pater.

Ex *Tragoedia «Iosephus»,* (Cod. n. 993 de Abril, da Bibl. da Univ. de Coimbra, pág. 817).

198. BENEDICTUS PEREIRA, S. I.

Benedictus Pereira (1605-1681), lusitanus natione ac Borbae in lucem editus, unus omnium Iesuitarum supparis sibi aevi eruditissimus exstitit: quippe omnes fere disciplinas quae tunc temporis maxime doctorum propriae habebantur, professus est, idemque de iis multa condidit opera. Humaniores enim litteras Eborae docuit; deinde Conimbrigae philosophiam tradidit; tum Olisipone theologiam dogmaticam ac moralem praelegit.

Scripta vulgavit de re morali, de iure canonico, de orthographia cum latina, tum etiam lusitana. At opus praecipuum illud sine dubio est cui titulus inscribitur: *Prosodia in Vocabularium bilingue, latinum et lusitanum digesta.* Ut auctor ipse in prologo fatetur, omnes industriae contendit nervos, nullis diurni et nocturni temporis laboribus pepercit, omnia demum dictionaria latinae linguae, quae id aetatis probatissima iudicabantur, consuluit, ut opus conficeret, si minus omnibus numeris absolutum, at certe studentibus perutile et patriae nomine nequaquam indignum.

Re sane vera, ut ex eclogariis ad tanti huius voluminis calcem appositis argui licet, nemo inter ipsos qui sub idem tempus latinitatem coluerunt, Romanorum sermonem studiosius tractavit, penitius calluit, aut doctius professus est umquam.

199. Tourada

Ex horrentibus silvis plerumque truces, saevoque metuendi aspectu laetis iuvencarum stipati armentis diferuntur

tauri qui in cancellos et septum [1] interius recepti, ubi aperto ostio datur potestas evadendi, ea feruntur rapiditate, caecisque praecipitantur conatibus, ut momento [2] integrum campi spatium ambiant, et coniectis [3] eminus aclidibus lacessiti, modo prae furore spumas agant, in obvios [4] irruant, pedibus tellurem percutiant, cornuum ictibus aera verberent, et quos cursu adepti, vel ungulis proterant, vel cornibus ventilent [5].

Interim universus populus ab speculis [6] oculos defigere, inconditos clamores iacere et qua potest gestuum vocumque geminatione [7] applaudere. Tympana [8] subinde pulsari, tubae iterato clangore strepere, omnesque sive videndi desiderio rapi, sive cum bestia congredi [9], sive fugam capessere.

Sunt denique maximae admirationi et voluptati homines, qui pedestri, aut equestri cursu tantum praestant [10], ut taurorum petitiones incredibili dexteritate eludant: equites cominus [11] taurum provocant, atque infixa cuspide [12] lancinant, modo revocatis habenis subsistunt, modo adhibitis calcaribus rapiuntur. Pedites [13] ingruentem belluam, vel inflexione corporis declinant, vel sudariolum [14] appendunt cornibus, vel iisdem ferreum orbiculum [15] insertant, et aliquando tanta pedum ac membrorum pollent agilitate, ut longa arundine [16] equitantes geminatis vulneribus lacessant et eandem bestiam saltu quandoque rapidissimo transiliant [17].

(Prosodia in Vocabularium bilingue, 3.ª Pars).

199. 1. **In cancellos et septum,** *na arena.*
2. **Momento,** *num instante.* — **integrum,** *todo.* — **ambio,** *percorrer à volta.*
3. **Coniectis... aclidibus,** *pelas farpas lançadas de longe.* — **præ furore,** *furiosos.*
4. **In obvios irruant,** *lançam-se sobre os que apanham.*
5. **Ventilent,** *arremessam ao ar.*
6. **Ab speculis,** *das bancadas dos espectadores.* — **inconditos,** *desentoados.* — **iacere,** *soltar.*
7. **Geminatione,** *com redobrar.*
8. **Tympana,** *tambores.*
9. **Congredi,** *lutar.*
10. **Tantum præstant ut,** *conseguem.* — **petitiones,** *arremetidas.*
11. **Cominus,** *de perto.*
12 **Cuspide,** *lança, bandarilhas,* conhecidas no séc. XVIII por *arpones.*
13. **Pedites,** *toureiros a pé.* — **ingruentem,** *que investe.*
14. **Sudariolum,** *capa, verónica.*
15. **Ferreum orbiculum,** *rojão.* — **insertant,** *cravam, enterram.*
16. **Longa arundine,** *vara larga.*
17. **Transiliant,** *saltam* por *cima de:* uma das proesas dos bandarilheiros era saltarem por sobre as reses.

200. Descrição de um rio

Mirum est quanta sit fluminis ab iis fontibus, unde erumpit usque ad pelagus, in quod exoneratur [1], mutabilitas et dissimilitudo. Ab ipso statim exordio [2] fluit lenis, placidus et quodammodo piger, ut in utram [3] fluat partem, vix internoscas. Moliter stringit [4] ripas, leniter subit colles, presso alveo [5] rupes subterlabitur [6]: ubi vero socios [7] excipit rivulos ac in purum [8] campum decurrit, confestim intumescit [9] ac dilatato agmine [10] spatiatur, ut qui antea pontibus iungebatur, modo [11] navium patiens sit.

Neque illa tantum varietas: ab ipsis namque locis, quos alluit [12], mutuatur vicissitudines: inter arbores et nemora veluti frondescit ac virenti herbarum vestitu luxuriat [13]; inter scopulos [14] et exesas rupium latebras fluit asperius [15]; in puro camporum aequore labitur licentius [16]: denique in vallibus deprimitur [17], in collibus supinatur, in speluncis delitescit....

Ecquis erit tam praecipiti audacia qui saevientis fluminis impetum non abhorreat [18]? Quid enim turbido [19] flumine rapidius? Quid violentius? Quando liquescente [20] nive, aut nimbis multiplicatis turgescit [21], ita crescente paulatim alluvione [22] extra alvum effunditur, ut silvas omnes secum trahat, agros sternat [23], ingentia e summis montibus avulsa saxa praecipitet, oppida et urbes subvertat, interque rapidos aquarum vortices [24] commixta volvet hominum pecudumque cadavera. *(Prosodia in Vocabularium bilingue, 3.ª Pars).*

200. 1. **Exoneratur,** *vai desaguar.*
2. **Ab ipso exordio,** *desde a própria nascente.*
3. **In utram partem,** *para qual das duas partes.*
4. **Stringit,** *aperta.*
5. **Presso alveo,** *com o seu leito estreito.*
6. **Subterlabitur,** *corre por baixo.*
7. **Socios,** *afluentes.*
8. **In purum campum,** *pela campina fora.*
9. **Intumescit,** *aumenta de volume, engrossa.*
10. **Ditalato agmine,** *com caudalosa cheia.*
11. **Modo,** *agora.*
12. **Alluit,** *banha.* — **mutuatur,** *recebe.* — **vicissitudines,** *alterações.*
13. **Luxuriat,** *abunda.*
14. **Scopulos,** *escolhos, rochedos.* — **exesas,** *comidos, sumidos.*
15. **Asperius,** *impetuoso.*
16. **Licentius,** *mais livremente.*
17. **Deprimitur,** *abaixa-se.* — **supinatur,** *desce vertiginosamente.* — **delitescit,** *esconde-se.*
18. **Abhorreat,** *não tenha horror a, não tenha medo de.*
19. **Turbidus,** *agitado, caudaloso.* — **rapidus,** *impetuoso.*
20. **Liquescente,** *que se derrete.*
21. **Turgescit,** *se engrossa.*
22. **Alluvione,** *cheia*
23. **Sternat,** *arrasa.*
24. **Vortex,** *redemoinho.*

201. IOSEPHUS CAEIRUS, S. I.

Vita. — Iosephus Caeirus in pago qui vulgo dicitur *«Reguengos»*, quique in Provincia transtagana est situs, anno 1712 in vitam venit. Anno aetatis 14 Societati Iesu nomen dedit ibique humanioribus ac philosophicis studiis peractis, per octo annos politiores litteras in Eborensi Collegio Spiritus Sancti professus est.

Anno 1741, sacerdotio iam auctus, perpulchram orationem latinam in Athenaeo Eborensi recitavit, qua D. Fr. Iosephi Mariae da Fonseca e Evora tunc temporis Episcopi Portucalensis laudes celebraret. Deinde Olisipone, in Collegio S. Antonii, philosophiam per triennium edocuit.

Tum demum scribendo se totum permiserat, cum foeda contra Iesuitas coorta est procella. Sebastianus enim Iosephus de Carvalho, potentissimus Iosephi I Lusitaniae Regis administer, teterrima invidia Iesuitas prosecutus, aqua et igni eos interdicendos constituit.

Exsulare ergo coactus, Caeirus cum lusitanis sodalibus in Italiam appulit; ac brevi post, Societate in toto ferme terrarum orbe exstincta, ad privatam vitam se recepit, neque suum Ordinem redivivum iam contemplari valuit. Vita enim functus est Romae anno 1791 fere octogenariam aetatem ingressus.

Opera. — Praeter opera quae patrio sermone foras edidit, alia et ea quidem praestantiora latine exaravit:

1. *Panegyricus latinus,* qui hoc titulo inscribebatur: *Excellentissimo ac Reverendissimo Domino D. Fr. Iosepho Mariae da Fonseca e Evora, Episcopo Portucalensi dignissimo, Regiae Maiestatis Consiliis, Eborae ornamento ter maximo Panegyricus, authore Iosepho Caeiro e Societate Iesu.*

2. *Magnum Lexicon,* quod tamen infectum reliquit, quandoquidem primum tantum volumen typis mandaverat, cum subito in exsilium pulsus est.

3. *De exilio Provinciae Lusitanae Societatis Iesu libri quinque. — De exilio Provinciarum Transmarinarum Societatis Iesu libri tres.*

4. *Brevis narratio de Iesuitarum e Provincia Brasiliensi expulsione.*

5. *Iosephi Caeiri Lusitani e Societate Iesu Animadversiones breves in XV divisionem libelli cui titulus: Deductio chronologica et analytica, a n. 836 ad 926, auctore Iosepho Seabra da Sylva, Coronae Regiae in Lusitania Procuratore, edit. Ulyssip. anno 1767.*

6. *De vita, morte et causa mortis Gabrielis Malagridae Iesuitae.*

Haec vero opera fere omnia manu duntaxat scripta Caeirus reliquit.

Iudicium. — Caeirus scriptor percopiosus fuit, siquidem volumina nonnulla quae inedita ad nos pervenere, haud parvae magnitudinis sunt. Praeterea, cum de rebus scribendis ageretur, in veritate inquirenda perquam diligens fuit. Iis namque usus est notitiis, quas sive per se, dum in solo patrio degebat, sive per exsules Iesuitas qui in Italiam convenerant cognovit, ut maxime firmetur ac roboretur et eius sinceritas et indubitata auctoritas.

Quod ad scribendi genus attinet, tot tamque illustribus vocabulis dicendique modis eius dictio locupletatur, tanta porro facilitate elegantiaque eius perpetuo fluit oratio, calore denique vehementiaque in accusationibus refutandis sic ipse exardescit, ut vix aut omnino non procul ab optimo quoque Latinitatis scriptore abesse videatur.

202. Inocência dos Jesuítas do Brasil (na perseguição do Marquês de Pombal)

Post haec[1], Iesuitarum aedes ingressi, cuncta, quae ipsorum fuerant, partim curioni sacro[2], partim oppidi Praefecto[3] tradebantur; Carvalius quippe dixerat, nullo tamen argumento probaverat, ea omnia paganorum opera[4] parta[5] fuisse, propterea oppidanis[6] relinquenda. Quibus gestis Iesuita, sacrarum precum codicem[7] vestesque suas secum afferens, domo atque oppido egrediebatur. Tum ab Regio Ministro exerceri quaestio[8] coepta.

Praecipua capita erant: An Iesuitae pro rebus divinis[9] administrandis quidpiam a paganis accepissent? Eosne in servitutem asservissent[10]? Utrum illorum bona usurpassent? Numquid ipsis commercium cum Lusitanis prohibuissent? Usurpassent, necne, Iesuitae, quam ipsi operae suae mercedem ab Lusitanis acceperant? Num Iesuitae, eorum lites

202. 1. **Post haec:** depois de feita nas aldeias a nomeação dos novos vigários, substitutos dos Jesuítas.
2. **Curio sacer,** *vigário, pároco.*
3. **Praefectus,** *Administrador.*
4. **Paganorum opera,** *com o trabalho dos Índios.*
5. **Partus, a, um,** *adquirido.*
6. **Oppidani,** *habitantes.*
7. **Sacrarum precum codex,** *Breviário* (que os sacerdotes rezam).
8. **Quaestio,** *interrogatório, inquérito.*
9. **Pro rebus divinis,** *pelos ministérios sagrados.*
10. **Asservire in servitutem,** *sujeitar à escravidão.*

iudicassent [11], vel crimina punissent? An diebus singulis, festis exceptis [12], Iesuitae [13] laborassent?

Iamvero, testimonium dicebant [14], praeter Senatores [15] paulo antea creatos, ex oppidanis admodum multi; nullus in tot oppidis fuit, qui Iesuitarum ullum illa scelera admisisse [16] testaretur. Haud pauci, in laudes effusi [17], non minus Patrum in se beneficia, quam eorum innocentiam desideriumque suum profitebantur...

Eodem quoque tempore, datis ad Saldaniam Cardinalem litteris [18], Iesuitarum innocentiam, sibi, ut aiebat, perspectissimam [19], commendavit; eos doctrina omni ex parte [20] incorrupta, moribus sanctissimis florere; eos civium ac barbarorum saluti naviter [21] insudare, propterea sibi ac populis carissimos esse; neminem existere, qui illatam Iesuitis calamitatem [22] suam non reputet.

Tum de exprobrata negotiatione disserens: «Equidem, ait, annos undeviginti hac in Provincia versatus iam sum, nec ita diuturno spatio [23] vel ipse per me comperi, vel ab aliis accepi Iesuitas negotiari. Missum ad me Emae. Vestrae Edictum non modo in urbe, sed in oppidis vulgavi; nemo indicium est professus, quamvis id celantibus poenae proponerentur. Privatam itaque exercere quaestionem [24] coepi; ad hanc diem [25] quatuordecim primarii cives testimonium dixere; ad unum omnes [26] Iesuitas absolvunt. Sed progrediar, actaque, ubi demum perfecta habuero, Olisiponem mittam»...

Iuvat hoc loco Ioachimi Ignatii Crucii, mercatorum, qui tum Bahiae versabantur, locupletissimi, testimonium haud quidem integre [27] describere, ut ex hac particula [28] aliorum testium dicta [29] aestimare legentes possint.

11. **Lites iudicare,** *proferir sentença nos litígios.*
12. **Festis exceptis,** *afora os santificados.*
13. **Iesuitæ,** *para (o Jesuíta) os Jesuítas.*
14. **Testimonium dicere,** *depor.*
15. **Senatores,** *Camaristas, Vereadores.*
16. **Admittere scelus,** *cometer crime.*
17. **In laudes effusi,** *prorrompendo em louvores.*
18. **Datis litteris,** *em carta.*
19. **Perspectissimam,** *evidentíssima.* — **commendare,** *demonstrar.*
20. **Omni ex parte,** *a todos os respeitos, inteiramente.*
21. **Naviter,** *com ardor...*
22. **Calamitas,** *desgraça.*
23. **Ita diuturno spatio,** *e neste já longo espaço de tempo.*
24. **Quaestionem exercere,** *instaurar um processo, interrogar um réu.*
25. **Ad hanc diem,** *até agora.*
26. **Ad unum omnes,** *todos sem excepção.*
27. **Integre,** *integralmente.* — **describere,** *transcrever.*
28. **Particula,** *pequena parte, amostra.*
29. **Dicta,** *pareceres.*

«Negotia, inquit, quae viginti hisce annis apud Bahiam initiata peractaque sunt, perspecta habeo [30] ad unum omnium». Sub haec [31], cum de aliis Ordinibus quaedam narrasset, de Iesuitis ita disseruit: «Saepius, ait, utrum et ipsi negotiarentur, curiose diligenterque exquisivi, nec ullum eius rei vestigium deprehendi. Equidem scio, agrorum suorum fructus Iesuitas vendere; praeterea, quae ad victum vestitumque necessaria sunt, emere; sed rem ullam minoris [32] comparasse, ut maioris postea venderent, quod sane negotiatio est, nec ipse per me comperi, nec reor alios comperisse».

(De exilio Provinciae Brasiliensis, S. J., cap. II et III)

203. Expulsão dos Jesuítas de S. Paulo (Brasil: ano de 1760)

Die insequenti [1] Collegio pulsi, nec, praeter vestem ac libellos quosdam pios, ullam secum rem eferre permissum. XIV erant sacerdotio insignes...; sacerdotio initiandus [2]: Iosephus Almeida; adiutores socii [3] septem... Universi [4] duo et viginti.

Iamvero, agminis euntis [5] ordo perquam miserabilis: Praeibant Aethiopes [6] quinque ob nefaria facinora vinculis ferreis obruti; eos Iesuitae sequebantur retibus [7] ad id paratis, more gentis, excepti, barbarorumque humeris impositi. Custodes armati tegebant latera; tubae ac tympana circumstrepebant. Ita per frequentiores urbis vias progressum.

Certatim cives ad manuum osculo, utque [8] ipsis Iesuitae bene precarentur, accurrebant; cum per custodes, armis obiectis [9], prohiberentur omnia eiulatu ac luctu [10] personabant. Ventum denique [11] ad urbis portas, quo civitas pene tota, Iesuitis extremum vale [12] dictura, convenerat; ibi tam

30. **Perspecta habeo...,** *tenho conhecimento pleno em todo o seu conjunto.*
31. **Sub haec,** *e depois.*
32. **Minoris,** *mais barato.* — **maioris,** *mais caro.*

203. 1. **Die insequenti:** 21 de Janeiro de 1759. — **erant sacerdotio insignes,** *eram sacerdotes, distinguiam-se pelo sacerdócio.*
2. **Sacerdotio initiandus,** *destinado ao sacerdócio.*
3. **Adiutores socii,** *Irmãos auxiliares, coadjutores.*
4. **Universi,** *ao todo.*
5. **Agminis euntis...,** *a ordem do préstito (multidão) era por certo bem triste.*
6. **Aethiopes...,** *pretos carregados de grilhões, algemados.*
7. **Retibus...,** *levados em redes apropriadas, ao uso da terra.*
8. **Utque... precarentur,** *e que pedissem a Deus por eles.*
9. **Armis obiectis,** *às coronhadas.*
10. **Eiulatu ac luctu,** *com lamentações e prantos.*
11. **Ventum (est),** *chegaram.*
12. **Extremum** (ou **supremum) vale,** *o último adeus.*

publica tamque miserabilis comploratio ab universis facta, ut Provinciae Praefectus, et ipse in lacrimas solutus, ne in publico fleret, opportunam in latebram se coniecerit. Fletu consumpto, dum ad socios opperientes rediisset [13], palam est fassus, maestissimo se spectaculo haud praesentem fuisse, si compertum haberet, tam caros populo universo Iesuitas existere.

Duodecim ab urbe milliariis Benedictinorum Praefectus, Fr. Benedictus a Gratia Gurjão, in praedio opperiebatur [14], in speciem quidem ut triumviros, quos, illuc ut deverterent [15], invitaverat, studio atque officiis [16] prosequeretur, re tamen ipsa ut Iesuitis abeuntibus valediceret. Etenim tum Praefectus tum Benedictini ceteri eximia caritate ac misericordia Iesuitas prosequebantur decreverantque, inito ad id communi concilio [17], si, opibus ereptis, in Brasilia mansissent, illos tertia bonorum suorum parte sustentare. Itaque cum Iesuitae noctem ibi agerent, non modo laute ac magnifice eos habuit [18], verum etiam, clam triumviris, omnes tum amicitiae tum humanitatis numeros abunde explevit [19]...

Franciscanorum Praefectus ab triumviris ad prandium invitatus, ut Iesuitis valediceret, ad aedium ima clam devertit [20]. Cum alios humi sedentes, alios stantes, plures in genua nixos cibum capere vidisset, maerore pariter ac misericordia tactus [21] haud tenuit lacrimas; nec satis mirari laetitiam poterat, quam tot inter aerumnas omnium vultus prae se ferebant...

Post prandium, nimbo se magna vi effundente ac caelo horrendum in modum tonante [22], ad littus deducti; ibi, conscensis lintribus, ad Liburnicam [23], quae in portu Sanctorum dicto exules opperiebatur, navigari coeptum.

(De exilio Provinciae Brasiliensis, S. J., cap. XVI)

13. **Dum ad socios opperientes...,** *ao voltar para junto dos que o esperavam.*
14. **Duodecim ab urbe...,** *a 12 milhas... o Superior dos Beneditinos... esperava-os numa herdade (fazenda).*
15. **Devertere,** *descansar.*
16. **Studio atque officiis,** *com as devidas atenções.*
17. **Inito ad id...,** *reunido de propósito o capítulo.*
18. **Eos habuit,** *os tratou, serviu.*
19. **Numeros explevit,** *largamente desempenhou os deveres, mostrou todos os sinais.*
20. **Clam devertit,** *afastou-se, desceu ocultamente.*
21. **Maerore... tactus,** *ferido de tristeza e compaixão.*
22. **Nimbo se magna vi...,** *sob grossa chuva, acompanhada de medonha trovoada.*
23. **Ad Liburnicam,** *para a nau Libúrnica.*

204. Jesuítas expulsos de Goa (com destino a Portugal: ano de 1760)

Iamvero, decem, qui [1] ad vestibulum priores accesserant, per globos [2] militum, in medium acceptos, statim deducere ad littus coepit, quippe decretum fuerat, ne plures simul irent. Non multum progressi, e regione templi [3] in genua omnes nixi [4], quod Senator Vallius [5] non satis pie negaverat, brevi precatione Deo se ac Superis [6] commendarunt. Par [7] factum, cum ad caput viae [8], quae in Professorum Domum fert [9], pervenissent; ibi vero Xaverianum sepulchrum, quod unum [10] poterant, ex longinquo venerantibus, tantus ex desiderio luctus repente ortus [11], ut etiam milites, misericordia tacti, in lacrimas solverentur...

Ac vero populus, quamquam id noctis erat, ad Iesuitas extremum [12] videndos, eosque, quo unice poterat modo, salutandos, undique ad capita viarum innumerabilis accurrerat. Nusquam terrarum per duo et amplius saecula Iesuitae utiliores fuerant; itaque comploratio perinde miserabilis, ac Goae [13], nullibi facta; audiebantur quoque inter suspira gemitusque, quae pro Religione, pro Rege, pro civibus Iesuitae facere nullo umquam tempore intermiserant, commemorantium voces [14]; cumque, tum Religionis, tum publicae rei praesidium unicum ac columen [15] semper eos extitisse praedicassent; illud alterum summo cum dolore ominabantur [16]: Iesuitis Asia eiectis, ibi propediem [17] Lusitanum imperium Christianamque Religionem, quae eorum opera ac fide tamdiu steterant [18], haud dubie casura...

204. 1. **Decem qui...,** *os dez primeiros que haviam descido à portaria* (do Colégio).
2. **Globus,** *pelotão, escolta.*
3. **E regione templi,** *em frente da igreja.*
4. **In genua nixi,** *pondo-se de joelhos.*
5. **Quod Senator...,** *o que o desembargador Vale* (Luís Botelho do Vale) *impiedosamente lhes negara.*
6. **Superis,** *aos Santos.*
7. **Par,** *coisa semelhante.*
8. **Ad caput viae,** *à entrada da rua.*
9. **Quae... fert,** *que leva à Casa Professa* (dos Jesuítas).
10. **Unum,** *só assim.*
11. **Tantus ex disiderio...,** *foi tal o choro saudoso.*
12. **Extremum,** *pela última vez.*
13. **Perinde... ac,** *tão (tanto)... como.*
14. Esta ordem: **Audiebantur quoque... voces commemorantium (ea) quae Iesuitae...**
15. **Columen,** *apoio.*
16. **Ominari,** *prognosticar.*
17. **Propediem,** *num dia próximo, em breve.*
18. **Opera ac fide...,** *graças ao seu trabalho consciencioso tanto tempo se mantiveram.*

Itaque, sua [19] spe deiecti ipsoque navigationis initio ad summam inopiam coacti, hanc vitae sustentandae rationem iniere [20]: ut oriza [21] absque condimento, quippe nullum erat, cocta, bubulaque [22] aut pisces prandium essent; oriza butyro, vel phaseoli [23] oleo, dum utriusque ex binis doliolis [24] copia fuit, condita cenam praeberent. Haec valentibus; aegrotantibus vero gallinae pars quarta prandium; puls [25] ex farina, vel hordeacea vel tritica, cena erat. Postquam tum gallinae tum farina utraque consumpta fuere, eadem aegris, quae sanis, apponebantur; praeter haec, ut superius dixi, viritim in dies singulos ex nautico pane tres librae partes ac vini pocillum [26]...

Haud tamen omittenda aerumnarum omnium maxima et atrocissima, sitis videlicet, cuius causa haud dubie fuit Praefecti Alcassovae inhumana crudelitas...

Non modo nautis classiariisque, sed vectoribus [27] quoque ceteris aquae dolium [28] perpetuo patebat, modusque exinde hauriendi nullus nisi quem bibendi satietas attulisset; par quoque bobus ac porcis concessum; solis Iesuitis ab initio decreta certa aquae mensura, quae mane coquo tradita, cum ipse exinde [29] ad prandium cenamque parandam, quantum vellet, hausisset, ad Iesuitas in carcerem ferebatur; nihil propterea in eius diei usus sperari poterat. Iamvero quod supererat aquae, adeo modicum erat, ut inter omnes [30] summa cum aequitate ac fide distributum, vix singulis tantum praeberetur quantum tertio, ad summum quarto, absumere haustu bibentes consuevimus.

Itaque, sitis ardore torridi [31], vix credi potest, quam horribilem cruciatum tulerint, praesertim cum cibi salsi [32] maius in dies incendium facerent. Fuere [33], qui famem minus quam sitim veriti, dies haud paucos cibo abstinuerint, coquum precati, ut id aquae [34], quod cibo parando insumendum fuisset, ipsis ad bibendum praeberet. Plures ab nauta, cui porcorum ac boum cura erat, id, quod aquae superfuerat [35], praesenti pecunia comparabant [36]; alii, superante metum siti [37], obvios classiarios aquae pocillum per Superos [38] orabant.

(De exilio Provinciae Goanae, S. J., cap. XIII et XIV)

19. **Sua spe deiecti,** *frustradas as suas esperanças.*
20. **Hanc vitae... iniere,** *resolveram observar este teor de vida.*
21. **Oryza (oriza),** *arroz.*
22. **Bubula, ae,** *carne de vaca.*
23. **Phaseolus,** *feijão.*
24. **Doliolum,** *pipo, barril.*
25. **Puls, pultis,** f., *papas* (de farinha).
26. **Viritim in dies... ac vini pocillum,** *a cada um (por pessoa) por dia três quartos de um arrátel (libra) de biscoito e um copito de vinho.* O arrátel = 459 gramas.
27. **Nautis... vectoribus,** *para os marinheiros e para a soldadesca (da armada)... para os passageiros.*
28. **Dolium,** *pipa.*—**perpetuo patebat,** *estava sempre à disposição.*—**modus,** *limitação, regra.*
29. **Cum ipse exinde...,** *e como ele tirasse dela... sòmente a que sobrava era levada aos Jesuítas encarcerados.*
30. Eram ao todo 127 Jesuítas.—**quantum tertio...,** *quanta em três ou (quando muito) quatro tragos costumamos tomar (esgotar).*
31. **Torridus,** *abrasado.*
32. **Salsus,** *salgado.*

205. SANCTA RITA DURÃO

Fr. Iosephus a S.ta Rita Durão, monachus Augustinianus, in brasiliensi vico B. Virginis a Nazareth, anno 1722 est editus. Annos novem natus a parentibus studiorum causa Olisiponem missus est. Primo autem theologiae curriculo absoluto, Ordinem Eremitarum S. Augustini, quos calceatos dicunt, ingressus est. Tum Conimbrigae in philosophicam ac theologicam disciplinam incubuit. Deinde Bracarae septem annos theologiam docuit. Postea Conimbrigam repetiit ut iterum theologiam in collegio augustiniano profiteretur. Hic vero, anno 1756 lauream doctoralem in Universitate Conimbrigensi accepit.

Post alia deinceps munera magna cum laude sibi suscepta, in tantam Colipponensis episcopi, inde cardinalis Cunha futuri, amicitiam receptus est, ut cum eo una gravissima quaeque qua scripto qua concionando Iesuitis exprobaverit. Mox tamen paenitentia adductus palinodiam canendam statuit. Scripsit itaque paenitentem confessionem hoc exemplo inscriptam: *Epitome rerum in Lusitania gestarum adversus Venerabilem Iesu Societatem. Tum de conspiratione in Regem Fidelissimum per summum scelus a viris Principibus intentatam.*

Hanc autem *Retractationem* manu sua scriptam ad Summum Pontificem Clementem XIII detulit.

Tametsi tempus illi defuit ut libellum suum, qui 146 paginas complectitur, ad unguem perpoliret, opus nihilominus effecit cum mira verborum copia diffluens, tum politiore purgataque latinitate fere ad amussim castigatum.

33. **Fuere,** *alguns houve.*
34. **Id aquae,** *a água.*—**insumere,** *empregar, gastar.*
35. **Id quod aquae...,** *a água que a eles sobrava.*
36. **Praesenti pecunia...,** *compravam-na com dinheiro à vista.*
37. **Superante metum siti...,** *forçados pela sede (lit. a sede vencendo o medo), dirigiam-se aos tripulantes e pediam...*
38. **Per Superos,** *por amor de Deus e dos Santos.*

206. Um Jesuíta na corte de D. José I

Vir hic[1] a primis unguiculis[2] pietati innutritus, insignem de se omnibus existimationem movit[3], sive virtutum[4] maxime habeatur ratio, integerrimus, humillimus, atque totius expers ambitionis. Conimbricae Vesperarius quondam Professor[5] tanta eruditionis fama rem litterariam tractavit, catecheticam exercuit et sacram coluit eloquentiam, ut hodieque ipsius doctrina in animo simul et admiratione omnium vivere videatur. Neque vero id Romanam hanc Urbem latet, quam ille aliquando conveniens nemini non venerationi fuit et amori.

Egregiae hominis dotes piissimos Lusitaniae Reges nequaquam latuere, qui perinde veluti gentis optimus[6] ad formandos Principis mores, qui modo regnat, delectus est, et in dies singulos operam ei probavit Regno simul et Rege dignam. Eum Rex Fidelissimus quasi parentem suspiciebat.

Cum primum Regno potitus est[7] Iosephus Rex piissimus summam ei negotiorum Regni moderandam contulit. Quod ille, invitus quidem et reluctans animo, acceptavit, sed quantumvis[8] ab his eum ingenium suum averteret, zelus tamen publicae et ecclesiasticae rei fecit ut ne Regem tanta negotiorum et novitate et mole obrutum desereret. Omnibus beneficus, nisi suis[9]; nemini inimicus, neque etiam Societatis et sui adversariis, per biennium sic negotiis praefuit ut numquam eum magis humilem, modestum et sibi consulentem[10] vidissetis.

Dominum de Carvaglio cum evexisset[11], expertus est statim aemulum. Atqui[12] cum Carvaglium inter et Didacum Mendozam, alterum secretarium, contentio exarsisset, Carvaglius, qui recens in Palatio adhuc erat, Regis iram merito[13] timuit, atque ad P. Moreiram pro eo placando accurrit. Tum Moreira omnibus apud eum officiis[14] egit ut Carvaglius in ipsius iterum gratiam rediret et locum teneret. Posthac Dominus de Carvaglio cum in Regis animum obrepere[15] incoepisset, nullam a Moreira remoram[16] passus est, viro minime aulicae ambitioni dedito.

Cum tamen Regem summa erga Moreiram pietate et reverentia comparatum vidisset, coepit eum Carvaglius insidiis undecumque petere[17]. Inter haec versutissimi[18] hominis consilium patuit, cum Moreiram compellans monuit ut Regem Hispaniarum, ope Patris Rabago Iesuitae hispani, ad rescindendum pactum Uruguaiae induceret. His P. Moreira: «Atqui haec, inquit, sine Regis mandato non faciam». Atque haec et similia Carvaglius moliebatur[19] ut exploraret ac perderet Iesuitas omnes cum Moreira ipso, si fors ille[20] propositae suggestioni vel minimum consensisset.

(Epitome rerum in Lusitania gestarum adversus Venerabilem Iesu Societatem, lib. I, c. XIV, § I) — *In* «O Poeta Santa Rita Durão» *por Artur Viegas.*

206. 1. Trata-se do P. José Moreira que foi confessor de D. José e morreu, vítima inocente, no cárcere d'el-rei.
2. **A primis unguiculis,** *desde tenra idade.* — **innutritus,** *alimentado, criado em.*
3. **Existimationem movere,** *excitar, atrair a estima.*
4. **Sive virtutum...,** *e se se tiver em conta sobretudo a virtude, foi homem integérrimo...* — **expers, pertis,** *isento de.*
5. **Vesperarius Professor** (ou **Magister),** *Lente de Véspera.*
6. **Veluti gentis...,** *como a pessoa mais apta do país.*
7. **Regno potiri,** *obter a realeza, subir ao trono.* — **summa,** *a parte principal.*
8. **Quantumvis,** *ainda que.* — **ingenium,** *índole, feitio.*
9. **Nisi suis,** *excepto com seus parentes.*
10. **Sibi consulentem,** *cauteloso consigo mesmo.*
11. **Dominum de Carvaglio cum...,** *apenas levantou Sebastião José de Carvalho e Melo* (Marquês de Pombal).
12. **Atqui,** *não obstante.* — **Didacum,** *Diogo de Mendonça.*

13. **Merito,** *com razão.*
14. **Omnibus officiis,** *com todo o seu valimento.*
15. **Obrepere,** *insinuar-se.*
16. **Remora,** *demora, oposição.* — **aulicus,** *palaciano.*
17. **Petere,** *perseguir.*
18. **Versutus,** *astuto.*
19. **Moliri,** *maquinar.*
20. **Fors** (adv.), *acaso.* — **ille,** *ele* (o P. Moreira).

207. O Padre Gabriel Malagrida, S. I.

Gabriel Malagrida, Americae Brasiliensis apostolus, parvo in oppido Comensis[1] Dioecesis natus anno 1689, Societatem[2] ingressus Genuae, annum aetatis suae agens vicesimum secundum.

Maragnoniae[3] Missionibus consignatus anno 1721, in remotas illas Brasiliae regiones abiit, in quibus strenuam[4] Ecclesiae operam probavit. Seminaria virorum et feminarum[5] decem, coenobia non pauca pietatis et virtutum laude florentissima aedificavit; nationes barbaras quatuor magna ex parte ad fidem convertit, plurimas alias summis labori-

207. 1. **Comensis,** *de Como* (na Itália).
2. **Societas,** *Companhia de Jesus, ou Ordem dos Jesuítas.* — **Genua,** *Génova.* — **annum... vigesimum secundum,** *aos 22 anos:* o A. não se conformou aqui com o latim clássico, segundo o qual se devia traduzir por 21 anos.
3. **Maragnonia,** *Maranhão.* — **consignatus,** *selado, aplicado.*
4. **Strenuus,** *activo.* — **probare,** *patentear.*
5. **Seminaria...,** *internatos masculinos e femininos.* — **coeno-**

bus exantlatis[6] percurrit. In iis vero apostolicis excursionibus per annos ferme triginta infatigabili contentione allaboravit; famem, sitim, atque omnium ad tolerandam vitam necessariorum penuriam millies expertus, non sine miraculo servatus est...

De cetero[7] virtutibus emicuit, septuaginta quibus vixit annis, maximis et heroicis: Fide qua tot miracula operatus est, pro qua vitam martyrio paratus obtulit, quam[8] multa paganorum milia docuit, in multis quoque nostrorum excitavit, cui se laboresque suos propagandae[9] feliciter litavit. Spei testimonia sunt quod magnis saepe fluminibus, saepe aviis[10] solitudinibus per menses integros, sola spe et fiducia in Deum munitus, se commiserit. Quanta vero hominis caritas! nam et apud Guaranesios[11] animam suam pro amicis suis posuit, id est, pro neophytorum salute et tot educandis Lusitanorum et Indiorum infantibus seminaria aedificavit...

Castimonia[12] fuit admirabili, neque vero delicatissimum hunc florem effuso abunde sanguine irrigabat solum, sed tanta diligentia custodiebat, qua magis non posset. Inter Barbaros diu conversatus[13], tanta continentia versatus est, ut carnis expertem et fomitis[14] existimares...

Atque hic tantus vir, quod Regem de ipsius periculo a conspiratis, quantum potuit, monere contenderit, in perduellionis[15] crimen tractus, calumnia et calamitate tam acerba obrutus[16] fuit, ut rarum saeculo sit exemplum, quod eius eventibus comparari possit.

(Epitome... lib. I, c. XIV, § III)

bium, *convento.* — **laus,** *mérito, glória.*
6. **Exantlare** (ou **exanclare),** *suportar.*
7. **De cetero,** *quanto ao resto.* — **emicare,** *distinguir-se.*
8. **Quam,** *a qual:* **docere** *com dois acusativos.*
9. **Cui... propagandae,** *a cuja expansão.* — **litare,** *consagrar, oferecer em sacrifício.*
10. **Avius,** *intransitável.*
11. **Guaranesios,** *Guaranis.*
12. **Castimonia,** *pureza de costumes, castidade.* — **effuso sanguine:** refere-se às penitências corporais.
13. **Conversari,** *habitar, viver.* — **versari,** *viver, morar.*
14. **Fomes, itis,** *lenha seca, excitante, incentivo.*
15. **Perduellio,** *atentado contra o Estado, crime de lesa-majestade.*
16. **Obrutus,** *oprimido, esmagado.* — **eventus,** *acontecimento, desgraça.* Vítima de Pombal, foi condenado à pena de garrote e de fogueira, em Lisboa, a 21-IX-1761.

208. ANTONIUS VIALE

Antonius Iosephus Viale, vir litteris latinis graecisque doctissimus, Olisipone natus est anno 1806 ibique animam efflavit anno 1889. Humaniores litteras et linguas recentiores prope Parisios professus, Lusitaniam subinde repetiit, ut litteras graecas atque latinas in Supremo Litterarum Curriculo Olisipone praelegeret; ipse insuper Cursum linguae graecae gratis tradendum suscepit, quo discipuli antiqui illius sermonis studiosi aptius instituerentur.

Praeter complures versiones locorum ab Homero, Pindaro et Euripide excerptorum, nonnulla *Lusiadum* carmina latine convertit. Orationem quoque latinam protulit initio scholarum curriculi, quae satis est ut non modo cum Andrea de Resende ipse conferri possit, sed etiam perspicuitate sermonis, modo et concinnitate haud scio an illi etiam anteponendus esse videatur.

209. Na inauguração do retrato de D. Pedro V numa sala do Curso Superior de Letras

Cum de humanioribus litteris[1], graecis potissimum et latinis, lectissimi[2] iuvenes, coram vobis disserendi mihi sit demandatum[3], eoque, pro viribus, proxime superiori[4] anno functus posthac denuo functurus sim, sollemnis hodie mihi obtigit occasio pauca latino sermone dicendi in honorem Illius Optimi Principis, quem nobis tam immature[5] ereptum lugemus et Cuius pictam Effigiem in hac bonarum artium ab Eo instituta palaestra[6], vestri grati animi testimonium, collocandam laudabiliter curavistis.

Sane, iam iamque Summi Viri, Regis omni gloriae genere cumulati facundissimum[7] laudatorem audietis, qui nihil eorum indictum[8] praetermitteret quae tam praeclara praesens opportunitas poscere videtur.

Me tam magna moliri[9] ingenii mediocritas non sinit. Idcirco latissimum dicendi campum illustri collegae percurrendum permittens, multo angustioribus finibus me continere

209. 1. **Humaniores litteræ,** *estudos humanísticos.*
2. **Lectissimi iuvenes,** *distintíssimos jovens.*
3. **Mihi sit demandatum,** *me tenham incumbido.*
4. **Proxime superiori anno,** *no ano passado.*
5. **Immature,** *prematuramente.*
6. **Palaestra,** *ginásio, sala, escola, academia.*
7. **Facundissimum,** *eloquentíssimo.*
8. **Indictum,** *por dizer.*
9. **Tam magna moliri,** *abalançar-me a coisas tão grandes.* — **ingenii mediocritas,** *a mediania do meu talento.*

in animo est. Nimirum, tot Augustissimi Regis et vix imitabilis Iuvenis dotibus silentio omissis, Eius tantum in politiore humanitate [10] acerrimum studium, mihi propono, non dicam celebrare (quae enim laus a me tanto Principi tributa non frigida ac ieiuna videretur?), sed recolere vestraeque admirationi et, quantum id quidem fieri possit, imitationi offerre.

Hoc autem si assumo, videor id mihi quodam modo iure vindicare, nam de celsissimi Petri Quinti virtutibus christianis, civilibus, regalibus, alios plurimos loqui posse aptius, nedum [11] multo disertius, libentissime fateor. Illius vero indolem egregiam, ac pene divinam, Illius ad omnes disciplinas mentem proclivem [12], Illius in studiis diligentiam, acumen, et nunquam defessam industriam, mihi, cum paucis aliis Eiusdem studiorum in infantia atque adulescentia moderatoribus, peculiari modo prope et penitius intueri contigit et attente observare.

(In *Miscelânia Helénico — literária,* por António José Viale, Lisboa, 1868, pp. 365-366).

ARTURUS BIVAR

Arturus Bivar (1881-1946) vir multarum linguarum gnarus, scriptor uberrimus, philologus, Callipoli, in oppido Lusitaniae, natus est. Carmina graeca atque latina fudit, quae typis mandata sunt. Si tot tamque diversis rebus distentus non esset, opus suum latinum eluceret magis.

210. Ad Antonii Barroso laudis memoriam

Mollia qui sequeris tam desidis [1] otia vitae
  Paulo suspiciens, advena, siste gradum [2].
Villicus hic Christi. Mors huic fuit una laborum
  Meta: nec immoto laetus in aere manet.
Hunc igitur grato si vis extollere cultu,
  Quae nolens liquit, tu modo [3] rura cole.

(In *Euphrosyne,* vol. I, p. 455)

10. **Politiore humanitate,** *fina educação.* — **studium,** *empenho, gosto.*
11. **Nedum,** *quanto mais, e com mais razão, e sobretudo.* — **disertius,** *mais eloquentemente.*
12. **Mentem proclivem,** *espírito aberto a.*

210. 1. **Deses, idis,** *ocioso.*
2. **Siste gradum,** *pára.*
3. **Modo,** *agora.*

ÆMILIUS SPRINGHETTI, S. I. *

211. De recentioribus Latinitatis scriptoribus

Multum profecto nostro et superiore tempore disceptatum est cum de opportunitate retinendi linguam latinam vel eam extra disciplinarum fines amandandi, tum, si retineretur, qua ratione aptius esset atque utilius tradenda...

De ratione vero qua latina lingua nostris temporibus aptius sit atque utilius, pro disciplinarum varietate, tradenda,... hoc unum attingo — quod quidem semper sensi, et sapienter, credo — : quo facilius eius consuetudo retineri possit in rebus etiam novis exprimendis, non esse studium in «classicorum» tantum scriptorum lectione imitationeque concludendum, at spatiandum per optimos etiam recentes scriptores latinos, in quibus, ut est in proverbio, una mercede duas res assequamur: puram et emendatam orationem, eandemque ad nova inventa exprimenda quam aptissime ab illis iam accommodatam.

Namque plurimi dantur post saeculum XV scriptores, qui latinae linguae naturam ita penitus perceptam habuerunt illaque tam sapienter calluerunt uti, ut per eos aurea illa Ciceronis et Augusti aetas renasci visa sit, quique in suis scriptis operibus res sacras et profanas omnes, quae nostra aetate excoluntur, elegantissime pertractantes, rectam brevioremque viam nobis ingrediendam commonstrant, qua, minori quidem labore at non fructu minori, ad omnia pure et latine exprimenda nos etiam perveniamus...

Hoc unum iam praestat monendum, selecta haec scripta latina non esse magno cursu et paene libando evolvenda, nisi primum forte, ut accendatur animus studio legendi; at plus vice simplici unumquemque locum esse cogitate recognoscendum, quo penitius singulorum verborum proprietas, ordo membrorum, periodorum ad numerum elegans et apta compositio, ipsius denique latinae linguae color atque natura perspiciatur.

His tibi mensam exquisitis epulis instruxi; his iam fruere, Lector, et vale.

(Selecta Latinitatis Scripta, Romae, 1951, in Prologo).

211. * Italus, in Pont. Studiorum Universitate Gregoriana litterarum latinarum doctor linguam latinam tam facile tamque eleganter loquitur, quam patrio quisquam utitur sermone. Haec scripsit anno 1953.

F. SANCHEZ VALLEGO, S. I. *

212. Folliludium

Inter ludos nostrae aetatis unus venustissimus et splendidissimus habetur qui in omnibus fere linguis a folle et calcibus nomen obtinuit (foot-ball).

Effusis in campum iuvenibus qui corporis praestantiam iactant, tibi spectaculo erunt non solum elegantes eorum cursus atque recursus quibus forte initio adversarios utraque acies[1] cognoscere studet vel eos procursando recipiendoque sese fatigat: sed iustae acies et ordinatissimi progressus. Etsi undecim adversus totidem in ludo viri consistunt et adversis frontibus concurrunt, nihil ibi tumultuariae pugnae simile invenies.

Postquam per incertum tempus acriter varieque aequata ferme pugna certatum est, ecce quasi signo dato isti totis viribus adoriuntur: sustinent illi atque mirabili arte sollertiaque se explicant: follis[2] interea huc illuc continenti iactu proicitur: ubi aliquis eum ab adversarii assidua et molesta societate liberior obtinet, ad oppositam portam perducere festinat; at statim vigiles defensores occurrunt, reliqui concursant, eum intercipiunt... nisi ille follem inter aciei socios sollertissime subministrando[3] distribuat, nunquam secure ad portam[4] proiciet.

Sed ecce quod omnes frustra prosecuti diu fuerant concordibus studiis, unus fortuna assequitur: non impeditus sese intra oppositam aciem cum folle proripit, exsultat insperata fortuna, et occasione in se unum vertendi gloriam validior factus (ingentes enim faventium clamores eum audaciorem efficiunt), velocissimo ictu[5] follem proicit et portam adversariorum penetrat. Consonant immensae caveae plaudentium fremitu exsultantque gaudio socii qui undique gratulabundi accurrunt.

Sed ad certamen maiore nunc contentione est redeundum, cum incensi atque incitati adversarii ferocius adoriantur. Acrior de integro oboritur pugna: illos successus alit, hos pudor, qui propius periculo sunt...

At heros plerumque huius ludi ille est qui pro porta

212. * Hispanus, sermonem latinum tam eleganter callet quam qui maxime. Haec aliaque hoc genus ad I Certamen Vaticanum anno 1954 scripsit, in quo primum rettulit praemium.

1. **Acies,** *equipa.*

2. **Follis,** *a bola.*

3. **Subministrando,** *passando.*

4. **Porta,** *baliza.*

5. **Ictus,** *pontapé (shoot).*

6. **Qui pro porta stat,** *o guarda-redes.*

stat[6] omni arte impediturus quominus follis intra cancellos mittatur: etenim ab eo uno saepissime summa victoria pendet. Interdum, dum procul est conflictatio nullusque spectantium oculus eum intuetur, ipse immotus sed vigil, quasi a certamine alienus, quiescit.

At pugna paululum proprius accedente, videbis eum primo prorsus curvari, vacillare deinde, titubare et quasi levato pede[7] iam iam huc illuc moveri et omnem adversarii motum persequi.

At ubi follis tandem velocissimo ictu contra eum coniectus fuit, cum simul omnium et ludentium et spectantium oculi et animi ad unum eum conversi pavent (quae pavida conversio unius momenti est sed anxiae plena sollicitudinis quia de summa ludi agitur), tunc ecce eum velut fulmen porrecto corpore insilire et bracchia et manus et ipsos digitos protendere, si forte possit proiectum follem assequi vel in obliquum avertere, ne penetrata porta spes victoriae auferatur. *(Latinitas,* Oct. 1954).

CAROLUS EGGER *

213. Nova et vetera in itinere alpino occurrentia

Quandoquidem, ex ipsius Ciceronis sententia, lingua Latina locupletissima est, merito defendimus eam aptam esse non solum ad veteres, ut liquet, res significandas, sed ad eas etiam, quas nostra invexit aetas, adeo ut non ita multa inveniantur, quae vocabulis de antiquo depromptis Romani sermonis thesauro reddi nequeant. Si autem omnino novum aliquid et inauditum interpretari cogat necessitas, summa Latinitatis scriptorum ingenia auctores sunt[1] facere verba nobis licere, dummodo ab audacia temperemus.

Has igitur secuto rationes, de itinere, quod per Raeticarum Alpium tractum nunc usitato habueram vehiculo, placuit mihi commentari.

Iam dies aliquot, aestiva fruens quiete a laboribus, quibus in Urbe exerceri soleo, apud fratrem, medicum vulnerarium[2], commorabar, cum hic, *visne,* inquit, *quod nuper*

7. **Levato pede,** *erguendo-se na ponta dos pés.*

213. * Commentariorum qui *Latinitas* inscribuntur ab Actis, procurator generalis Canonicorum Regularium Lateranensium demque a pontificiis diplomatibus adiutor e. o., philologus ac scriptor latinus probatissimus. Scribebat anno 1954.

1. **Auctores sunt,** *são de parecer, afirmam que.*

2. **Medicus vulnerarius,** *cirurgião.*

emi, automatum populare[3] *mecum experiri? Iuvat Oenipontem*[4], *caput regionis Tirolensis citato petere cursu...*

Non repudiavi tam honestum consilium. Postquam ergo multo mane automatariam raedam[5] conscendimus, Pustrissam vallem via satis ampla, bitumine obducta[6] modicisque anfractibus flexuosa[7] machinamento[8] carrucam ab tergo movente, transcurrimus.

Quoniam uterque studio delectamur antiquitatis, prope pagum S. Laurentii, cui praeruptus imminet collis, — a sole eam arcem appellant — parietinas[9] visimus stationis Romanae, cui nomen Sebatum. Fingimus igitur cogitatione[10] pugnaces legiones Quiritum, pernices cursores publicos, institorum sollicitam turbam, Aquileia in Vindelicos via militari iter facientes, huc devertisse.

Dum ergo veterum rerum memoria pulsat animum, prope villam *Rivum Molarium,* quo adventamus, subito nostrae aetatis opus non sine admiratione contuemur. Nam ingens moles ex lithocolla[11], flumini opposita, lacum efficit, unde aqua per cuniculos tubosque deicitur in officinam electridi[12] gignendae.

Alium hoc genus lacum structilem[13] inde haud longe est cernere sub *Munimenta Francisci,* quae in confragosis angustiis vallis Isarci Franciscus Iosephus, Austriae Imperator, cuius in dicione tunc regio tenebatur, aedificavit sumptuose. Praeter viae ferratae[14] stationem, ubi est hamaxostichorum divortium[15], nihil fere in cognomine vico inveneris, quo mentem intendas...

Properamus igitur ad stationem in Oeni ripa positam, ubi, emptis tesserulis[16], funalem currum terrestrem[17] conscendimus. Paulo post, reste chalybeia[18] moliente, currus, binis axibus ferreis impositus, erepit lente per arduum.

In dorso collis *Hungerburgensis,* satis aequo urbanisque

3. **Automatum populare,** *Volkswagen.*
4. **Oenipons,** *Innsbruck.*
5. **Automataria raeda,** *automóvel.*
6. **Bitumine obducta,** *alcatroada, asfaltada.*
7. **Modicisque... flexuosa,** *com poucas curvas.*
8. **Machinamentum,** *motor.* — **carruca,** *carro, veículo.*
9. **Parietina,** *ruína.*
10. **Fingere cogitatione,** *imaginar.*
11. **Lithocolla,** *cimento.*
12. **Electridi gignendae,** *de (produzir) electricidade.*
13. **Lacus structilis,** *lago artificial.*
14. **Via ferrata,** *caminho de ferro.*
15. **Hamaxostichorum divortium,** *mudança (separação) de comboios.*
16. **Tesserula,** *bilhete.*
17. **Funalis currus terrestris,** *funicular.*
18. **Restis chalybeia,** *cabo de aço.*

villis et hortulis formoso, mutandum est vehiculum scansorium[19], hinc enim ad verticem usque curru funali sublimi[20] utuntur gestatores. Quorum nonnulli vertiginosi[21], pavore perculsi, inclamant, maxime quotiescumque pendulus in aere lapsus, quo omnes includuntur, praealta fulmenta[22] tangendo, haud leviter vibrat.

Supercilium[23] tandem montis rupibus horridi nacti, in cauponae[24] podio, gustaturi potiunculam[25], consistimus, unde quasi e specula[26] paene innumerabilia Alpium cacumina tam longe est prospicere, ut oculis terminari non possint.

Magnus est visentium concursus et peregrinorum sermonum varietas: sunt quibus nihil antiquius esse videatur quam ut plurimas chartulas salutatorias[27], hospitii eius signo notatas, conscribillent; vir quidam ore rubicundo atque tumido gutture, ad mensulam sedens, postquam tria cervisiae pocula siccavit, puerum cauponium advocat, a quo aliud poscat; negat enim homo sibi umquam aridius fuisse, dum superioris labri pilos albida spuma aspersos manu deterget.

Nobis autem suavius est gemino telescopio[28] culmina in nubes excedentia aspectare, perpetuas item montium glacies, reductas valles, viridantes silvas, viculos rusticos in clivis quasi nidulos affixos. Hic profecto ad naturae, immo ad naturae auctoris, spectaculum evocatur animus magnisque cogitationibus pectus impletur!...

His autem fatigati lautitiis animadvertimus fame milvina[29] nos laborare. Accedimus ergo ad senem quendam, in diurnorum tabernula[30] sedentem; cui ego: *rogo, pater, numquid scis, ubi aequo pretio et honesto cum apparatu liceat cibum captare?* Ad quae humanus propola[31] respondit: *quidni sciam? Ite ad Gryphum Aureum, qui est ad viam Leopoldianam; lac gallinaceum*[32], *si quaesiveritis, invenietis; idque haud nimia impensa*[33].

19. **Vehiculum scansorium,** *elevador.*
20. **Currus funalis sublimis,** *elevador aério.*
21. **Vertiginosus,** *atreito a vertigens.*
22. **Praealta fulmenta,** *postes muito altos.*
23. **Supercilium,** *cume.*
24. **Caupona,** *restaurante.* — **podium,** *varanda, miradoiro.*
25. **Gustaturi potiunculam,** *para tomar qualquer bebida.*
26. **Specula,** *mirante, posto de observação.*
27. **Chartula salutatoria,** *postal de saudação, cartão de visita.*
28. **Geminum telescopium,** *binóculo.*
29. **Fame milvina,** *fome devoradora.*
30. **Diurnorum tabernula,** *quiosque de jornais.*
31. **Propola,** *vendedor.*
32. **Lac gallinaceum,** *leite de galinha, i. é, coisa impossível.*
33. **Haud nimia impensa,** *não muito caro.*

Consedimus ergo cenatione[34] ampla, munda satisque eleganti, ubi bene esse cuique diceres. Non opus fuit ferculorum indice[35], quod vesci maluimus cibo plebeio; primo enim sorbitionem[36], afferri iussimus; alter deinde botellos[37] Vindobonenses et brassicam[38] fermentatam sumpsit, alter bubulam concisam[39] cum piperato Hungarico. Nec defuit paulum vini bellissimi, quod in vitiferis[40] collibus circum lacum Caldarensem comparatur, atque pocillum[41] validae potionis cumininae.

Qua cenula refecti, quod supererat temporis, id in aliis urbis aedibus visendis insumpsimus; in quibus egregie nobis probatum est Museum, quod dicunt, Ferdinandeum, vario genere tabularum[42] vasorumque mirabile.

Sed exacto iam die cadentes de montibus umbrae frigidulae suaserunt discessum. Cum in reditu Brennerianum iugum superaremus, luna pernox Raeticos vertices, glaciatas moles[43], prata alpina, pineta, valles argentea luce perfundebat; insomnis avis montivaga[44] per silentia rerum tremulum edebat cantum: putares hanc pacis esse imaginem.

Quam imaginem inclusam medullis Romam reportavi, in Urbem augustam, cui nihil quidem par est, assimile nihil, ubi vero turbis ac negotiis plurimis animus haud raro distinetur. *(Latinitas,* Apr. 1954, pag. 110-119).

CARD. A. BACCI *

214. Post deambulationem vespertinam

Post suetam brevemque per Vaticana viridaria[1] deambulationem, iam domum redibam; et cum serus autumnus esset, frigidulus aer meum pungebat vultum, atque ex semimortuis arboribus exsiccata flavaque folia, lento molimine[2] volitantia, decidebant in terram.

34. **Cenatio,** *sala de jantar.*
35. **Ferculorum index,** *ementa.*
36. **Sorbitio,** *sopa.*
37. **Botellus,** *salsicha.*
38. **Brassica,** *couve.*
39. **Bubula concisa,** *um pedaço de carne de vaca, um bife.*
40. **In vitiferis collibus,** *nas colinas plantadas de vinha.*
41. **Pocillum,** *taça.*
42. **Tabula,** *quadro.*
43. **Glaciatas moles,** *camadas de gelo.*—**pinetum,** *pinhal.*
44. **Avis montivaga,** *mocho.*

214. * Italus, Sum. Pontif. ad Principes ab epistulis, commentariorum qui *Latinitas* inscribuntur Praeses, unus omnium latinarum vocum novandarum peritissimus idemque scriptor latinus elegantissimus. Haec scripsit anno 1957.

1. **Viridarium,** *jardim.*
2. **Lento molimine,** *muito lentamente.*

Antequam tamen vespertinae huic deambulationi finem feci, cui sol non arriserat, cum spissis piceisque nubibus obtectus esset, in sacellum deversus sum[3], quod aedes Praefecturae Urbis Vaticanae adiectum est; ibique ante divina tabernacula positis genibus, ubi sol, occiduus[4] numquam, menti animoque refulget, terrenarum rerum omnium parumper oblitus, dulcissimam traduxi horam.

Deinde vero, postquam domum regressus sum, in privatam bibliothecam me abdidi, ut studiis, quae una[5] mihi sunt hac in mortali vita solacia, inhaererem totus.

Oculos ad armaria erexi, quorum ex loculamentis[6] varia disposito ordine volumina, veteres fidelesque amici, me cernere meque ad legendum invitare videbantur. De iisdem *Institutiones Oratorias* detraxi, ac meo Savonaroliano subsellio insidiens, hos, qui sequuntur, eclogarios[7] legi...

Vix haec legeram, cum prope me iteratum telephonii tinnitum audivi; adpositum instrumentum[8] ad aures admovi, ac stativum militem[9] qui ad aeneam aedium Vaticanarum portam vigilat, auscultavi[10] haec mihi nuntiantem:

— Iuvenis adest Mediolanensis, qui Latinitatis professorem se dicit, et qui percupit in domum tuam ascendere consultationis causa.

— Ascendat — stativo militi respondi — sed faveas, quaeso, haud facile iter ad me veniendi aptiore, quo potes, modo ei indicare...

— Faciam libenter — perhumaniter respondit miles.

Post non multa temporis momenta in privatam bibliothecam meam ingressus est iuvenis, qui leniter demisso capite et inflexo corpore me salvere iussit, seseque dixit Latinae linguae esse in Mediolanensi Lyceo doctorem.

(Latinitas, 1957, I, pág. 30)

215. De variis iter faciendi modis

Praeteritis etiam aetatibus haud pauci fuerunt itineris faciendi modi; permulti hodie. Fortasse antiquissimi homines pedites[1] solummodo gradiebantur; atque adeo fieri non poterat ut cymbis[2] aeriis seus velivolis subvecti e caelo

3. **Deversus sum,** *retirei-me a.*
4. **Occiduus numquam,** *que não tem ocaso.*
5. **Una solacia,** *a única consolação.*
6. **Loculamentum,** *prateleira.*
7. **Eclogarios,** *passagens, trechos.*
8. **Adpositum instrumentum,** *o auscultador.*
9. **Stativum militem,** *sentinela.*
10. **Auscultavi,** *ouvi.*

215. 1. **Pedites,** *a pé.*
2. **Aeriae cymbae,** *aviões* — **velivolum,** *avião.*

miserrime proruerent, vel ut, automatariis adventantibus ex improviso raedis[3], colliderentur.

Evenisse tamen primo quoque tempore putamus ut maiores nostri, equis, mulis, asellis camelisque edomitis, iisdem ad equitandum uterentur ad ferendaque pondera.

Postquam autem rotas, vel plenas, vel radiatas, in usum induxere, easque volubilibus curruum axibus applicaverunt, potius quam traheas[4], quae per terram repunt, omne genus[5] vehicula usurparunt. Itaque quadrigis utebantur, seu curribus, qui quaternis equis trahebantur; bigis, carpentis[6], essedis et cisiis, binis rotis praeditis; raedis[7], carrucis, petorritis quattuor instructis rotis; plaustris[8] et sarracis, quae vehicula erant praesertim apud rusticos magnis ferendis oneribus idonea; chamulcis, ad maxima pondera transvehenda aptis; arceris[9] vero, seu plaustris tectis ex omni parte, quibus senes et aegroti commode cubantes vectabantur...

Haec omnia antiquitus, cum hominum vita non, ut hodie, verticoso[10] cursu agebatur, et cum mulieribus honori erat domi manere, lanam facere, stamina[11] ex avita colo versato fuso ducere, candidamque texere telam. Sed nostris hisce temporibus?

Si mare cernis, non naves solummodo vides remis velisve incitatas; sed ingentia quoque navigia, aquae vaporibus impulsa, quae aptius — ut mihi videtur — pyroscaphae graeca voce appellantur; ac praeterea automatarias lintres[12], liburnas et cymbulas, quae crepitante machinatione propelluntur. Quodsi tibi facultas esset sub maris etiam fluctus oculorum aciem coniciendi, tum bathyscaphas etiam cerneres, quae profunda oceani pervestigant, itemque subnatantia navigia[13], quae peculiari machinamento acta, vel mersa, vel

3. **Automataria raeda,** *automóvel.*
4. **Trahea,** *trenó.*
5. **Omne genus,** *de toda a espécie.*
6. **Carpentum,** carro de luxo para senhoras. — **essedum,** *carro de assalto.*—**cisium,** carro de duas rodas, coberto para proteger da chuva e do sol.
7. **Raeda,** carro de viagem, de quatro rodas, puxado a dois, quatro, oito e, até, a dez cavalos.—**carruca,** carro de viagem; por vezes levava camas no interior (*dormitoria carruca*): equivalente aos «*Wagons-lits*» modernos.
8. **Plaustrum,** carro de duas rodas, para transportes pesados: equivalente ao nosso carro de bois.—**sarracum,** carro de duas rodas.
9. **Arcera,** espécie de *ambulância* para transportar doentes.
10. **Verticoso cursu,** *em corrida vertiginosa.*
11. **Stamen,** *fio.*—**colus,** *roca.*
12. **Automatariae lintres,** *barcos a motor.*
13. **Subnatantia navigia,** *submarinos.*

emersa navigare queunt; et cum aquarum gurgite teguntur, periscopium[14] possunt extra undas proferre, quo nautae, qui intra commorantur, circumquaque prospeculentur.

Si vero ad caelum oculos convertis, aerias naves seu velivola magno cum strepitu discursantia vides et audis, quae vel turbineo helicarum motu incitantur, vel inversa erumpente vi propelluntur[15]; quibus quidem si iter facere tibi animus est, facile, commode, paucisque horis poteris ad longinquas regiones pervenire, ac vel etiam magnum oceanum quam citissime transvolare. Siquidem hae aeronaves quae haud multo ante annos, fere ubique terrarum saeviente bello, urbes, oppida, castella, milites et innocuos cives, litterarum optimarumque artium domicilia ac vel sacras aedes, dirumpentibus globis ignivomis[16] e caelo deiectis, atrociter verberabant, diffringebant ac diruebant omnino, nostra hac aetate dissitos populos dissitasque gentes novis unitatis vinculis coniungunt.

Ac postremo, ad terrestria vehicula quod attinet, in praesens — ut omnes norunt — quae ab equis, quae a mulis, quae ab asellis trahuntur, fere tantummodo apud ruricolas invenies, cum urbium viae ob turbineas autocurruum[17], autoraedarum, et autocypedum omne genus discursationes, quasi flumina videantur urgentibus ac strepitantibus fluctibus tumescentia. Quas quidem vias si miserrimus viator, qui pedibus eat, transgredi cupiat, oportet omnino in antica et postica[18], in dextra et sinistra sui corporis parte multiplices oculos habeat, seseque crucis signo muniat.

Mortuorum etiam exuviae plerumque hodie ad extrema terrestris huius peregrinationis sedem non, ut antiquitus, umeris sublevatae vehuntur, sed velocibus autocurribus funebribus; atque adeo aliquando contigit ut, collisis inter se automatariis raedis, iidem, si posset, iterum morerentur.

Qui vero exoptant non per urbem quisque suam, sed ad alias longinquas regiones iter facere, aptius egerint sibique melius consuluerint si non automatis cuiusvis generis usi fuerint, sed hamaxosticho[19] potius, qui, cum per viam geminis constratam ferreis axibus procedat, aequo libramento viatores ducit, sive de curruum agmine agitur vaporatae aquae impulsu[20], sive electrica vi permoto. Ibi prae-

14. **Periscopium,** *periscópio.*
15. **Inversa... propelluntur,** *aviões de jacto.*
16. **Dirumpentibus... ignivomis,** com *bombas* (de bombardeamento).
17. **Autocurrus,** *autocarro.*—**autoraeda,** *automóvel.*—**autocypes,** *motociclete.*
18. **Antica et postica,** *por diante e por detrás.*
19. **Amaxostichus,** *comboio.*
20. **Vaporatae... impulsu,** *a vapor.*

terea, iter faciendo, carrum escarium seu cenatorium [21] adire poterunt, vel saltem sportulam [22] emere, in qua id bene compositum invenient, quod bibant et quo pascantur.

Quodsi longum erit iter, ac viatoribus placeat lectulo etiam perfrui, in quo somnum capiant, iidem possunt, soluto pretio, cellulam dormitoriam in peculiari hamaxostichi curru sibi praestituere et comparare, in qua placide dormire queant.

Multo igitur commodior est hodie iter faciendi ratio, plurimasque habet, quas superioribus aetatibus non habebat, utilitates.

Ad me tamen quod attinet, nihil magis mihi placet, quam pedibus in apertum deambulare. Siquidem, cum a studiis a negotiisque vacuus sum, cumque mihi aliquid tam gratum, quam quod maxime, concedere possum, tum vel autocineto [23], vel communi transviaria raeda [24] subvectus, longe a strepentibus clamosae urbis viis egredior, ac virides peto agros solitariasque semitas. Per eas pedes incedo, agrestes laetus aspiciens flores, vel garrulas hirundines ceterasque aves caelum transvolantes. Agricolas interdum observo vel ulmos maritantes vitibus, vel eas amputantes et coercentes ferro ut uberiores fructus edant; interdum vero alios cerno pacifica iuga boum regere, quae aratro terram proscindunt. Ac libero caelo fruens apertoque pectore salutiferum aera ducens, illud experior quam verum sit urbes condidisse homines, rus vero Deum.

(Latinitas, Ian. 1956, pag. 9-15).

H. TONDINI *

216. Domus descriptio

Non multis abhinc diebus, a Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus cuiusdam negotiatoriae societatis magister [1], nescio quo consilio, ad me libellum dono misit, indicem [2] praestructarum domorum, quae videlicet et solutiles [3] sunt et portatu faciles et quovis loco properari [4] possunt...

21. **Carrus escarius,** *vagão-restaurante.*
22. **Sportula,** *cestinho.*
23. **Autocinetum,** *automóvel.*
24. **Transviaria raeda,** *trâmuei, tranvia.*

216. * Italus, Alter ab. Em. viro diplomatis Pontif. Max. expediendis praeposito, commentariorum quibus titulus *Latinitas* inscribitur Moderator, egregius latinitatis fautor et scriptor ciceronianus.

1. **Cuiusdam... magister,** o *Director de uma grande Companhia Comercial.*
2. **Indicem,** *catálogo.*
3. **Solutiles,** *desmontáveis.*

Primum igitur te aditus, parvus ille quidem, sed accurate exstructus, recipit ingredientem, in quo, pro huius temporis urbanitatis more, vestium sustentaculis [5] caracallam [6] et petasum suspendas; deinde exedrium [7] perpolitum tibi offertur, cuius praecipua armamenta sunt bina cartibula [8], et monopodium: ubi o quam venustum, quam beatum cum amicis benigne colloqui! Tum studiolum [9] patet, cubiculum modica sane magnitudine, sed gratissimum eruditi hominis perfugium. Hic enim ei et scriptoria mensa [10] et foruli [11] vel plutei librorum, si velit se totum in litteras abdere, parati, et arcisellium [12], in quo, si a studio se relaxare cupiat, veluti demergatur.

Contra studiolum autem praesto cenatiunculam [13] vides, in quam e solario [14] multum depluit lucis; ita nempe ut laetior sit convivarum congressus. Cuius cenatiunculae praedicatorius hic elenchus non aliud describit instrumentum quam repositorium [15] et mensam. Sed inde longe culina non abest, eademque non solum mensula, urnario [16], labelloque praedita, sed, ut par est, etiam authepsa [17], quae vel carbone candente vel spiritu conflagrante, per tubulum nimirum circumfuso, ad cibaria coquenda perquam indonea est. Cui culinae tamquam parvas et exiguas accessiones structor, praeter oporothecam [18], cellam vinariam et penariam cum capaci promptuario [19] adiunxit.

Sequitur deinde, aptis disiunctum mesulis [20], dormitorium, ubi, post diurnos vel animi vel corporis labores, requiem quaeras. In quo cubiculo, dono missus elenchus descriptum coloratumque tibi ante oculos constituit aut parvi pretii scimpodium [21] aut lectulum conchyliato peristromate [22] contectum, ad cuius caput hinc inde, necessitatis causa, bina

4. **Properari,** *ser ràpidamente construídas.*
5. **Sustentaculis,** *cabides.*
6. **Caracallam,** *capote.*—**petasus,** *chapéu.*
7. **Exedrium,** *sala de estar, sala de visitas.*
8. **Cartibula,** *cómodas.*—**monopodium,** *mesa de pé de galo.*
9. **Studiolum,** *gabinete.*
10. **Scriptoria mensa,** *escrevaninha.*
11. **Foruli vel plutei librorum,** *estantes.*
12. **Arcisellium,** *poltrona.*
13. **Cenatiuncula,** *sala de jantar.*
14. **Solarium,** *terraço.*
15. **Repositorium,** *bandeja.*
16. **Urnarium,** *mesa em que se põem os vasos para água.* — **labellum,** *bacia.*
17. **Authepsa,** *fogão.* — **spiritus,** *gás.*
18. **Oporotheca,** *despensa para fruta.* — **cella vinaria,** *adega.* — **cella penaria,** *despensa.*
19. **Promptuarium,** *despensa.*
20. **Mesaula,** *corredor, galeria.*
21. **Scimpodium,** *canapé.*
22. **Conchyliato peristromate,** *coberta cor de púrpura.*

applicantur armariola [23], ad inferiorem vero partem, reclinis sellula [24]. Ad alium autem huiusmodi membri angulum vestiarium [25] apponitur, nonnumquam parieti insertum, in quo, si quando opus sit, vestes, capitis tegumenta, amicula [26], lacernas, et id genus alia reponas. In extrema denique habitatione, loco temen aditu facili, munditiarum secreta [27], non sine alveo vel balineo, collocantur.

(*Latinitas*, April. 1957, pag. 129).

F. REBELO GONÇALVES *

217. De humaniorum litterarum studio provehendo

Mihi quidem commentarios illos, qui *Humanitas* inscribuntur, in Conimbrigensi Liberalium Artium Facultate abhinc annos decem edendos primum curanti nihil aliud, doctissime lector, in animo fuit nisi ut aliquid pro viribus ad antiquae humanitatis studia apud Lusitanos fovenda longiusque provehenda conferrem.

Hos vero alteros philologarum rerum commentarios in lucem nunc prolaturus fateor me hoc maioris momenti ac ponderis mihi in animum inducere, ut ad praeclaram illam eruditionem et apud Lusitanos et apud Brasilienses, qui ex una tamquam stirpe generati utrique Lusiadae vocantur, magis et magis colendam quam plurimum conferam. Cui rei faciendae ipse, humaniorum disciplinarum amore flagrans, operam haud mediocrem impendere sum paratus; nam penitus mihi habeo persuasum strenue diligenterque esse admittendum ut non modo lingua et litterae cum Latinae tum Graecae, quibus nulla cultior est doctrina aut luculentior, verum res etiam aliae, quaecumque aliqua ex parte cum illis sint coniunctae et quadam, sic dixerim, affinitate devinctae, homines nationum duarum quasi sororum vel iam eruditos vel erudiendos alant, oblectent, decorent.

Sed quamvis pro Lusitania et Brasilia, tamque si de

23. **Armariolum,** *mesinha de cabeceira.*
24. **Reclinis sellula,** *cadeira de encosto.*
25. **Vestiarium,** *guarda-vestidos.* — **parieti insertum,** *metido na parede.*
26. **Amiculum,** *bufanda.* — **lacerna,** *capote.*
27. **Munditiarum secreta,** *quarto de banho.* — **alveus,** *banheira.* — **balineum,** *banheira.*

217. * Lusitanus, vir litteris graecis atque latinis eruditissimus, philologus, commentariorum qui «*Euphrosyne*» inscribuntur Moderator idemque scriptor actuosissimus. Quae sequuntur anno 1957 elegantissime exaravit.

una patria agatur, huic provinciae mihi sit cordi operam navare, tamen non satis habebo si a quibusdam doctorum utriusque nationis scripta postulavero; quin contra, nimio prorsus domesticorum studio posthabito, litteratorum quoque exterarum gentium hominum, philologorum praesertim et grammaticorum, scientia ex industria utar ac praestanti sapientia, quibus ingenuae artes augentur sane inque dies singulos Minerva favente illustrantur...

Id unum a te nunc peto, lector humanissime, ut inceptum hoc meum, ingens sane ac perarduum, si non firma admodum spe, quod quam sit immeritum sentio, at liberali tamen benignoque animo excipias et prosequaris. Nihil enim mihi nunc suavius, nihil iucundius tua in me benignitate tuaque liberalitate esse posse confirmo. Vale.

(Ex *Praefatione* in *Commentarios* qui inscribuntur «*Euphrosyne*», Vol. I, 1957).

GOODWINIUS BEACH *

218. De itinere quodam americano

Iam tandem! haec abhinc viginti annos dixi. Iam tandem voti diutini compos ero! Iam tandem facultas datur ad quodpiam latifundium [1] occidentale eundi!

Illa latifundia profecto quae quo longissime conspectum oculi ferunt in omnes partes extenduntur, omnes fere Americanos qui venandi, piscandi, equitandi, ne plura, feriandi sine apparatu vitae urbanae cultuque sunt cupidi, alliciunt; me autem praeter [2] ceteros. Occasionem igitur illuc eundi feriatum [3] sine mora amplector. Vidulos [4] confestim arreptos vestimentis idoneis farsi, sclopeta [5] et magna ad beluas venandas et parvula e cingulo pendula polii [6]...

Sub caelo austero imbribusque imminentibus foedo profecti sumus. Propediem [7] oppido relicto in tesqua [8] desertaque loca glareosa, herbis raris, arboribus nullis, itinere leniter

218. * Americanus, acerrimus viventis Latinitatis fautor, scriptor latinus magna facilitate nec non elegantia praeditus. Scribebat anno 1957.
1. **Latifundium,** *grande herdade.*
2. **Praeter ceteros,** *mais do que os outros.*
3. **Eundi feriatum,** *de ir passar as férias.*
4. **Vidulus,** *mala.*
5. **Sclopetum,** *espingarda.*
6. **Polio, is,** *polir, limpar, ultimar.*
7. **Propediem,** *dentro de pouco tempo.*
8 **Tesqua, orum,** *região brava.* — **glareosus,** *cascalhudo.*

acclivi, excessimus. Sic aliquot horas progressi sumus quoad ad locum herbis virentibus arboribusque amoenum tanquam oasin pervenimus ubi situm erat hospitium [9]... Mox in terram penetravimus confragosam et saepe praeruptam. Vias glareosas reliquimus, argillaceis autem et valde lubricis utebamur. Cum caelum nubibus obductum [10] et minax esset atque identidem plueret, aer levis et frigidus erat. Aliquando in summo colle constitimus...

Alio die nobis suasum est ut piscatum iremus. Vasibus subinde coquinariis, si forte piscis caperemus, atque escis, si forte non, et harundinibus et siqua alia res ad piscandum opus foret, utrique equo impositis, quidam pecuarius [11] nos semita perangusta per virgulta saltumque ad locum duxit valde scrupulosum [12] qui in amnem procurrebat. Nobis ibi relictis, is aliam puellam alio duxit piscatum. Ibi quod ripae deruptae et amnis rapidus erat, equis sedentes in amnem actis, museis piscabamur.

Aliquot piscibus captis, egomet dum puella etiam piscatur, recessi ad focos duos faciendos quorum in altero laridum [13] coquerem atque piscis frigerem, in altero cafeum pararem. Quibus ex lapidibus constructis et igne accenso, pisces evisceratos adipi laridi iam effervescenti imposui. Puella tum arcessita, cena mirifice sapida opiparique pasti sumus. Cena finita, omnem apparatum cito collectum equis imposui, ne tenebrae iam oborientes me fallerent. Deinde prope focos consedimus, nam super montes surgebat luna plena. Nulli erant sonitus nisi amnis murmurantis, ipsa aura tranquilla, dum luna quae solito maior esse videbatur, pulchritudine mirifica super montes usque surgens totam regionem lumine argenteo illuminat ita ut omnia exstarent plane visibilia tanquamsi aliquis artifex ea coloribus nigris et argenteis delineasset. Stupentes intuebamur...

(*Vita Latina,* Sept. 1957, pag. 28).

IOSEPHUS MARIA MIR, C. M. F. *

219. Surrectio matutina

Multo mane e lecto surgo. Horologium excitatorium [1] prostat in mensula cubicularia. Hora septima tintinnabulo horologii e somno excitor.

Non numquam cum evigilo mihi oculi graves sunt, et

9. **Hospitium,** *hospedaria.*
10. **Nubibus obductum,** *carregado de nuvens.*
11. **Pecuarius,** *dono de gado, pastor.*
12. **Scrupulosus,** *áspero, eriçado de dificuldades.*
13. **Laridum,** *toucinho.*

219. * Commentariorum qui «*Palaestra Latina*» inscribuntur

quasi plumbeum gerere caput mihi videor. Sed sopori matutino numquam indulgeo; statuta hora surgo. Signo me signo crucis.

E lecto prosilio; sandalia induo ut commodius incedam: bracchia distendo, gymnicis exercitationibus corpus confirmo et duro. Balneolum intro, vestem nocturnam [2] exuo, lavatione pluvia corpus abluo; e theca saponaria saponem sumo, palmis confrico, spumam elicio, corpus illino; aqua calida, deinde frigida lavor. Sabano [3] me involvo. Nunc melius me habeo; corpore et animo recreatus sum.

Tonsores novacula [4] barbam radunt, ego vero machinam rasoriam [5] adhibeo; paucis abhinc diebus dono accepi machinam rasoriam electricam, qua in posterum utar. Deinde os dentesque eluo, quos penicillo [6] perfrico; penicillo dentifricium impono; tubulus novae pastae dentariae mihi ab amico est oblatus quam usu experiar. Sunt qui pulverem dentarium aut aquam dentibus tergendis usurpent. Abluo os et gargarizo quo fauces purgantur.

Caput penicillo comatorio [7] defrico et furfures expello; capillos pectine pecto, in partes distribuo, apte ad laevam capillorum sulcum [8] duco. Cum ungues prominent, forfice [9] reseco, e cavo unguium sordes emundo et resectos ungues limula levigo [10].

Ex tendiculis [11] excipio interulam, subuculam, femoralia,, quibus statim me induo. In vestiario [12] repositus est vestitus ex corporis mensura confectus, pulchrum sane schema [13], quo hodie utar. Sed aestivo tempore bracas [14] cingulo constrictas gestare consuevi; aliquando strictoriam laneam [15] adhibeo.

Famula calceos [16] extersit, cretam sutoriam peniculo

Moderator idemque unus peritissimus verborum novator. Scribebat anno 1959.

1. **Horologium excitatorium,** *despertador.* — **mensula cubicularia,** *mesinha de cabeceira.*
2. **Vestis nocturna,** *pijama.*
3. **Sabano,** *toalha.*
4. **Novacula,** *navalha de barba.* — **radunt,** *rapam, fazem.*
5. **Machina rasoria,** *máquina de barbear.*
6. **Penicillus,** *escova.* — **dentrificium,** *dentrifício.*
7. **Penicillus comatorius,** *escova do cabelo.* — **furfur,** *caspa.* — **pecten,** *pente.*
8. **Sulcum ducere,** *fazer a risca.*
9. **Forfex,** *tesoiras.*
10. **Levigo,** *alisar.*
11. **Tendiculae,** *cabides.* — **interula,** *camisola interior.* — **subucula,** *camisa.* — **femoralia,** *cuecas.*
12. **Vestiarium,** *guarda-vestidos.* — **vestitus... confectus,** *vestido feito à medida.*
13. **Schema,** *fato.*
14. **Bracas constrictas,** *calças à golf.*
15. **Strictoria lanea,** *jersey.*
16. **Calceus,** *sapato.* — **creta**

imposuit calceosque nitidavit. Exuo me sandaliis, induo pedulia [17], perisceliis suspendo. Cum calcei sint breves et angusti, sinistra manu lingulam contineo: dextra, inductorio usus, calceos facilius in pedes induco, quos vinculis [18] obligo, nodumque laxum geminum efficio ne calcei e pedibus decidant. Bracarum et thoracis [19] manicati globulos suis ocellis indo.

Vestibus indutus pia precatione Deum oro: «Duc nos, Christe, hodie per viam iustitiae et gratiae tuae». Hora octava ientaculum [20] sumo, poculum lactis et cafei cum butyro et crustulis.

Tandem domo exeo, ad operam, ad officium meum me confero. Salute data amicis et sociis, labori totus incumbo usque ad meridiem.

(Vita Latina, Ian. 1958).

N. MANGEOT, S. I. *

220. Narratiunculae

Hebraeus cum Christiano contendens affirmabat plures Iudaeos esse in caelo sanctos quam Christianos. Paciscuntur igitur, ut uterque suos singillatim enumeret et ad unumquodque nomen alteri pilum e barba evellat. Incipit Hebraeus Abraham et ex pacto Christiano pilum extrahit. Christianus Sanctum Petrum nominat et idem facit. Ita pergunt. Tandem Christianus taedio motus in barbam Iudaei invadit totamque simul diripit dicens: Sanctus Mauritius cum tota legione Thebana.

■

Homo facetus in tabernam divertit, sed famem explere non potuit, quia cenantes omnia absumpserant. Nocte insequente vehementer esuriebat. Cum diluxisset, cauponario vale dicto se in viam dare voluit. Tum ille: «Nihilne pecuniae solvis?» Ad haec vir facetus: «Ego solvam qui nil gustavi?»

sutoria, *graxa.* — **nitidare,** *dar lustre.*

17. **Pedulia,** *peúgas.* — **Perisceliis,** *ligas.* — **inductorium,** *calçadeira.*

18. **Vinculum,** *atacador.*

19. **Thorax manicatus,** *casaco.* — **globulus,** *botão.* — **ocellus,** *casa* (de botão).

20. **Ientaculum,** *pequeno almoço,* — **crustula, orum,** *biscoitos.*

220. * Germanus, incredibili quadam latine scribendi facilitate pollet, cum oratione soluta tum etiam ligata. Multa ille in commentariis quibus titulus *Vita Latina* est, qua adstricto qua pedestri sermone vulgavit. Scribebat anno 1959.

«Poteras» inquit cauponarius, «odore ciborum, quos alii absumpserant, satis saturari».«Haud male» respondet abiturus. Iam sibi nummos argenteos deesse simulans, aurum in mensam proicit et interrogat, num bene tinniat. «Bene tinnit» ait cauponarius. Iam ille: «Tinnitum hunc pro odore tuo accipe» et recepto auro iter suum peragere incipit.

■

Potator cum in febrim incidisset, vehementius solito sitire coepit. Medicos arcessivit. Qui coram eo de febri depellenda et tanta siti sedanda consilia contulerunt. Sed potator cum eos de sedanda siti deliberantes audisset, «vobis» inquit «cordi tantummodo est, quomodo me a febri magna liberetis. A siti hac intoleranda quomodo liberer, ego ipse videbo».

(Vita Latina, Ian. 1959).

I. JIMÉNEZ DELGADO, C. M. F. *

221. De nova schola magistris instituendis creanda

Quicumque huic altero de lingua latina viventi Conventui Lugduni adsumus, credo nihil nos posse praestantius efficere, de nulla re maioris momenti nos agere posse, quam de nova schola instauranda, ubi vota et consilia quae a nobis inquisita, censa, decreta sunt, quam primum et rectius adimpleantur; ad quam scholam undique convenient non tantum adulescentes sed et magistri et docti homines, qui doctrina, exemplo, incitatione praeceptorum velint linguae latinae assuescere. Praeceptores non deerunt qui verbo et scriptis ad altam linguae latinae cognitionem et usum alumnos excitent, ita ut post aliquod tempus lingua latina sit illis familiaris et cara.

Huius scholae ordinatio magna cura inquirenda et definienda est, tum quoad praeceptorum numerum et virtutes, tum quoad alumnos et tempus rationemque docendi. Negotium quidem arduum, sed magni momenti.

Consulto nunc ad singula opus est. Habemus optima consilia, sed nisi hanc novam scholam instituerimus eamque recte ordinaverimus, erunt nobis in horum Conventuum commentariis tamquam in vagina recondita. Consulto igitur,

221. * Hispanus, litterarum latinarum in Salmanticensi Humaniorum Litterarum Facultate doctor, viventis Latinitatis strenuissimus fautor idemque scriptor elegantissimus.

sed potius facto opus est, ne omnium nostrum studia et desideria vana videantur et commenticia.

Nobis ergo incitamento sit et stimulo ad hoc, tum Romanorum Pontificum testimonia et exempla, tum clariorum scriptorum sententiae et doctrina. Arturum Schopenhauer iterum audiamus dicentem: «*Qui latine nescit in plebicula numerandus est, licet peritissimus sit artis phisicae et chemicae*». Ipse contra malos linguae latinae magistros vehementer clamabat, quorum ope adulescentes viam ingrediuntur pigritiae, ignorantiae, barbariei.

Ut igitur tam funesta omina a nobis avertamus et ab adulescentibus nostrae aetatis, novam scholam quam primum instaurare curemus, ubi magistri rite informentur et exerceantur linguae latinae usu et scientia.

(*Acta Conventus Lugdunensis*, 1959, pag. 81-82).

MELANIA ISNENGHI *

222. De lingua latina inter iuvenes adhibenda

Cum post primum conventum Avennione reverterer, fieri non potuit, quin mecum illa aura Avennica, ut ita dicam, scholam intraret. Nam mihi persuasum erat me non in rem mortuam ideoque inutilem incumbere, sed in rem dignam, ad quam redintegrandam meam operam cum opera multorum sodalium, qui eidem rei student, coniungam...

Liceat mihi paucis referre, quomodo progressa sim: Alios scriptores atque in usum scholarum admissos cum discipulis non legi, partim abhorrentibus ipsis, partim cum in eligendis scriptoribus non plane liberi simus. Sed tota vi incubui, ut, quidquid legimus, mulieres virique Romani, ut ita dicam, ressurgerent, et iuvaret puellas vitam et mores eorum cognoscere. Quo in studio utebar libro, quem illustrissimus professor Paoli de vita Romana scripsit. Simul operam dedi, ut omnes discipulae intellegerent totam vitam nostram antiquitate Latina et Graeca veluti fonte aeterno etiam nostris diebus ali et inrigari.

Denique, quam vim efficacem ad educandam iuventutem linguae Latinae tribuam, ex illis verbis appareat, quae ultima puellis scholam relicturis adhibui: Me satis superque assecutam esse, si linguae Latinae studentes intellexissent fidem, virtutem illam Romanam, qua commercium hominum sustentetur, cum fide verborum implicitam esse atque cohaerere...

Mihi quoque nihil magis cordi est quam linguam Latinam etiam nostra aetate instrumentum commercii inter homines scientiarum et litterarum peritos fieri. Ad quem finem aliis aliam viam ingrediendam esse arbitror... Cui studio augendo omnes quoque inventiones nostrae aetatis, auditiones radiophonicas, ut exemplum adferam, succurrere necesse est. In scholis discipuli in vertendis sententiis in linguam Latinam exerceantur.

(*Acta Conventus Lugdunensis*, 1959, pag. 95-97).

222. * Austriaca, linguae latinae in Lycaeo magistra, post Avennicum conventum tantoere latine cum discipulis loquendo profecit, ut in congressu Lugdunensi tribus post annis una omnium inter laicos sermonem latinum loqueretur facillime.

SILVIUS BAPTISTA PEREIRA *

223. Nascentis Domini dies

Nox illa omnium quidem dissimillima erat, propterea quod in montibus, in collibus undatis, in olivetis, in viarum saxis, in cedris pinisque aliquid inerat quod gratiam Deo referre videbatur.

Ecce autem necopinato tremuit bonus ille camelarius, cuius cor, sub paenula obsoleta, fortius pulsare coepit. Quid eveniebat? secum recogitabat. Sensus eius insolita quaedam voluptas afficiebat. Vallis profundior, amnis amplior, orbis finiens propior facta erant, dum caelum, astris distinctum ornatumque, ante hominum oculos ostendebatur...

Aer dulcissimis sonis reconditisque replebatur, perinde ac si angeli sexcenti, in stellis absconditi, harpas fidesque repente ludere coepissent. Omnia odorem, myrrha nardoque suaviorem, emittebant. Atque de improviso, stella quaedam pulcherrima — o rem mirandam! — lente movere coepit, fascem post se fulgentem ducens.

Illustratus est animus comelarii. Divino quodam spiritu inflatus, prodigium illud intellegit. Laetitia ingentissima elatus, huc illuc intuebatur, ad spectaculum inusitatum oculis fruendum... Longe, ad Bethlehemicam partem — o mirabilem eventum! — aliquid eveniebat quod orbis ethnici fundamenta labefaceret.

Tunc camelarius animal excitat atque, iter maturans, ducem illum luminosum, qui viam quandam novam, spei plenam, aperiebat, comitari coepit.

(*De Natali Domini die*, Flum. Ian., 1960, pag. 9-11).

223. * Brasiliensis, litterarum latinarum studiosissimus, Romanorum sermonem penitus callet eumque saepe iam in scriptis usurpavit. Scribebat anno 1960.

H. HENRICUS PAOLI *

224. De Romanorum tricliniis et cibis

Romani stantes[1] prandebant, discumbentes cenabant. Consuetudo illa, ut convivae discumbentes cenarent, bellorum Punicorum aetate invaluit, cum Romani Graeco more vivere coeperunt. Feminae tamen Ciceronis temporibus cum viris discumbentibus sedentes cenabant...

Mensa iuxta convivas posita rotunda erat; in mensa ligneum repositorium[2] patinas cibis oneratas sustinebat. Ibi et salinum[3], et acetabulum, et lagoena praesto erant[4]. Facultas erat convivis ut quantum quisque cuperet inde ipse sumeret. Famuli, vacuis lagoenis ablatis, quae convivae exsiccaverant, plenas alias reponebant...

Incredibile dictu: in Romanorum cenis convivae, si quid aspernabantur, vel dentibus mandere atque extenuare[5] nequibant, pavimentum in medium proiciebant: semesos pisces, ossa, adrosa carnis frustula[6]; ne tamen hae ciborum reliquiae convivarum oculos offenderent, interdum servuli, scoparii[7] dicti, pavimentum verrentes sordibus illis purgabant.

Linteam mappam[8] vel convivae domo secum portabant, vel dominus suppeditabat. Duplex mappae usus erat: non enim ad id tantum adhibebatur, ut os abstergeret, sed si quis, inops ac despectus cliens, ad divitum cenam esset invitatus, licebat illi non comesos cibos mappa involvere domumque secum adferre. Qui mos, rarior ante, tum increbruit postquam libera res publica periit, populusque Romanus unius dominatum ferre coactus est. Tum vero, una cum libertate amissa, etiam singulorum dignitas est imminuta.

Cena, quae proprie dicebatur, post gustationem[9] initium habebat; cenam secundae mensae[10] sequebantur. Convivii igitur haec tria tempora erant: gustatio (vel gustus), cena, secundae mensae. Si forte secundae mensae usque ad multam noctem producerentur, comissationis[11] nomen accipiebant. In cena non unum ferculum[12] adponebatur, sed complura. Fercula Romani scriptores interdum cenas vocant, ut prima, altera, tertia cena idem sit ac primum, alterum, tertium ferculum. Cena igitur tribus modis dicitur, nam et ipsum convivium significat, et medium convivii tempus, et ferculum.

In gustatione, quamquam et lactucis[13] et porris locus erat, ii potissimum cibi adponebantur, qui, ut crudae ostreae vel thynni[14] frustula in sale adservata, gulam pervellerent[15] edendique cupiditatem excitarent. Neque ovum unquam deerat, unde saepe illud usurpatum «ab ovo incipere» in proverbii consuetudinem venit. Mulsum in gustu potare mos erat, non vinum; ea potio ex melle conficiebatur leni vino immixto. Gustatio igitur et promulsis dicebatur.

In cena robustiores[16] cibi comedebantur. Nec solum vitulina[17] et suilla caro adponebatur, avesque vel assae vel elixae[18] vel in iure suo natantes, omnia insuper genera piscium boletique[19] illi qui inter fungos suavissimi habebantur, sed et glires cibo erant et onagri, et psittacorum linguae. Quin etiam glires in glirariis saginabantur, ut in cortibus[20] capones; nec splendor plumarum pavoni proderat, cum Romani tam formosam avem necarent ut carnibus eius vescerentur...

In secundis mensis placentae[21] adponebantur melle vel caseo confectae, variis cum pomis, atque ad irritandam gulam[22], quo libentius convivae potarent, sicca bellaria[23], uva passa, arida ficus. Tempus enim potandi erat, nec ulla iam edendi cupiditate satur conviva tenebatur.

(*Ciceronis Filius,* edit. 3.ª, Florentiae, 1960 pag. 19-26)

224. * Italus, antiquorum Romanorum vitae morumque doctissimus, sermonis latini tum soluti tum adstricti, ut nemo magis, peritus. Scribebat anno 1960.

1. **Stantes,** *de pé.* — **discumbentes,** *deitados.*
2. **Repositorium,** *bandeja.* — **patina,** *prato.*
3. **Salinum,** *saleiro.* — **acetabulum,** *galheteiro.* — **lagoena,** *garrafa.*
4. **Praesto erant,** *se encontravam.*
5. **Extenuare,** *triturar.*
6. **Frustula,** *pedaços.*
7. **Scoparius,** *varredor.*
8. **Mappa,** *guardanapo.*
9. **Gustatio,** *aperitivo.*
10. **Secunda mensa,** *sobremesa.*
11. **Comissatio,** *festim fora de horas, orgia.*
12. **Ferculum,** *prato, iguaria.*
13. **Lactuca,** *alface.* — **porrum,** *alho.*
14. **Thynnus,** *atum.*
15. **Gulam pervellere,** *despertar o apetite.*
16. **Robustiores,** *mais nutritivos.*
17. **Vitulina,** *carne de vitela.* — **suilla,** *carne de porco.*
18. **Elixae,** *cozidas.* — **ius, ris,** *molho.*
19. **Boletus,** *cogumelo.* — **glis, ris,** *arganaz.* — **onager,** *ónagro, burro selvagem.* — **psittacus,** *papagaio.*
20. **Cors, tis,** *pátio.* — **capo, onis,** *galo capão.*
21. **Placenta,** *fogaça.*
22. **Ad irritandam gulam,** *para despertar o apetite.*
23. **Bellaria,** *doces:* em geral, doces e frutas que se põem como sobremesa.

VICTORIUS GENOVESI, S. I. *

225. Ad Palaestritas Romam conventuros

Exsurge, longum rumpe silentium
Festumque pyctis [1], Musa, epinicium,
Cui iamdiu desuevit aetas,
Pindarico modulare plectro [2].

Altis resultant compita plausibus,
Festiva promit gaudia civitas,
Quae dissitarum nationum
Signa [3] videt fluitare ventis,

Privoque [4] pubem tegmine gymnicam
Vicis frequentem, quam mare ab extimis [5]
Transmisit oris, quam per aethram [6]
Aligerae glomerant carinae [7],

Et continenter ferrea devehunt
Leves per axes agmina [8] curruum
Terris ab Europae remotis
Urbibus Italiaeque claris.

Optata fulsit lux! Capitolio
Celso coruscat lampas [9] Olympica,
Certare quae fortem iuventam
Convocat huc regione ab omni.

... ...

Instructa vestris panditur affabre [10]
Palaestra [11] ludis, seu pede concitum
Repelere harpastum [12] libebit,
Reticulove pilam vibrare,

225. * Italus, hymnorum scriptor apud Sacrum Consilium Religionis Ritibus praepositum. Hanc scripsit odam alcaicam ad olympicos ludos celebrandos qui Romae anno 1960 peracti sunt.

1. **Pyctis,** *em honra dos atletas.* — **epinicium,** *canto de vitória.*

2. **Plectrum,** *lira.*

3. **Signa,** *bandeiras.* — **fluitare,** *flutuar.*

4. **Privo tegmine,** *com a sua indumentária especial.*

5. **Ab extemis oris,** *das mais remotas regiões.*

6. **Aethra, ae,** *ar, céu, espaço.*

7. **Aligerae carinae,** *aviões.*

8. **Ferrea agmina curruum,** *comboios.* — **axes,** *carris, linhas.*

9. **Lampas,** *facho*

10. **Affabre,** *artìsticamente, engenhosamente.*

11. **Palaestra,** *estádio.*

12. **Harpastum,** *balão.* — *futebol.* — **Reticulove,** *ou com a raqueta (ténis).*

Aut in canistrum [13] iactibus aemulis
Inferre follem. Caeruleae vocant
Certare piscinae natatu,
Curriculo patulique campi.

Est qui superbus tentat Equiria [14];
Hic liber optat praepete [15] vincere
Cursu pedes; certamen alter
Instituit birota [16] volucri.

Torquere adactas hunc iuvat eminus
Glandes [17] nitrato pulvere plumbeas,
Collineent quae destinatum,
Exiguas vel aves volantes.

... ...

Omnis simultas [18] hinc procul exsulet;
Hic mos benignus grataque comitas
Tantum viget, turbam et perenni
Vincit amicitia sodalem.

Certamen olim dispulit Elidis [19]
Dissentientum iurgia civium;
Fax gymnicae flagrans iuventae
Nuntia pacis eat per orbem.

(In *Latinitas*, Apr. 1960, pag. 91).

13 **Canistrum,** *cesto (basket-ball).*

14. **Equiria,** *corridas de cavalos, equitação.*

15. **Praepes, etis,** *veloz.*

16. **Birota,** *bicicleta.*

17. **Glandes... plumbeas,** *tiros (cartuchos, balas) de chumbo e pólvora.* — **collineare,** *atirar ao alvo.* — **destinatum,** *alvo.*

18. **Simultas,** *inveja.* — **procul exsulet,** *desterre-se para longe.*

19. **Certamen Elidis,** *os jogos olímpicos.*

ÍNDICE

Acabou de se imprimir aos 21 de Agosto do ano 1961, na Tipografia Barbosa & Xavier, L.da
BRAGA